CODEX DIPLOMATICUS
REGNI CROATIAE, DALMATIAE ET SLAVONIAE.

VOLUMEN XIII.

DIPLOMATA ANNORUM 1360.—1366. CONTINENS.

DIPLOMATIČKI ZBORNIK
KRALJEVINE
HRVATSKE, DALMACIJE I SLAVONIJE.

IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTI

POTPOROM KR. HRV.-SLAV.-DALM. ZEM. VLADE.

SABRAO

T. SMIČIKLAS

UREDILI

Dr. MARKO KOSTRENČIĆ. EMILIJE PL. LASZOWSKI.

SVEZAK XIII.

LISTINE GODINA 1360.—1366.

ZAGREB.

KNJIŽARA JUGOSLAVENSKE AKADEMIJE LAV. HARTMANA (STJ. KUGLI).

TISAK DIONIČKE TISKARE.

1915.

CODEX DIPLOMATICUS

REGNI

CROATIAE, DALMATIAE ET SLAVONIAE.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

AUXILIO REGIMINIS CROAT, DALM. ET SLAV.

COLLEGIT

F. SMIČIKLAS

DIGESSERUNT

Dr. MARKO KOSTRENČIĆ, EMILIUS NOB. LASZOWSKI.

VOLUMEN XIII.

DIPLOMATA ANNORUM 1360.—1366. CONTINENS

ZAGRABIAE.

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

1915,

DIPLOMATICKI ZBORNIK

KRALJEVINE

HRVATSKE, DALMACIJE 1 SLAVONIJE.

IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTI

POTPOROM KR. HRV.-SLAV.-DALM. ZEM. VLADE.

SABRAO

T. SMIČIPCLAS

UREDILI

Dr. MARKO KOSTRENČIĆ, EMILIJE PL. LASZOWSKI.

SVEZAK XIII.

LISTfcNE GODINA 1360.—1366.

ZAGREB.

TISAK DIONIČKE TISKARE.

1915.

PREDGOVOR.

Poslije smrti blagopokojnoga predsjednika Jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti u Zagrebu Tade Smičiklasa, autora ovoga djela, povjerila je akademija dalje izdavanje već pripremljenoga materijala za ovaj zbornik dru. Marku Kostrenčiću, kr. jav. izv. sveučilišnom profesoru za hrvatsku pravnu povijest, te članu dopisniku Emiliju pl. Laszowskomu, kr. vladinom tajniku, dodijeljenom kr. zem. arkivu. Posao među obojicom izdavača bio je kod ovoga sveska podijeljen tako, da je dr. Marko Kostrenčić rukopis uredio i proveo prve korekture, a Emilije pl. Laszowski obavio je posljednju reviziju.

Sumarij i indekse sastavio je dr. Marko Kostrenčić.

Uredivači držali su se kod izdavanja, kako je i posve prirodno, u cijelosti one osnove i onih zasada, po kojima je blagopokojni autor ovoga zbornika Tade Smičiklas izdao za svoga života sveske II.—XII. Nov je samo opŠirni »Index materiae«, što ga je sastavio dr. Marko Kostrenčić. Osim II. sveska ovoga Zbornika, kojemu je dodan realni indeks, ali u manjem opsegu, svi su ostali svesci snabdjeveni samo alfabetskim indeksom imend. Koliko bi se ukazala znanstvena potreba, naknadno će se izraditi slični indeksi i za predašnje sveske.

Dr. Marko Kostrenčić zahvaljuje pravome članu dru. Đuri Korbleru, sveučilišnomu profesoru, sto mu je najpripravnije pregledaO sumarij sastavljen latinskim jezikom.

U ovom svesku upotrebljene su slijedeće štampane zbirke:

Codex diplomaticus domus senioris comitum Zichv, Edid. Sdcietas . historica hungarica. Tom. I.—X. Budapest 1871.—1907.

Csemeki ćs Tarkeoi Desseffwy csalad. Budapest 1903.

Eubel Bullarium Franciscanum. Romae. 1898., 1902., 1907. — Tom. V.—VII.

Farlati lllyricum sacrum Venetiis 1751.—1819. Voll. I—VIII.

Fejćr Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. Budae 1829—1844. Prodromus, 11 tomi in 43 voll. et 2 indices.

Gelcich-Thallóczy Diplomatarium relationum reipublicae Ragusanae cum regno Hungariae. Budapest 1887. Magjarska akademija.

Jireček Konstantin dr. Spomenici srpski. Beograd, 1892.

Katona Historia critica regum Hungariae. Pestini, Posonii, Cassoviae, Colocsae, Budae 1779.—1817. Voll. I—XLII.

Kercselich Historia ecclesiae Zagrabiensis. Zagrabiae 1760.

Kukuljević Regesta documentorum regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae, saec, XIII. Zagrabiae 1896.

Kukuljević Jura regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae. Zagrabiae« Tom. I.-—III.

Laszowski Em. Povjesni spomenici plemenite općine Turopolja nekoć »Zagrebačko polje« zvane. Zagreb 1904.—1908. T. I—IV.

Laszowski Em. Listine općine sv. Jelene Koruške. Zagreb 1904.

Lucius J. Memorie istoriche di Tragurio ora detto Trau. Venetia 1674i

Lucius J. Note cronologiche e documenti raccolti da Giovanni Lucio. Bullettino 1881.—1882. Starine XIII.

Makušev Monumenta historica Slavorum meridionalium vicinorumque populorum. Varšava 1874.

Miklosich Monumenta serbica spectantia historiam Serbiae, Bosniae, Ragusii. Viennae 1858.

Pavlović Memorie di cose dalmatiche nella storia della vita di San Giovanni Orsini, vescovo di Trau. Zara 1864.

Pucić knez Medo Spomenici srpski. Knjiga II. U Beogradu 1862.

Sladović Emanuel. Povjesti biskupije senjske i modruske ili krbavske. Trst 1856.

Starine jugoslavenske akademije. U Zagrebu 1869. i dalje.

Thallóczy-Barabas Codex diplomaticus comitum de Blagay. (Monumenta Hungariae hi&torica t. XXVIII.) Budapest 1897.

Thallóczy-Barabas Codex diplomaticus comitum de Frangepanibus (Monumenta Hungariae historica t. XXXV.) Budapest 1910.

Thalloczy-Horvath Also Sclavonia okm&nytar (Monumenta Hungariae historica. Tom. XXXVI.) Budapest. 1912.

Theiner Vetera Monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Vol. I. Romae. 1863. Vol. II. Zagrabiae 1875.

Tkalčić Ivan. Monumenta historica lib. et reg. civitatis Zagrabiensis, metropolis regni Croatiae. Zagrabiae 1*889,-1904. Voll, I—XI.

Varju Elcmer. Oklevćltdr a tomaj nemzetsćgbeli Losonczy Bantfy csalad tortenetehez. Budapest 1908-

Vjesnik kr. hrvatsko-slavonskog-dalmatinskog zemaljskog arkiva. — U Zagrebu 1899. i dalje.

W Minorum. Jos. Maria Forsera. **Romae 1731** Voll. I—XII.

W ^nzel Gustav. Codex diplomaticus Arpadianus continuatus. Arpdd-kori uj okmanytdr. Pest 1860—1874. 11. voll. (Sv. 6.—12. 17. 18. 20. 22. Zbornika: Monumenta Hungariae historica. Magyar tčrtć-nelmi emlćkek. Kiadja a magyar tudom. akadćmia. Series I. diplomata).

Zala varmegye tortćnete. Budapest 1886.—1890. Tom. **I.—II. Documenta.**

1.

1360, 3. januara. U Višegradu (Vyssegrad).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski daje Dubrovniku slobodu izbora kneza, samo neka nije Mlečanin niti kraljev protivnik. Nadalje dozvoijuje, da trgovci iz Srbije (Rascie) slobodno trguju ***u*** *Dubrovniku i obratno, dubrovački trgovci u Srbiji.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie. Vestra gnoverit fidelitas, quod venientes ad nos ex parte vestri communis providi viri domini Marinus et Laurencius nuncii et ambassiatores vestri, qui legaciones vestras nostre celsitudini seriose retulerunt. Quibus quidem vestris ambassiatis cum diligencia et favorabili pietate auditis et intellectis, hanc vestre fidelitati reddimus responsivam, ut, quamquam super pactis, disposicionibus et parlamentis inter nos et vestrum commune habitis et firmatis nostras habeatis litteras eficaces et nos vestras habere dinoscamur e converso, tamen vestris victi precibus et instanciis de liberalitate regia et superhabundanti gracia speciali vobis duximus annuendum, ut comitem, quem undecunque pro vobis eligere volueritis, exceptis Venetis et ipsis adherentibus, ac aliis quibuslibet inimicis et emulis nostris, liberam eligendi et recipiendi habeatis facultatem. Preterea vobis concessimus et annuimus graciose, ut tam tempore pacis, quam tempore guerre mercatores et alicuius status homines de regno Rascie in civitate nostra Ragusina et in vestri medio suas mercancias exercere valeant absque omni pavore et timore; et vos modo simili in regno Rascie cum vestris mercibus et mercanciis libere procedere valeatis et secure. Premissa tamen omnia rata et grata habebimus ad nostre usque beneplacitum voluntatis Actum in Vyssegrad, mense ianuarii, die tercia.

Original u iajnom arkivu u Beču. Ovjerovljeni prijepis u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIV. Starine 145.—146.
Gelcich-Thallčczy DipL Rag. br. 11, 15.

2.

1360, 5. januara. U Višegradu (Vyssegrad),

zupanija krizevačke (in comitatu Crisiensi), dubičke (de Dubicha)^ sanske (de Zana) i vrbaske (de Vrbaz).u svrhu, da istraže nasilja, sto su ih počinili po svojim Ijudima kaptol i biskup zagrebajtki n a meštru Ladislavu sinu Tuteusovu i nj'egovim fiodanicima. Rezultat istrage imadu priopćiti kapelanu kraljičinom Ladislavu i Nikolt sinu Pavlovom, dvorskom vitezu kraljičinom.

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis . . . . vel vicecomitibus et iudicibus nobilium ac universis nobilibus alteriusque status hominibus in comitatibus Crisiensi, de Dubicha, de Zana, . . , de Vrbaz constitutis et existentibus, salutem et graciam. Magister Ladislaus filius quondam magistri T[uteus nobis] et domine regine genetrici nostre karissime graui dicit cum querella, quod feria secunda proxima post festum beati Andree apostoli nunc preteritum capitulum ecclesie Zagrabiensis quendam officialem eorum de Scytech, simul cum universis suis iobagionibus ad eosdem pertinenftibus], ad quasdam duas villas suas potencialiter transmittendo et easdem villas spoliando centum et sexaginta porcos suos proprios, item septin . . . . s porcos et sexaginta quatuor pecora iobagionum suorum et alias res suas in eysdem repertas, quarum numerum ignoraret totaliter, abstulissent eosdemque iobagiones suos et eorum conuiges turpiter verberando et wlnerando denudassent vestibus eorundem; I . . . . , officialem suum et servientem eiusdem officialis, verberassent et wlnerassent, tres equos eorum valentes aufferendo. De hoc non contenti feria secunda proxima post festum concepcionis virginis gloriose similiter proxime elapsum idem capitulum eundem offieialem ipsorum ac i[obagi]ones eorum memoratos, nec non episcopus Zagrabiensis castellanos suos de Hrastouicha ac iobagiones episcopatus sui, simul cum populis de libera villa Petrina vocata, nec non quosdam nobiles de Bornauoz et iobagiones Iwan filii Iwan, ad domum seu locum habitacionis sue armatis et potenciariis manibus cum duobus vexillis equites et pedites precedentibus — transmittendo, eandem domum suam in aurora supra se incendissent volentes ibidem interficere eundem septemque servientes suos cum gladiis et sagitis letaliter wlnerassent. Ipse vero solus in uno bambusio et capucio super unum equum vix evasisset et uxor sua tantummodo in una tunica et una clamide exire potuisset. Omnia bona sua, que avus et pater ipsius ac

ipse solus mediantibus eorum serviciis aquisivissent, simul cum literalibus instrumentis totaliter aufferendo; specialiter enim: viginti quinque piccaria argentea, duos orteos argenteos, novem balteos, duas clamides suas proprias cum nodulis argenteis, duo bambusia similiter cum nodulis argenteis, quatuor tunicas et quatuor capucia ćum friseis ordinata; item duo panceria ac unum arma suum proprium et ttfa arma servientum (!) suorum, decem et septem equos, ducentos florenos, tria vestimenta muliebria domine uxoris sue cum suis attinenciis, duo pepla Pragensia, duo lectisternia integra et unum subductile domum(!) ac alia minuta in mensalibus et manutergiis; item pannos, pepla, syndonem et alia neeessaria, pro quadam puella cognata sua marito tradenda, centum florenis conparta, recepissent; item centum et quinque lardos, viginti unam tunellas vini et quingentos cubulos frumenti ibidem concremassent. De hoc adhuc non contenti fena, tam sua quam iobagionum suorum, que asportare nequissent, igne combusissent alia diversa facta potenciaria irrogantes. Et cum nullo modo redire voluissent, unum de duodecim iuratis ad eos transmisisset volens scire, pro qua sua culpa premissa facere ausi fuissent. Iidem ipsum iuratum turpiter in fronte sagitassent et sic tandem, iuxta nutum eofum voluntatis, recessissent Unde cum id sit in regno nostro inauditum, nec debeat huiusmodi facinus silencio pertransiri velimusque de his omnibus cerciori experiri documento, congregacionibus in dictis comitatibus celebratis fidelitatt vestre universitatis firmiter precipientes mandamus, auatenus visis presentibus in dictiš comitatibus ad duo vel tria loca, prout subtilius et comodius utiliusque fieri poterit, congregaciones ad subtiliorem premissorum certitudinem investigandam faciatis firmissime verbo nostro promulgari, ad quos singuli vestrum singulariter et universi universaliter omnibus vestris curis et agendis postergatis conveniatis, veritatem premissorum et hos nominatim; qui in premissis culpabiles fautores, adductores aut qualicunque modo horum participes fuisse perhibentur, absque cuiuslibet falsitatis scrupulo, discreto viro Ladislao plebano de Zakankemen canonicoque Budensis et Vesprimiensis ecclesiarum, capellano speciali dicte domine regine, ac magistro Nicolao filio Pauli, aule reginalis militi, specialibus, ac aliis hominibus nostris et testimoniis locorum testimonialium ad premissorum sciscitandam veritatem transmittendis, — iuxta veštram fidelitatem nobis ac sacro nostro dyademati observandam fassuri šuo modo. Et posthec tocius facti seriem, ut fuerit oportunum vos, comites vel vićecomites et iudices nobilium, nobis fideliter rescribatis super singulos premissa potenciaria facta perpetrantes ac certos ipsorum divisim singulas literas vestras coneedentes, iusticia exposscente. Datum in Wysse-

grad, in vigilia festi Epiphanie domini, anno eiusdem millesimo CCC* sesragesimo.

U listini podzupana i podkastelana Latka de Zana od 11. februara 1360. Original u ark. grof. Zichy 211. B. 416.
Cod. Dipl. com. Zichj III p. 163.—165.

3.

1360, 23. jairaara. (U Požegi).

Kaptol požeški izvj'ešćuje kralju Ljudevitu na nj'egov nalog, da j'e izaslao sa kraljevskim povj'evenikom Gj'urom sinom Egidijevim svoga člana kanonika Lovrinca Poljaka (Polonum), koji su ustanovili, da su plemići dubički, od vremena^ kad je dubička iupanija dosla u posjed reda sv. Ivana Jeruzolimskoga, potpadali pod sudbenost priora rečenog reda i njemu plaćali sva podavanja.

Excellentissimo domino eorum Ludovico, dei gratia inclyto regi Hungarie, capitulum ecclesie beati Petri de Posaga orationes in domino debitas, continuas et devotas. Receptis litteris vestre magnitudinis religioso viro fratri Baudono priori ordinis sancti Johannis Jerosolymitani per Hungariam et Sclavoniam constituto et fratribus eiusdem ordinis ad citationes, inquisitiones et ad omnia aiia negotia eorum, quo(l) talibus in processibus fieri consueverunt, servato iuris ordine, peragenda per anni circulum concessis, secundum earundem continentiam cum Georgio filio Egidii, homine vestre serenitatis, unum ex nobis discretum virum, magistrum Laurentium Polonum, socium et coneanonicum nostrum ad sciendum et inquirendum infrascripta pro testimonio transmisissemus. Qui postmodum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt: quod idem homo vestre celsitudinis, presente dicto testimonio nostro, a nobilibus et aliis communibus hominibus illarum partium, a quibus decuit et licuit,. diligenter inquirendo talem scivissent veritatem: quod universi nobiles de Kosueha, de [G]rede, Peerch et de Bruchina, ac alii in comitatu Dubiczensi existentes et ipsorum avi ac proavi a tempore, quo ipse comitatus Dubiczensis ratione permutationis seu concambii templariis et dicto ordini sancti Johannis Jerosolymitani fuisset collatus, iudicio et iudicatui prefati domini prioris et sui preceptoris de eadem Dubicha

astitissent et paruissent, et marturinas ac alios proventus sibi provenire debentes iisdem persolvissent. Datum feria quinta proxima ante conversionem beati Pauli apostoli, anno millesimo trecentesimo sexagesimo.

Thalloczv-Horvath Alsd Szlavoniai okmdnvtdr no. 44. p. 62.—63.

4.

1360, 10. februara. U Kazari (Kazara).

Latko podzupan i podkastelan sanski (de Zana) zajedno sa plemićkim sucima, izvješćuje kralja Ljudevita na nj'egov nalog (v. listinu kralja Ljudevita od 5. januara 1360.), da je sazvao skupštinu županije sanske (de Zana) u slobodni grad Kazaru (Kazara), na kojoj j'e ustanovljeno, da su biskup i kaptol zagrebački sa svojim Ijudima doisia počinili nasilja meštru Ladislavu sinu Tuteus-a i nj'egovim podanicima.

Serenissimo principi domino Lodovico dei gracia illustri regi Hungarie, domino eorum naturali, Lathko vicecomes et vicecastellanus de Zana . . . . wthek . . . . et Demetrius filius Radozlay, iudices nobilium de eadem, obsequium servitutis cum perpetua fidelitate. Literas vestre serenitatis noveritis nos recepisse reverenter in hec verba: *(Slij'edi listina kralja Lj'udevita od 5. j'anuara 1360.).* Nos igitur, preceptis vestre serenitatis fideliter obedire cupientes ut tenemur, iuxta idem vestrum preceptum et mandatum in predicto comitatu de Zana facta publica proclamacione ad diem dominicum proximum ante festum beate Scholastice virginis universis nobilibus ac alterius cuiusvis status hominibus ipsius comitatus ad liberam villam Kazara vocatam conveniendis congregacionem fecimus promulgari. Quiquidem nobiles dicti comitatus de Zana ac alii quamplures de predictis comitatibus, nec non alterius status homines ad predictum terminum in ^dictam Kazara conveniendo et congregando, ac inter se diligentem tractatum de premissis habendo remotis de medio ipsorum honorifice ipso magistro Ladislao ac familiaribus et fautoribus eiusdem, ad fidem et fidelitatem ipsorum vobis et sacro vestro dyademati debitam et observandam, prefatis magistris Ladislao plebano de Zalankemen canfon]icoque Budensis et Vesp>rimiensis ecclesiarum, ac Nicolao filio Pauli, specialibus hominibus vestris, nec non ydonets testimoniis capitulorum Collocensis et Quinqueecclesiensis ac conventus Pechuuaradiensis ad premissorum veritatem sciscitandam et audiendam modo supradicto transmissis presentibus, nobis taliter

attestarunt et responderunt: quod dominus Stephanus, predicte ecclesie Zagrabiensis episcopus, castellanos suos de dicta Hraztouicha ac iobagiones sui episcopatus destinando, item populi de predicfa villa Petrina et quidam nobiles de Bornowz ac iobagiones capituli predicte ecclesie Zagrabiensis de Scytech scilicet, — utrum ex consensu vei mandato * eiusdem capituli predicti iobagiones eorum inibi accesserint vel ne, un-versitati eorundem non constaret, — cum duobus vexillis equites et pedites precedentibus die prenotato, videlicet feria secunda proxima post festum concepcionis virginis gloriose proxime preteritum, manibus armatis et potenciariis veniendo ad predictam domum seu Jocum habitationis eiusdem magistri Ladislai filii Tuteus in quodam monticulo per ipsum de novo edificatam, eandem in aurora supra se incendissent et eundem ibidem interficere voluissent, septemque servientes suos cum gladiis et sagitis letaliter wlnerassent. Ipse vero solus, ut premittitur, solum in uno bambusio et capucio super unum equum ascendens vix mortem eva-si$set; et predicta domina consors eiusdem tantummodo in una tunica et clamide exire potuisset Omnes res et quelibet bona eiusdem magistri Ladislai simul cum literalibus suis instrumentis, ut percepissent, penitus abstulissent. Et quia de secretis et occultis aliorum cuilibet difficile sit experiri, ob hoc numerum, qualitatem. et quantitatem rerum ac bonorum per eosdem homines ablatorum et in eadem domo concrematorum ignorarent. Ceterum fenum suum et iobagionum suorum, prope ibidem tunc habitum, simili modo concremassent. Et insuper, cum idem magister Ladislaus ad eosdem homines deinde recedere nolentes unum de duodecim iuratis, ut premittitur, transmisisset scire volens. qua racione talia facta enormia ipsi intulissent, iidem homines super eu[n]dem iuratum irruent. . . . . .sagite in fronte wlnerassent. Verum eciam quidquid et qualiacumque dampna, tam in spoliacionibus possessionum eiusdem magistri Ladislai, quam porcorum aut pecudum vel aliorum rerum suarum minutarum, specialiter vero predictorum v. . . . . •eorum et instrumentorum ac aliorum clenodiorum domus sue ablacionibus et iobagionum suorum wlneracionibus et verberacionibus ac aliis factis illicitis eidem magistro Ladislao evenissent^ primo et precipue omnino et in. . . . . .eiusdem domini Stephani episcopi et prefatorum hominum de Petrina, de Bornowz et de Scytech ex consensu eiusdem irrogata extitissent et haberentur. Datum in eadem Kazara, secundo die congregacionis prenotate, anno domini supradicto.

Original na pergatn u arkivu grof. Ztchy u Zselyu 211, B. 416.*

Na hrptu vidi se trag iriju okruglih malenih pečaia pritisnutik u običnom vosku.

Cod. dipl. com. Zichy. III. p. 163.—166.

5.

1360, 11. februara. U Zadru (Jadre)

Hugolin nadbiskup spljetski (Spalatensis) itd., ispitavši prema nalogu Egidija biskupa sabinskog (Sabinensis) (v. listinu od 10. augusta 1359.) visinu dohodaka samostana sv. Krševana (s. Grisogoni), sv. Kuzme i Damijana i sv Marije, odreduje razmjerrio dvadeseti^ fietinu, koju su spomenuti samostani duzni plaćati u ime ftrokuracije biskupu Egidiju, kao papinskom legatu.*

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo sexagessimo, indictione tercia decima, pontificatus sanctissimi ih Christo patris et domini nostri domini Innocentii, diuina prouidencia pape sexti, anno octauo, die vndecima menssis(!) f^bruarii. Reuerendus in Christo pater et dominus dominus Hugolinus dei et apostolice sedis gracia archiepiscopus Spalatensis vna cum quibusdam suis collegis ad infrascripta deputatis, videlicet religiosis viris fratre Michaele de Sybenico, ordinis Minorum locum tenente, custodis(!) eiusdem ordinis, ipso custode pro negociis dicti ordinis in remotis agente, et fratre Natale, suppriore conuentus fratrum Predicatorum Jadrensis, cum omni reuerencia qua decuit receperunt litteras reuerendissimi in Christo patris et domini domini Egidii cardinalis miseracione diuina episcopi Sabinensis, apostolice sedis legati, cum uero ipsius dommi legati sigillo pendenti super filo canapis cum inpressione cere rubee; in quo quidem sigillo sculptum erat in superiori parte dicti sigilli ymago beate uirginis filium tenentis in brachiis; in medio uero dicti sigilli ymago cuiusdam sancti episcopi; inferius uero clipeum cum quadam sbarra, arma uidelicet dicti cardinalis; in circuitu vero dicti sigilli littere legebantur sic dicentes: »S[igillum] Egidii dei gracia episcopi Sabinensis apostolice sedis legati«, per manus venerabilis in Christo patris domini . .[1] abbatis sancti Grisogoni de Jadra. Quarum quidem litterarum teneor(!) per omnia dignoscitur esse talis: *(Slijedi [listina Egidija, biskupa Sabinskoga od 10. augusta 1359.).* Quapropter prefati domini commissarii volentes tamquam filii obediencie huiusmodi mandatum ipsis iniunctum exequi reuerenter, ut tenebantur, ne in posterum de negligencia possent notari quoquo modo, ad monasteria sancti Grisogoni et sancte Marie accedentes, pro abbateque sanctorum Cosme et Damiani mittentes, ut Jadram deberet venire eo, quod dictum monasterium est situatum in

[1] U orig. mjesto imena.

rure, nec de ipsius valore poterat alibi melius quam Jadre inrormacio haberi, interrogauerunt et examinauerunt per sacramentum sibi prestitum tam abbatem sancti Grisogoni, quam etiam abbatissam sancte Marie de Jadra, nudo verbo de valore reddituum et prouentuum monasteriorum eorundem, licet ipsorum, quoad hoc, dictis non adhibuerunt plenam fidem. Dominus uero abbas sanćtorum Cosme et Damiani in nullo de valore sui monasterii ipsos informare curauit, credens deceptionem factam per ipsum abbati sancti Sauini in taxacione sui monasterii non reuellari, set petens coppiam(!) litterarum domini legati in appellacionem prorupit Cuius appellacione non obstante iamdicti domini commissarii commissionem eis factam exequi uolentes, receptis in forma ciuili a prelatis, circumuicinis et a quampluribus nobilibus ciuitatis Jadre et sacramento eis prestito de ueritate dicenda fidedigno testimonio mediante, inuenerunt: quod monasterium sancti Grisogoni et sancte Marie sunt quasi equualentes (!) in redditibus et prouentibus eorundem; et monasterii(!) sanctorum Cosme et Damiani de Rogoua excedit in valore reddituum et prouentuum in tercia parte et ultra pluris, quam aliquod monasterium predictorum. Et ita matura deliberacione prehabita comunicatoque consilio cum sapientibus et peritis, auctoritate ipsis in hac , parte comissa, sequentes dicta testium, taliter taxauerunt monasteria prelibata: quod amodo deinceps pro uigessima quinta domini legati, ubi soluebat monasterium sancti Grisogoni viginti octo florenos, soluat nunc tantummodo quatuordecim; monasterium autem sanctorum Cosme et Damiani, ubi prius soluebat duodecim florenos, soluat de cetero decem et nouem; monasterium uero sancte Marie, quod ante fuerat taxatum quinque florenos(l), ex nunc in antea soluat duodecim; in nullo a dictis testium receptorum super informacione predicta recedentes. Et quia prefatus dominus legatus in suis litteris ipsis mandauit dicens, ut sibi de premissis per auctenticum instrumentum fidem faciant, requisierunt me presbiterum Stanchonem notarium publicum ibi interessentem, ut de predictis omnibus et singulis ipsis conficiam publicum instrumentum transmittendum per ipsos sepedicto domino legato iuxta tenorem comissionis ipsis faetam; dantesque mihi ibidem auctoritate, qjia supra, plenam et liberam facultatem, ut possim de omnibus et singulis superius enarratis facere cuicumque petenti vnum et plura publica instrumenta eorum auctoritate quandocumque fuerit opportunum. Acta fuerunt premissa per sepefatos dominos comissarios in ciuitate Jadre, in monasterio sancti Grisogoni, anno, indicione, pontificatu, mensse et die superius explicatis; presentibus religiosis vtris fratre (^anino de Vegla, ordinis

et domino Michaele Mercote canonico Spalatensi, testibus ad premissa habitis, uocatis et rogatis.

(Signum not.).

Et ego presbiter Stanconus condam Radouani de Bra§ia, publicus imperiali auctoritate notarius et nunc cuirie(!) archiepiscopalis iuratus scriba generalis, predictis omnibus et singulis, dum sic presentarentur, legerentur, tractarentur et ordinarentur, presens fui cum supradictis testibus et de mandato dominorum commissariorum predictorum in hac(!) publicam formam redegi meque proprio nomine hic subscripsi et presens instrumentum meo solito signo signaui in testimonium omnium premissorum.

Original na pergameni u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana, $v. Krševana kaps. I. br. 99. XVI. masso Q.

6.

1360, 28. februara. U Spljetu (Spaleti).

Ugolin, nadbiskup 'spljetski (Spalatensis) imenuje opate sv. Krševana (s. Grisogoni) u Zadru (de Jadra) i sv. Stjepana u Spljetu (de Spaleto) svojim punomoćnicima u nekom poslu povjerenom mu od pape, pošto je on sam zapriječen drugim vainim poslovima.

Hugolinus dei et apostolice sedis gracia archiepiscopus Spalatensis, executor litterarum apostolicarum, cum quibusdam aliis in litteris papalibus expressis, venerabilibus in Christo patribus . . abbati sancti Grisogoni de Jadra et . . abbati sancti Stephani de Spaleto salutem in domino, — et mandatis nostris ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Litteras sanctissimi in Christo patris et domini domini Innocentii, diuina prouidencia pape sexti, duplicatas, bulla ipsius uera plumbea bullatas, non uiciatas, non contusas, non abolitas, non maculatas, non abrasas, non cancelatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus falsitatis suspicione carentes, vna quarum cum filis sericis graciosam (I), aliam (!) executoriam(!) cum filo canapis more Romane curie, per manus dilecti nobis in Christo filti Pauli Crisani clerifci] Sagrabiensis diocesis nos recepisse noueritis, cum omni reuerencia, qua decuit et honore. Quarum quidem litterarum teneor(!) per omnia dignoscitur esse talis; et primo graciose principium taliter inchoatur: »Innocencius episcopus servus seruorum dei«, et finit in eadem linea: »quibus apud«; penultima uero

linea incipit: »hoc« et finit in eadem; »iunii«. Alia uero executoria cum filo canapis in secunda incipit sic: »dilecti filii« et finit in eadem: »volentes«; in vndecima uero linea incipit »preterquams> et in penultima finit »mencionem«. Preterea et quendam processum abitum(!) per circumspectum virutn dominum Bogo sacristam Auinionensem, unum ex nostris colegis a sede apostolica deputatis, in quo' processu tenor(I) apostolicarum litterarum, tam, gracie, quam executorie, predictarum erant inserti; qui quidem processus in tercia linea sic incipit »ymmo verius« et finit in eadem »more«; vltima uero linea incipit: »pape VI«, et finit in eadem »et rogatis«. Demum idem Paulus nobis exibuit quodam publicum instrumentum acceptacionis benficii per ipsum facte infra terminum sibi prefixum in apostolicis litteris sepius nominatis scriptum, ut prima facie apparebat, manu Gerardi fabri de Cergiaco, clerico Suessensis diocesis etc,, notario publico apostolica et imperiali auctoritate, prout hec et alia melius patent in actis nostre curie archiepiscopalis. Quapropter nos archiepiscopus et executor antedictus, attendentes clausulam illam videlicet: »ves uel duo aut vnus uestrum per uos uel alium seu alios etc.« volentesque tanquam filius obediencie mandatum huiusmodi apostolium exequi reuerenter ut tenemur, per nosmet in propria persona dictam causam seu negocium, non obstante processu collegi nostri superinde prius habito, cui in nullo intendimus derpgare, duxeramus examinandum, set repente occurentibus aliis arduis negociis nostris et ecclesie nostre ad presens occupati prefate execucioni personaliter adesse non ualemus. Idcirco de prudencia, discrecione ac legalitate vestra plurimum confisi, inherendo in hac parte processui supradicto, ne aliquatenus dictus Paulus iure suo ualeat defraudari, uobis et uestrum cuilibet principaliter et insolide committimus in hac parte, in omnibus dictum negocium tangentibus, uices nostras, quousque eas ad nos duxerimus reuoćandas; nullatenus tamen per presentem nostram commissionem reliquo college nostro, videlicet reuerendo in Christo patri . . archiepiscopo Collocensi in aliquo derogantes, quin ipse valeat vigore dictarum litterarum suum processum facere et procedere, quociens et quando sibi uidebitur et oportunum fuerit in negocio prelibato. Nichilon^inus uos(!) et uestrum cuilibet in solidum, in uirtute obediencie et sub excomunicacionis pena, auctoritate nobis in hac parte commissa, quam ex nunc prout ex tunc hac canonica monicione premissa in uos ferimus sentencialiter in hiis scriptis, si secus duxeritis acceptandum, ut iura ipsius Pauli aduertentes, nec non mature examinantes, precipiendo mandamus, quatenus ius, si quod habet, uirtute dicte gracie sibi facte, conferatis eidem. contradictores et rebelles eadem auctoritate per censuram ecclesiasticam compescendo, ita tamen, quod nichil in preiudicium dicti Pauli atemptare(!) valeatis, cum non debent

nasci iniurie vnde iura nascuntur, iuxta sacrorum canonum instituta et legitimas sacciones(l). Datum Spaleti in nostro archiepiscopali palacio, anno domini millesimo trecentessimo sexagessimo, indicione tercia decima, die vigessimo octauo menssis februarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini Innocencii pape sexti sup.radicti anno octauo. In cuius rei testimonium presentes litteras nostri(!) rpaioris(l) sigilli(!) autentici(!) fecimus communiri ad maiorem firmitatem et in actis nostre archiepiscopalis curie per notarium nostrum de uerbo ad uerbum fecimus regestrari, presentibus discreto viro domino Laurencio Johannini, canonico et vicario Spalatensi ac etiam presbitero Michaeli, canonico et vicario Spalatensi, et aliis quampluribus testibus ad hec uocatis specialiter et rogatis.

(Monogram. not.J.

Et ego Stanconus condam Radouani de Bragia, publicus imperiali auctoritate notarius et nunc scriba iuratus curie archiepiscopi supradicti ad peticionem et requisicionem ipsius Pauli presentem comissiunem in hanc publicam formam redegi meque proprio nomine hic subscripsi et presens instrumentum meo solito signo signaui ih testimonium omnium premissorum.

Original na pćrg. tt gubern. arkivit u Zadrtt^ odio samostana sv Krševana, kaps. XIV. no. 210.

Na listini nalazi se svilena vrvca zutkaste boje; pečat je otpao.

7.

1360, mjeseca februara. fU Dubrovniku).

Općina dubrovačka javlja kralju Ljudevitu, da veoma rado ustupa svoje naprave za gradnju brodova, da mu na njima Marin de Goce uzmogne sagraditi tri ratne lađe ; ujedno moli kralja> da ju zastiti pred napadajima Vojislava de Voyno, velikaša srpskog kralja (regis Raxie) i proti nepravednim zahtjevima majke kralja srpskog (mater repis Racsie).

MCCCLX. de mense februario.

Littera transmissa domino nostro domino regi Hungarie. Serenissime domine noster, debita ac humili inclinacione premissa! Vestre regie maiestatis literas graciose ac benigne recepimus continentes, quod vestra regalis maiestas commiserat Marino de Goce conciui nostro, vt deberet facere fabricari tres galeas, et quod pro huiusmodi galearum fabricacione

nostrum arsenatum, in quo dicte galee construi et fabricari possent, et mastranciam concedere deberemus. Quibus litteris cum omni debita reuerencia et inclinatione receptis et visis, sic humiliter vestre serenitati duxi~ mus respondendum, tanquam nostro domino naturali gracioso et benigno. quod possumus nobis ad magnam graciam reputare, quin vestra sacra corona aliquid a nobis, vestris subditis pt fidelibus, aliquid sibi placibile fieri requirit, Et idcirco vestre regali maiestati libere arsenatum nostrum, protomagistrum et alios magistros concedimus humiliter et deuote ad omne beneplacitum vestre regie maiestatis et mandatum. Insuper vestre serenitati hurniliter exploramus grauamina, molestias et dampna nobis, vestris subditis, illata et facta per quemdam vocantem se comitem Voyslauum de Voyno, baronem regis Raxie, prout de mense augusti preteriti recolimus vestre benignitati denotasse. Cui quidem comiti Voyslauo, tamquam lupo affectanti agnos deuorare, super nos venienti cum exercitu magno ad dampnum et destruccionem nostri comitatus, cuius partem fecit derobari, non valentes eius tyrannice potencie resistere, dedimus iperpera IV.M.[1] cum amaritudine magna ac dolore nostro, ut nostrum comitatum non deguastaret. Iterum prefatus comes Voyslauus de nouo nobis minatur velte auferre totum comitatum extra muros huius vestre ciuitatis in hac aestate proxima. Et mater regis Racsie de mense ianuarii proxime preteriti misit nobis duos suos ambaxiatores petentes a Marino de Goce parasides sep[tuaginta] octo auri. Et nos eisdem ambasciatoribus dedimus responsiuam ad meliorem et pulcriorem modum, quem sciuimus et potuimus. Et ipsi nobis similiter minati fuerunt pro parte dicte genitricis regis Raxie, de quibus minis etiam multum dubitamus. Quapropter vestre regie maiestati humiliter supplicamus, quatenus dignemini et vobis placeat super predictis prouidere, ut nos, vestri fideles, dampnum ab istis infidelibus non recipiamus, et quod hec terra vestra sit vestre celsitudini recome[n]data. Marinus de Mence, rector comunis Ragusii, iudices, consilium et tota vniuersitas terre eiusdem.

Lettere e commissioni di Levante vol. 1359.—1380. f. 14, b
Libri reformationum II. 289.
Gelcich-Thalloczy Dipl. Ragus. br. 12, 16.—17.

t

[1] T. j. 4.000.

8.

1360, 10. marta. U Križevcima (In Crisio).

Pavao župan križevački (Crisiensis) i njegovi plemički suci svjedoče, da im je Juraj sin Hedrika (filius Hedryci) namirio sudbene troškove, koji su nastali iz njegove parnice protiv Ivana sina Dorozlaya,

Nos magister Paulus comes Crisiensis et iudices nobilium eiusdem eomitatus memorie commendamus per presentes, quod Georgius filius Hedricy de districtu Riuche nobilis de vniuersis iudiciis et iudiciorum grauaminibus, in auibus ipse contra magistrum Tohannem filium Dorozìay vsque diem datarum preseneium ordine iudiciario coram nobis conuictus extitisset, modum satisfaccionis nobis fecit et inpendit. Super quibus eundem Georgium filium Hedrici reddidimus pro nostr^ parte expeditum, salua porcione partis aduerse remanente. Datum in Crisio, feria tercia proxima post dominicam oculi, anno domini M° CCC° LX°.

Original na papiru, sasvijem blijed, u kr. ugar. drz. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.2/7. — Siara signatura: Acta monast de Gang, fasc. L no. 45.

Na hrptu se vidi irag dviju pritisnutih pečata: veći u sredini, manji niže desno.

9.

1360, 21. marta. (U Djakovu),

Kaptol bosanski (Boznensis) svjedo,či da je Egidij sin Ivanov kao zastupnik Denka sina Demetrijeva de Radoman dignuo protest proti Nikoli sinu Ivanke i njegovom sinovcu Ladislavu i zetu Mihajlu sinu Dominikovom, koji su htjeli prodati dijelove svog posjeda Gyuneteleke, na kojima je imao prije spomenuti Denk odnosno posjed njegov Radovan koristovnih prava.

Nos capitulum ecclesie Boznensis damus pro memoria, quod anno domini MCCC^0 sexag[esimo, sjabato proximo ante dominicam iudica^ Egidius filius Johannis, famulus et procurator magistri Denk filii Demetrii de [Rado]wan ex comitatu de Barana, ad nostram personaliter accedens presenciam in persona eiusdem magistri Denk, domini sui, per mo[dum] protestacionis nobis significare curauit, qaod absque scitu et consensu

ipsius magistri Denk, prout idem percepisset, Nicolaus filius Iuanka et Ladislaus filius Johannis, filii eiusdem Iwanka de Gyuneteleke, ac Michael filius Dominici, gener eiusdem Nicolai, vicini et commetanei scilicet ipsius magistri Denk et possessionis sue Radowan supradicte, possessionarias eorum porciones in eadem Gyuneteleke habitas vendicioni exponere et alienare et ad easderri porciones ipsorum de iuribus, vtilitatibus et prdprietatibus possessionariis eiusdem magistri Denk ad predictam Radowan pertinentibus nequiciose occupare et applicare et vendere cum eisdem ac alienare nitterentur in eiusdem magistri Denk preiudicium et iacturam. De quibus omnibus et eorum singulis vice et nomine eiusdem magistri Denk et pro eodem predictus Egidius filius Johannis seruiens et procurator suus, prout in litteris procuratoriis honorabilis capituli ecclesie Quinqueecclesiensis vidimus contineri, auctoritate procuratoria eosdem Nicolaum filium Twanka et Ladizlaum filium Johannis ac Michaelem filium Dominici, generum ipsius Nicolai, a uendicione, inpignoracione et alienacione predictarum porcionum ipsorum possessionariarum et eciam ab occupacione et applicacione ac tradicione maliciosa et nequiciosa iurium et proprietatem possessionariam eiusdem magistri Denk et ad ipsum de iure pertinencium et applicari conueniencium et conuenire debencium; item Nicolaum dictum de Zepes et dominam consortem suam Claram vocatam ac Gallum filium suum similiter a uendicione, pignoris obligacionć et qualicumque alienacione possessionis seu possessionarie porcionis ipsorum in dicta Gyuneteleke habito; quoslibet autem habitatores cuiusuis status et condicionis et specialiter nobilem dominam relictam magistri Philpe de Zuglak, Nicolaum, Johannem et Ladizlaum filios suos quouis modo et titulo predictas porciones et iura possessionaria supradicta uel eorum singula aut singulum occupare, applicare uel vsurpare aut de eisdem quoquo modo se intromittere uolentes et intendentes — prohibuit contradicendo coram nobis. Datum die et anno prenotatis.

Na hrptu: Pro magistro Denk filio Demetrii de Radowan contra Nicolaum filium Iwanka et alios intrascriptos prohibitoria.

Original na papiru u arkivtt jugoslavenske akadeinije u Zagrebu : Diplomata a. 1360.

Na hrpiu nalazi se trag pečata, kojim bijaše listina zatvorena.

10.

1360, 21. marta.

i hrvatski poi
Puneka (filii JVlkoziou) Karla od 15. decembra 1322., koja sadr&aje listinu kralja Andrije od gođ. 1291., Hrasch na od svih podavanj'a fisku

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium saluatore. Et quia ab ore sedentis throno in excelso procedit gladius bis accutus, qui, nulli parcens contra iusticiam, reddit vnicuique quod suum est, nec videretur regalis sublimitas tramitem tenere iuris, si in eius dextera iusticia eclipsim pateretur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Petrus filius Punek filii Wlkozlou, aule nostre miles, dilectus nobis et fidelis, in sua et Lorandi, fratris sui vterini, personis nostre sublimitatis adiens conspectum, exhibuit nobis quoddam priuilegium olim incliti principis domini Karoli regis Hungarie, patris nostri karissimi pie memorie, priori et antiqui suo sigillo consignatum, super relaxacione et exempcione solucionis collecte mardurinarum de possessionibus ipsorum Greben et Hraschina vocatis proueniencium, Gardun auo ipsorum facta, tenoris infrascripti; flagitans nostram humiliter maiestatem, ut dictum priuilegium paternum et relaxacionem collecte predicte acceptare, approbare, ratificare et nostro pro eisdem eorumque heredibus dignaremur priuilegio confirmare. Cuius tenor talis est: *(Slijedi povelj'a kralja Karla od 15. decembra 1322., kojom se potvrđuj'e listina kralja Andrije od 29, juna 1291. izdana knezu Gardunu Grebenskont).* Nos itaque, circumspectis fidelitatibus et fidelium seruiciorum laude dignis meritis prefati Petri filii Punyk, quibus idem in cunctis nostris et regni nostri negociis sicut prosperis, sic et aduersis, specialiter autem in recuperacione ciuitatis nostre Jadrensis, que olim per Uenetos nostros emulos detinebatur tirannica seueritate occupata, personam suam simul et res variis fortuitis casibus exponens, cum supreme fidelitatis feruore, agilitate, strennua laudabilique virtute nobis exhibitis et jnpensis, studuit nostre complacere maiestati et se pre cunctis suis participibus reddere coram regis obtutibus gractosum et acceptum, volentes eundem pro premissis regio prosequi cum fauore, licet idem

genitor noster karissimus omnia priuilegia et litteras sub dicto suo priori sigillo suo confectas et emanata(!) racionabilibus ex causis reuocauerit^ tamen nos pretactas possessiones Greben et Hraschina nuncupatas villasque et predia ad eadem pertinencia, ac iobagiones in eisdem residentes a solucione collecte marturinarum et aliorum censuum, daciorum et vićtualium iuri regio ac bano Sclauonie' proueniencium, non obstante reuocacione sigilli prioris dicti patris nostri, ex regia largiflua clemencia et noua gracia speeiali duximus eximendos et extmimus presentis priuilegii nostri patrocinio mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigtlli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem ćomitis perpetui, auie nostre, cancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M°. CCC°. LX°. — XII°. kalendas aprilis, regni autem nostri anno decimo nono; venerabilibus in Christo, patribus et dominis^ eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Cholochensi, Vgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Elia Ragusino, archiepiscopis; Nicolao Agriensi^ Demetrio Waradyensi, Dominico Transsiluano, Gregorio Chanadiensi, Q Jauriensi, Ladizlao Vesprimiensi^ Mychaele Wachyensi, Stephano Zagrabiensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Zirimyensi, Johanne Tininiensi, Demetrio Nonensi, Bartholomeo Traguriensi, Stephano Pharensi, Valentino Makarensi, Matheo Sibinicensi, Mychaele Scardonensi, Portiua Seniensi et Radozlao Corbauiensi, ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Nicolao de Zeech tocius Dalmacie et Croacie, Leustachio regni Sclauonie, Nicolao de Machou, banis; Emerico magistro agazonum nostrorum ac magistro Simone comite Posoniensi, aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Iz originalnog prijepisa kaptola zagrebačkoga od 13. decembra 1372 na pergameni u kr. ugar. drzavttom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L no. 34.008. — Stara sign.: N. R. A. fasc. 1597, no. 14.

11.

1360, 28. marta. D KriževciinaL (In Ctfšio)-

Pred Pavlom županom križevačkim (Crisiensis) i, njegovim plemićkim sucima daje Grgur Ivanov svojoj kćeri Herleni, koj'a se udaj'e za Lovrinca sina Petrovog, jedan dio posjeda Konjske (Konzka) u miraz, pod priuzdriajem prava vlasniUva sebi i svojim sinovima za slučaj, ako ne bi imala potomaka.

Nos magister Paulus comes Crisiensis et iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod comite Gregorio filio Johannis de distfictu Ryuche ab vna, item Laurencio filio Petri de eodem parte ex altera coram nobis personaliter constitutis, propositum extitit per eundem Gregorium ministerio viue vocis et relatum, quod ipse matura deliberacione prehabita predictum Laurencium filium Petri in filium seu generum sibi adoptasset tradendo eidem dilectam filiam suam Herlena vocatam legitimam in consortem et cum eadem dando ac donando eidem ob dileccionem filialem, ymo post eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, ab eadem filia suai naisscendis et procreatndis, quandšm possessionariam porcionem Konzka vocatam, in eodem districtu Ryuche inter possessiones filiorum Belud Beludoch vocatam, ac filiorum Jacobi dicti Kys existeritem et habitam, cum omnibus suis vtilitatibus et vtilitatum integritatibus in faćie eiusdem existentibus et habitis, cum plenitudine sui iuris et dominio eiusdem, sub metis et distinccionibus infrascriptis vndiqueque distinctam ac sequestratam, possidendam, tenendam pariter et habendam, ita videlicet: ‚si eandem filiam suam quod absit, diuino nutu absque heredum solacio decedi contigat, extunc ipsa possessionaria porcio cum plenitudine sui iuris in ius et proprietatem suam aut filiorum suorum deuoluetur eo facto, contradiccione eiusdiem Laurencii non obstante. Prima meta eiusdem possessionarie porcionis, prout idem comes Gregorius retulit, a possessionariis iuribus aliorum hoc ordine distingitur: incipiendo in vna arbore populea cruce sigriata prope magnam viam, in qua itur de Ryuche versus Kaproncha, existenti, ibique in medio spacio eundo reflectitur ad eandem mdgnAm viam; et i» eadem magna via eundo versus partem septemtrionalem in magno spačio venit ad arborem cherasy circa terram castrensium existentem; deinde vergitur ad orientem, venit ad metam terream prope terram filiorum Jacobi dicti Kys situatam; inde procedit ad meridiem et in modico spacio eundo cadit in caput fluuii Kuzka (!) supradicti; in quo videlicet

fluuio in aliquo spacio veniendo infra peruenit ad terram Bartholornei filii Belud; ibique exeundo ipsum fluuium dirigitur ad occidentem per unum paruum fluuium, qui vocatur Dubchyn eundo, in magno spacio venit ad puteum inferius vineam Petri filii Johannis existentem; deinde ad eandem plagam inter vineas Petri et Henik filiorum Johannis et filiorum Lucasii; abhinc diuertitur et peruenit ad priorem metam ibique terminatur. Cui quidem donacioni, prout idem comes Gregorius retulit, tam filii sui, quam vicini et vniuersy commetanei dicte possessionarie porcionis consensum admissionis prebuissent beniuolum et assensum, Datum in Crisio sabbato proximo ante dominicam ramispalmarum, anno domini millesimo CCC° sexagesimo.

Ortginal na pergameni u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D L. no. 33.661, — Siara signatura : N. R. A. fasc. 1675. no. 4. Na hrptu lisiine bila prittsnuta četiri pecata.

Ovjerovljeni prijepis od 28. decembra 17'iSO. nalazi se u arkivu nadbiskupskom u Zagrebu. Priuilegia a. 1360.

12.

1360, 23. aprila. U Avignonu. (Avinione).

Inocencije VI. papa dozvoljuje biskupu bosanskomu Petru, da može na heretike dići i svjetovnu oruzanu silu, te da ih moie kazniti crkvenim kaznama bez priziva.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri Petro episcopo Boznensi salutem et apostolicam benedictionem. Ut inquisitionis officium contra pravitatem hereticam tibi in tuis civitate et diocesi Boznensi a iure concessum eo melius et efficacius exequi valeas, quo maiori fueris auctoritate munitus, invocandi auctoritate nostra pro huiusmodi inquisitionis negocio exercendo, cum opus fuerit, auxilium brachii secularis, ac contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et penas alias appellatione postposita compescendi,— non obstante, si aliquibus ćommuniter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod suspendi vel excommunicari, aut ipsi vel eorum terre interdicto ecclesiastico stipponi non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiušmodi mentionem, — fraternitati tue plenam'et liberam auctoritate apostolica conceditaus tenore presentium facultatem. Per hoc tamen, quomrniis, prout tibi a iure čompetit, huiusmodi auxilium pro dtcto negocio

auctoritate ordinaria invocare, et contra non parentes procedere, prout iustum fuerit, valeas, nullum tibi volumus preiudicium generari. Nulli ergo etc. nostre . concessionis et voluntatis infringere etc. Datum Avinione, VIIIL kalendas maii, pontificatus nostri anno octavo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 327. str. 240. Iz reg, an. VIII. tom. 24. fol. 255.

13.

1360, 4. maja. (U Dubrovniku).

*Rekior dubrovački Nikola de Zavarnigo sa malim vij'ećem šalj'u kancelara Tuodora rimskoj kuriji u stvari izbora dubrovačkog nadbiskupa s tom instrukcij'om, da ne smije dozvoliti, da bude izabran Dalmatinac, Arbanas, Mlečanin ili DubroVčanin^ niti neki biskupi, koji su poslaniku označeni**

Anno domini MCCCLX., indictione XIII., die IV. mensis madii. Nos Nicola de Zavarnigo, rector communis Ragusii, cum nostro minori consilio, chomittimus tibi Tuodoro, nostro canceilario dilecto, quatenus in nomine domini ire debeas ad curiam Romanam, et ibi debeas litteras nostras presentare, quibus diriguntur, cum illis pulcris modis, qui prudencie et discrecioni tue videbuntur fore placibiles et boni, secundum formam, quam tibi dedimus, pro habendo prelatum bonum et sufficientem pro ecclesia nostra.

Et presentatis Jitteris nostris, quibus diriguntur, recomenda nos et totam terram nostram eisdem cum illis verbis amenis et pulchris, prout tibi videbitur convenire. Et inđe recedere non debeas, donec fuerit electus et creatus archiepiscopus noster.

Et si casus occurerit, quod aliquis Dalmatinus, Albanensis, Venetus aut de terra nostra Ragusii vellet dictum nostrum archiepiscopatum impetrare, et tu obsta eis cum omnibus amicis nostris, et cum omnibus modis et cautelis, qui et que tue discretioni videbuntur.

Et si aliquis illorum dominorum episcoporum, de quibus tu scis, se intromittere vellet ad impetrandum predictum nostrum archyepiscopatum, et tu dic et expone summo pontiffici et dominis cardinalibus ipsorum et malitias, ac etiam ostende illas II. litteras episcopi Cur§olensis, si tibi videbitur expedire,

Lettere e commissioni di Levante voL 1359.—1380. f. 15. a.
Libri reformaiionum II 290.—291.

ii.

1300, 4. maja. **U Jakinu. (Ancone).**

Egidij'e biskzip sabihski (Sabinemis) i legat pdpin izdaje nainiru nadbiskupu i kleru spljetskom (Spalatensi) vrhu 45 dukata i 24 bolonjskih solida, koja mu je svoia plačena po Ivanu Jakovljevom de Podiobonaci u ime prokuracija četvrte i pete godine poslaništva.

Nos Egidius miseratione diuina . . episcopus Sabinensis, apostolice sedis legatus, presencium tenore fatemur habuisse et recepisse a uenerabili in Christo patre(!) . . . archiepiscopo Spalatensi et eius clero per manus Johannis Jacobi de Podiobonaci Florentine diocesis dante et soluefnte pro se et clero suo quadraginta quinque florenos auri boni et iusti pondĕris, et viginti quatuor solidos Bolonienses nobis debitos ab eisdem; videlicet quittqtie florenos et uiginti quatuor solidos Bolonienses pr6 parte residiia et complemento procurationum quarti, et quadraginta florenos pro procuratiotiibus quinti annorum nostre preterite legationis. Quos quidem quadraginta quinque florenos auri, viginti quatuor solidos Bolohierises thesaurariis nostris iđem Jbhantfeš Jacobi de mandatb nostro effectualiter assignauit. De quibuš qUidem floteniš sic solutiš prefatos ...(!) arčhiepiscop^um et clerum pfešfetitium tetibre aibšoluimuš et quietamuš. Iri cuius rei testtmoriium presenteš nostras litteras neri fecimus nostrique sigilli apperišione rnuniri. Datufo Ancone, die IIIL mensis madii, poritificatuš đomiril Innoćentii pape Vf. arino bctatio.

Johanries Martiniis, \ thesaurii domini legati.
Petrus Alfonsus,

Original na pergameni tt ark. kaptola u Spljetu XVI. 1, 53, Vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat.

i&.

1360, 6. maja. U Zadrtt. (Jadre).

Roxa udova Zunya de ButoUahć, Pria udova Grizogona sina Nikolintig de GrUbogria i Cressius sih Andtije de Grub&gHa prodaju, kao izvršiielfi općruke sptiihetiiitog Grizdgdtid, Damjanu sihu Pribighe de Puhćid sancte Mdtie zasetdk i nčke zethlje. Ktipovninu dobiiia spdMčhiita Ud&vica Gtizbgona, Prid, u podrhtrehje zti svoj mtraz.

In Hristi(l) nomirie ameri. Aiino inćarriacionis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo, indiccione tertia' decima!, die gexto> mensis maii^

jadre; regnante serenissimo principe domino nostro domino Lodouicp dei graeia rege Hungarie; temporeque reuerendi patris dpmini Nicplai de Matafaris, decretorum doctoris, archiepiseppi Jadrensis, ac magnifici et potentis dpmini Nicolai de Zeech regnorum Dalrpacie et Crpacie bani generalis comitisque ciuitatis Jadre. Domina Roxa relicta condam ser Zuny de Butouano, domina Pria relicta cpndam Grisogoni Nicolai de Grubogna et Cressius condam Andree de Grubogna, commissarii testamentatrii di.cti condam Crisogoni, ut patet testamento ipsius condam Grisogoni scripto sub anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, indicione decima, die vndecimo mensis nouemhris, manu Coradi condam Rangerii de Pad[oua], imperiali auctoritate et curie Jadrensis notarii, dederunt, vendiderunt et tradiderunt iure proprio in perpetuum Damiano condam Pribigne de Puncta sancte Marie vnam curiam cum quodam viridario circa medium gognai; ppstea in puncta . . . . .cum] arboribus in eo natis et plantatis. Et si plus est uel minus illud cedat in presenti vendicione absque precii ad . . . . .les dicuntur esse confines: de trauersa domus et curia dicti emptoris, de borea curia Georgii condam Radouan . . . . de austro domus Damiani Cerencigh, de quirina via publica. Item vnum clappum terre gognarii circa unius cum dimidio, et si plus est uel minus illud etiam cedat presenti vendicioni absque ulla precii addicione uel minucione, CURI arboribus natis et plantatis positis ibidem in dicta puncta, cui de trauersgt est curia Collani Martinusii de Butouano, de borea derum presbiteri Damiani de Ezio, de austro via conuicinalis, de qujrina partim derum Nicolai Martinusii de Butouano, partim dicti emptoris et partim Dragoslaui famuli .olim Francisci de Zadullin, ad habendum, tenendum et possidendum et quidquid eidem emptori suisque heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis, que infra predictos continentur confines uel alios, si qui forent ueriores, accessibus et eggressibus suis, usque in viam publicam, et cum omni iure, raccione(l), usu seu requisicione sibi ex e'a uel pro ea re ullo modo pertinente. Que quidem res et possessiones predicte aqquisite fuerunt per dictum condam Grisogonum ex dotibus dicte domine Prie uxoris sue, prout dicti cpmmissstrii pmnes dixerunt et asseruerunt, pro precio et npmine prgcii librarum qqadraginta septem denarionim paruorum; quod precium dictus venditor dedit, nurnerauit, tradidit et soluit de uoluntate et consensu dicte domine Roxe et Cressii cpmmissariorum dicti Grisogoni presencium ibidem et consentientium, predicte domine Prie, commissarie eciam et uxori dicti condam Grisogoni, recipienti ibidem pro parte et

in racione solucionis et restitucionis docium suarum, que fuerunt libras(I) trecentas(i) paruorum, in quibus dictus condam Grisogonus apparet eidem .... litterarum vigore instrumenti dotalis ipsius scripti sub anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, indicione tertia, d[ie]. . . . . .* . per Franciscum ser Manfredi de Placencia imperiali auctoritate et curie Jadrensis notarii, et quas dotes predictus condam Grisogonus. . . . . . .suo testamento ordinauit restitui dicte domine Prie uxori sue in eo legitime. Quas res venditas predicti commissarii venditoris constituere commissario nomine antedicto se nomine dicti emptoris possidere, donec ipsarum rerum possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinencia(l) deinceps eidem licenciam eiusmodam dederunt; promittentes predicti commissarii. . . . . .. commissario nomine antedicto per se et eorum successores eidem emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti de dictis rebus venditis seu parte ipsorum ei uel suis heredibus aut successoribus litem uel questionem ullo tempore non inferre, nec inferrenti consentire, sed predictas res venditas tam in proprietate, quam in possessione deffendere, excalumpniare ab omni persona et vniuersaliter in racione sub pena quarti dicti precii et extimacione dictarum rerum et reffecione omnium expensarum, dampnorum et interesse litis et extra, et obligacione omnium bonorum dicte commissarie presencium et futurorum. Actum presente ser Paulo Perlumbardi et. . . ciue Jadere et Georgio condam Radouani Ugracigh, testibus vocatis et rogatis et alliis (!)

Ego Michael Barti de . . . . iudex examinator manum misi.

Ego Blasinus Brochuš publicus imperiali auctoritate notarius ac Jadrensis iuratus .. . . .rogatus scripsi et roboraui.

Original na pergameni u arkivu jugosL akademije u Zagrebu Ošiećen je na tri mjesta.

16

1360, 8. maja, U Zadru/ (Jadre).

nadbiskufi zadarski CJadrensis) izdaje nam na sv. Krševana (s. Grisogoni), da je filatio

it *dužnih mu u ime prvog četverogodista aničku prokuractfu.*

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo, indicione tercia decima, die octauo mensis

madii, Jadre; regnante domino nostro domino Lodouico dei gracia serenissimo rege Vngarie; et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro, decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac magnifici domini Nicolai de Sec totius Dalmacie et Crohacie generalis bani et comitis Jadre. Reuerendus pater dominus Nicolaus de Matafaro, Jadrensis archiepiscopus supradictus, sponte confessus fuit et fcontentus se a venerabili patre domino fratre Johanne, abbate monasterii sancti Grisogoni de Jadra, habuisse et recepisse septuaginta ducatos auri bonos, legales et iusti ponderis pro residue solucionis collecta prouisionis quatuor primorum annorum legacionis prime reuerendissimi patris domini Egidii pro sancta Romana ecclesia legati. Cuius rei causa dictus archiepiscopus solempniter promisit dicto domino abbati pro se et uice et nomine dicti sui monasterii stipulanti et recipienti se taliter facturum et curaturum omni penitus exceptione remota, quod dictus dominus legatus de predictis erit contentus et pro ipsis domino abbati uel monasterio suo predicto predicta occaxione(!) nullum dampnum incurret (!) nullaque sibi lix(l) uel molestia inferetur ; ipsumque dominum abbatem et dictum monasterium et bona ipsius monasterii ab omnibus et singulis supradietis conseruabit penitus sine dampno. Et si contigerit ipsum occaxione predicta dampnum aliquod incurrere aut ad alicuius quantitatis pecunie solutionem urgeri, restituet et persoluet ei totum et quicquid dicta occaxione persoluerit cum omni suo dampno et interesse. Et predicta omnia et singula supra et infrascripta promisit dictus dominus archiepiscopus per se et suos successores dicto domino abbati pro se et suis successoribus stipulanti et recipienti firma et rata habere perpetuo et tenere et non contrafacere uel uenire per se uel alium, aliqua racione uel causa, de iure uel de facto, sub pena quarti stipulatione promissa et refectione dampnorum et expensarum litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis obligauit eidem omnia dicti sui archiepiscopatus bona pressencia et fuctura(!). Et pena soluia uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum presentibus dompno presbitero Georgio plebano ecclesie sancte Marie Maioris de Jadra et ser Petro condam domini Bartholomei Ferante de Monposulerio nunc habitatore Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis, et aliis.

(Drugi rukopis).

f

(Signum not.)

Jacobus Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et pu blicaui et signum meum aposui consuetum.

Original na pergam. u arkivu gubern. u Zađrzi; odio samostana sv Krševana. Kaps. XXIII. br. 76.

17.

13$0, 19. **maj^.** (U Cazmi).

Pred čazmanskim kaptolom daruje Benedikt sin Zcyvilanov svome bratu Beki i njegovim nasljednicima svoj dio posjeda, koji su oni zajednički naslijedili.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus auibus expedit [Vniuersis presencium per tenorem, auodl Benedictus filius Zcyuilan nobilis de districtu Gresencha a parte vna, ex altera autem Beke frater . . . . Johanne et Petro filiis suis personaliter coram nobis constituti, idem Benedictus possessionem. . . , ..., [1] que ipsis ex linea fraternali iure hereditario . . . . diuisa extitit, ob amorem et . . . . dileccionis qu . . . amplexisse indissol . . . . agnoscuntur, cum omnibus vtilitatibus, videlicet . . . . . siluis, aquis, molendinis . . . . . . bus, terris arabilibus ceterisque vtilitatibus suis, quouis nomine vocitatis ad eandem prelibatam possessionem spectantibus vniuersis d . . . . confessus est . . . . ac filiis suis prenominatis per eosque eorum heredibus et heredum successoribus sub eisdem metis ac . . . . dedisse, . . tradidisse et reliquisse irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam . . . . proprietatem, quam vel quod in prelibata possessione ipse Benedictus vsque modo . . . . sset omnino . . . . , auctoritate presencium relinquendam, ymmo annuit et dimisit coram nobis perpetuo et pacifice optinere v . . . . sui iuris. In cuius rei raemoriam firmitatemque perpetuam presentes ad instanciam et peticionem parcium antedictarum concessimus litteras . . . . sigilli consignatas. Datum feria tercia proxima ante octauas festi asscensionis domini, anno domini millesimo CCC° LX°.

[1] U Tkaičićevom prijepisu nalazi se ovdje: [suam BeletynczJ. Vidi u opasci spomenuti regest.

Original na pergameni vrlo trošan u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.2/9, — *Stara signatura: Acta monast. Garig' fasc. L no. 46.*

Na nekoč ctvenoj, sada izblijeđeloj svilenoj vrvci visi pečat.

Regest u elenku glasi za ovu listinu: Fassio perennaljs coram capit Chasm. celebrata, vigore cuius Benedictus^ filius Z. de distr. G. totalem se iure hereditario divisionali (prout ex no. 19.) ex linea fraternali concernentem possessionem sine dubio Kanevicha appellatam fratri suo Beke eiusque filiis Ivanni et Petro cum omni iure . . cedit . .

18.

1360, 21. maja. **U Villeneuve* (Villa** nova).

Sudac i puk Ostrošca (Oztrezacensis) mole papu Inocenta VI., da naloži nadbiskupu spljetskom, da povede istragu proti biskupu kninskom, koji ih je udario crkvenim interdiktom, jer nijesu htjeli njegovim neopravdanim zahtjevima udovoljiti.

Significant sanctitati vestre humiles ac deuoti eiusdem sanctitatis serui, iudex et populus suburbii Oztrezacensis, quod licet ipsi parati sint et semper fuerint domino Johanni episcopo Tiniensi eorum dyocesano, tam de decimis quam de omnibus iuribus episcopalibus debite r[espo]ndere, nichilominus tamen idem episcopus suis iuribus non contentus multa indebite exigere nititur ab eisdem. Et quia sue inordinate voluntati non parent, per interdicti sentencias et alias priuauit eos diuinis officiis et ecclesiasticis sacramentis. Supplicant igitur eidem sanctitati, quatenus dignemini comittere et mandare archiepiscopo Spalatensi metropolitano suo, ut, sicut iustum fuerit, sentencias relaxet, et super omnibus et singulis querelis ac causis, quas contra ipsum episcopum super predictis et ea quouismodo tangentibus, moueat interdictum, iusticiam faciat et eis prouideat de remediis opportunis, Fiat G.

Datum apud Vfllam Nouam Auinionensis diocesis, XII. kalendas iunii, anno octauo.

Innocent. VI Reg. supplic. an. VIII no. 31. fol. 114.

19.

1360, 27. maja. U Križevcima. (In Crisio).

Pavao zupan križevački (Crisiensis) sa < filemickim sucima županije križevačke potvrduju diobu zajednice, što ju je proveo plemićki sudac Petar sin Pettresa medju Petrom sinom Jakova (sina Ladislava) i Nikolom sinom Pavla, te Tomom i Alexandrom sinovima Beke de Sebtticha.

Nos magister Paulus comes Crisiensis et iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendantes šignificamus vniuersis, quod comes Petrus filius Pettres iudex nobilium, vnus ex nobis ad infrascripta exsequenda super facto metali(!) diuisione(l) possessionaria(l) porcionum et separacionum inter comitem Petrum filium Jacobi filii Ladizlai ac Nicolaum filium Pauli et filios Beke Thomam et Alexandrum de Sebnicha, quem, ex vtraque parte ad, instantem et legitimam peticionem eorundem, transmiseramus faciendam equalem diuisionem inter ipsos iure requirente, ad *QOS* rediens nobis dixit et regni nobilibus in sede iudiciaria in hunc modum inter partes predictas, prout est inferius expressum, diuisionem equalem per ueras metas priores et antiquas presentibus probis viris vicinis et commetaneis suis modoquo equali fecisse diuisionem per modum infrascriptam (!). Prout predictus Petrus iudex nobilium et partes predicte retulerunt *mete* inter ipsas hoc ordine distinguuntur difiniendo: prima scilicet meta inter ipsos incipitur a parte australi in quadam arbore thul cruce signata meta terrea circumfusa circa quodam fossatum, de quo directe eundo ad arborem ikegineh in medio silue stantem meta terrea circumfusam; abhinc per eandem siluam in bono spacio eundo ad partem meridionalem venit ad vnam arborem truncatam dictum(!) kercus cruce signatam meta terrea circumfusam; iuxta latus eiusdem silue exiendo de eodem trucco(!) per campum directe procedendo peruenit arborem piry siluestris cruce signatam meta terrea circumfusam; inde versus meridiem directe eundo venit in arborem thilie iuxta fluuium Clenouch meta terrea circumfusam, ibique terminatur. Quarum pars orientalis cessit comiti Petro filio Jacobi, pars vero occidentalis Nicolao filio Pauli et filiis Beke sepenominatis. Datum in Crisio, quarto die festi pentecostes, anno domini M°.CCC°. LX°.

Original na papiru u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu Diplomata a. 1360.

Na hrfitu bijahu pritisnuta tri pečata.

20.

1360, 28. maja. U Trogiru. (Tragurii).

Nikola primicer i Jakov arciđakon kaptola trogirskog prodaju na drazbi po nalogu papinog posfanika prihod sela Bossigeno, koje je pripadalo trogirskoj biskupiji.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagessimo, indicione tercia decima; regnante domino Lodoyco serenissimo rege Vngarie; et tempore quidem venerabilis patris domini Bartholomei episcopi, et egregii et potentis viri domini Francisci de Georgio de Jadra regii militis et [de] eius mandato honorabilis comitis ciuitatis Tragurii suorumque iudicum no[bilium] virorum dominorum Andree Gregorii, Danielis Johannis, Andree Marini et Mathei Francii, die vigessimo octauo mensis maii. Venerabilis vir dominus Nicolaus condam Donati primicerius ecclesie Traguriensis et dominus [Jacojbus archidiaconus ecclesie predicte, tamquam filii obediencie, volentes [obejdire mandatis domini legati in literis eiusdem contentis, transmissis eišdem domino primicerio et archidiacono, vissis et lectis a me notario infrascripto, dederunt, vendiderunt et tradiderunt Donato nepoti olim Simonis de Valle de Veneciis, habitatori ciuitatis Tragurii, omnes et singulos redditus, fructus et prouentus anni pressentis de Bossigeno episcopatui Tr[aguriensi] pertinentes et spectantes. Qui redditus, fructus et prouentus fuerunt [inca]ntati per Gui . . [ri]uarium communis alta voce in platea communis pluribus et diuersis diebus et in aliis locis consuetis et finaliter factis tribus mutis secundum consuetudinem ciuitatis deliuratos (!) per ipsum riuarium publice in platea communis eidem Donato tanquam plus offerenti ad habendum, recipiendum et coligendum et de ipsis omnimodam suam voluntatem faciendum, pro precio et nomine precii ducatorum centum et viginti duorum de auro in auro. Quod totum predicti venditores fueriint contenti et confessi habuisse et recepisse a dicto Donato emptore; promittentes eidem de dictis redditibus, fructibus et prouentibus litem non mouere, nec mouenti consentire, sed ipsi legitime deffendere et discalumpniare contra omnes personas, cum refectione dampnorum, expensarum ac interesse litis et extra, sub obligatione bonorum dicti episcopatus present:ium et futurorum. Actum Tragurii in loya comunis, presentibus Johanne Matiche et Russe Petri de Susse, testibus rogatis et vocatis, et Duimo Michoi examinatore.

(Signum not.)

Ego Bernardus condam Philipi Tigoni de Laude imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus communis Tragurii hiis omnibus interfut et rogatus scripssi et publicaui.

Original na pergjzm. u arkivu kaptola u Trogiru. no. 85.

21.

1360, 3. juna. (U Zagrebu).

Pred zagrebačkim kaptplom sklapa Lourandus sin Punykov de Greben uz sina Nikolu sa svojim bratom Petrom nagodu, u kojoj im Petar potvrđuje svoje darovanje učinjeno pred kaptolom stolno-biogradskim (Albensis ecclesie capitutum), a povrh toga im daruje svoj posjed Zamlachya ispod Grebena; nadalje se čine odredbe glede nasljedstva sveukupnih dobara spomenute brače za slučaj smrti Petrove odnosno Lourandove.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod accedentibus ad nostram presendam nobilibus et honestis viris magistris Lourando filio Punyk de sub castro Greben et Nicolao filio eiusdem ab vna parte, ab altera vero Petro filio eiusdem Punvk de dicto Greben, confessum extitit per eundem magistrum Louraodum et Nicplaum filium eius.dem antedictum ministerio viue vocis sponte pariter et relatum, quod quia supradictus magister Petrus dictum castrum Greben cum ad se pertinencus et vniugrsas alias ppssessiones quomodolibet vocitatas, quas pro nunc ipsi haberent et possiderent, per non modicas sui sanguinis effusiones plurimasque expensas et labores non paucos, a regia maiestate reoptinuisset seu reinuenisset, idcirco ipsi horum intuitu, annuente hoc idem eis dictp magistro Petro, super possessionibus et possessionariis porcionibus, quas idem magister Petrus ipsis, mediantibus litteris honorabilis papituli ecclesie Albensis, antiuisset et assignasset, cpntentarentur, vmo contentos se fore de eisdem affirpsarunt coram nobis. E cpnuerso prenominatus magister Petrus quandam possessionem suam Zaml4chya nuncup^tam de sub dicto castro Greben existeotem cum omnibus eiusdem vtilitatibus, exceptis dumtaxat siluis et aquis eiusdem possessionis, que cpmrauni vsui inter se deputarunt, suprqidictis raagistro Lourando et Nicplap filio eiusdem suppraddi-disset et supperaddidit cor^m nobjs testTmonio presencium mediante, huiusmodi tamen condicione iinteriecta et per predictas partes in se sponte et beniuole assumpta, quod si pre-

scriptus magister Petrus superuiuente ipso magistro Lourando vitam finiret temporalem, extunc vniuerse ipsorum possessiones inter filios ipsius magistri Petri et ipsum magistrum Lourandum ac filios eiusdem presenti ordinacione cessante communes efficerentur eo facto. Hoc eciam expresso, quod dećederite prenotato magistro Lourando dictoque magistro Petro čorporis fruente sospitate filii eiusdem m^gistri Lourandi dictum magistrurn Petrum, quoad uitam eiusdem, racione dictarum possessionum apud manus eiusdem habitarum nullatenus molestare seu quouis mbdo infestare aut pertufbare presumpment seu attemptabunt Nichilominus hoc non preterrriisso, quod ipsis magistriš Lourando et Petro ab hac luce migrantibus omnćs et vniuerse possessiones et possessionarie ipsorum porciones per ipsos communiter aut singulariter reinuente et optente ad filios et heredes ipšorum, cessarite, vt premittitur, et irrita permanente pres6nti ordiuatione seu diuisiohe, ex integro per eosdem commuhiter posšiđende et de flouo inter eošdem diuidende, deubluant ipso facto. Vbluerunt eciam eedem partes se firmiter obligando, quod quićuhque ipsorum deiiiceps vsqiie Ciirriculum temporis prelibati premisse ordinatcioni cbntrđire et alium in presencia cuiusuis iudicis seu iusticiarii racione premissofuhi quoquomodo molestare nitteretur, extunc contra paftem supfkdićtam orditiacioriem obseruantem et iii eadem per omnia perseuerantem pene seu obligariiirii in preallegatis litteris dicti capituli Albehšis ecclesife conteritiš *6t* expfessis subiacebit eo facto; ad qu6d se partes prešictei šponte obligarunt coram nobis. Datum feria quarta proxima ante festufn prectbsissiriii corpćfis Chrišti, ahno domini millesima CCĆ° sfcxag&sftho.

h origtnalnog prijepisa kaptola zagreb. od 12. septembra 1362. na pergamkni u kr. Ugdr. drzav. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no^ 33.967. — Stara signat.: N. R. A. fasc. 1598. no. 17.

22.

1360, 11. juna. U Zadru. (Jađre).

Volcina de Ginano, Nikola de Qadulinis (Zadulinis) i Toma de (^hutilla {Cucilla), suci zadarski, izričtina tužbu samostand svetog Nikole u Zadru, zastupanog po Gjuri de Soppe, osudu, ~kojom se tuienima Nikoli de Vitcor i Missuli de Pechiar i njihovim fiodanicima zabranjufe pasti blago na samostanskim posjedima u Blatu poda glede fiosjeda tuženih.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo, indictione tercia decima, die vndecimo mensis iunii; regnante domino nostro domino Lodoyco dei gracia serenissimo rege Hungarie; temporeque reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro, •decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac magnifici et potentis domini domini Nicolai Zeech, tocius Dalmacie et Crohacie(!) bani ac Jadrensis comitis. Cum coram nobis Volcina de Ginano, Nicolao de Zadulinis et Thomasio de Cucilla, iudicibus Jadre, domino Andrea vicecomite ciuitatis eiusdem absente, conparuisset ser Georgius de Soppe, procurator et aduocatus monasterii seu monialium sancti Nicolai de Jadra, dicto nomine exposuit dicens, quod villani ser Nicolai de Vitcor ^t ser Missuli de Pechiar eorum animalia pascunt in terris dicti monasterii positis ad Blatam, in ipsius monasterH preiudicium atque damnum,, a nobis postulans et requirens, quatenus dignaremur super hoc taliter prouidere, quod dictum monasterium damnum non susciperet antedictum. Ad prefatam uero peticionem responderunt dicti ser Nicolaus et Missulus dicentes, eis licere seu licitum fore per formam cantastici (!) Jadre sua animalia pasci facere super dictis terris monasterii prefati. Nos uero auditis omnibus, que partes dicere uoluerunt, visoque cantastico supradicto, per quod minime apparet neque constat, quod dicti ser Nicolaus et Missulus pascere possint animalia sua super terris predictis monasterii prelibati, conscideratо (i) etiam inauditum fore et contra omnem equitatem, quod ulla persona super terris consorcium seu circauicinorum suorum sua animalia pascere possit, pro tribunali sedentes Christi nomine inuocato pronunciamus atque determinamus et dicimus, quod dicti ser Nicolaus et Missulus, neque eorum seu alterius eorum villani seu ulla alia persona pro eis de cetero sua animalia pascere seu pasci facere non possint neque debeant ullo modo super terris dicti monasterii memoratis et quod nullum damnum dare seu dari uel inferi

facere debeant in eisdem terris cum aliquibus animalibus suis. Et e conuerso dictum monasterium seu villani eius uel ulla alia persona pro eo seu eis pascere seu pasci facere non audeant, nec darnnum aliquod dare cum animalibus suis super terris dictorum ser Nicolai et Missuli, nec alterius eorum. Dantes in pristaldum Andream de Grisogono, tribunum curie, ad execucionem mandandum hanc, nostram determinacionem seu sentenciam antedictam. Actum sub lobia magna Jadre, presentibus ser Georgio de Carbanoso et ser Zanino *Cose,* aduocato curie, testibus, et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Volcina de Ginano iudex Jadre manum misi.

(Drugi rukopis).

Eg6 Nicolaus de (^adulinis iudex Jadre manum misi.

(Drugi rukopis).

Ego Tomas de £hucilla iudex Jadre manum misi.

(Signum not.)

Ego Coradus condam Rangerii de Padua, imperiali auctoritate notarius Jadrensis ciuillia cancellarius, supradictam sentenciam de mandato supradictorum dominorum iudicum scripsi.

Original na perg. u gubernijaL ark. u Zadru; odio samostana sv„ Nikole no. 215.

Prijepis na pergameni od 27. februara 1385., u istom odjeln no^ 214.

23.

1360, 14. juna. D Zadru. (Jadre).

Simon de Betono; kao iskazani zastupnik samostana sv. Demetrija u Zadru, i Stojan Blanich sa otokct Pasmana izabiru obraničkim sucem, u svim sporovima medju sobom, Filipa sina Dobre de Begna, ie se obvezuju hjegovom pravorijeku bezuvjetno se pokoriti. ako ga izreče do slijedečeg bažića, pod prijetnjom konvencionalne kazne.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo sexagessimo, indictione tercia decima, die quarto dećimo mensis iunii; regnante serenissimo principe domino nostro Lodouico dei gratia rege Hungarie; temporeque reuerendi patris domini Nicolay de Matafaris, decretorum doctoris, Jadre archiepiscopi, ac magnifici et potentis domini Nicolay de Zeech, regnorum Dalmacie et Croachie bani generalis ac comitis ciuitatis Jadre. Ser Simon de Betono ciuis Jadre, ut

procurator et procuratorio nortlihe ddmiriarum rnonialium monasterii sancti Demetrii de Jadfa, ut patet pročuraćione scripta manu ser Jacobt Bonacursii de Fdrliuio notarii, hy rtiillesimo trečeritesittio quadragešširno quinto$_7$ indictione tercia đecima, die octaao merisis maii, a me notario infrascripto viššа et lecta, ex vna parte et Stovano Blariich[1] de Pastimario ex altera, de omni lite et questiohe, que vertebatur, vertitur et est inter dictum ser Sirnonem pročuratorio nomine predieto et Stoyanum predictum, cdmpromisseruht se comuniter et concorditer in ser Philipum condam ser Dobre de Begna, tamquam in arbitrum, arbitratorem, amicabilem compositorem, dispensatorem et bonum virum de iure et de facto; promittentes per se et eorum successores, scilicet dictfis ser Simon nomine supradicto et dictus Stoyanus nomine proprio ad inuicem, scilicet una pars alteri et altera alteri solempni stipulatione hinc inde interuenientibus(!) et ipse ambe partes nominibus predictis dicto arbitro et arbitratori stare, parere et hobedire(!) et non contrauenire de iure uel de facto, aliqua ratione uel causa, omni laudo, arbitrio, dicto, diffinitioni et pronunciationi eius, que uel quas inter eos nominibus predictis super prеđićtis atit aliqiia predietorum oćcasione fecerit, dixerit aut arbitratus fuerit cum sćriptura uel sine scriptura, semel uel pluries, diebus feriatis et non feriatis, sedendo, stando, qtratidocumque, qualitercumque, vbicumque, cum iuris cognitione et omni iuris solempnitate et cognitione obmissa, partibus presentibus et abscentibus(l), citatis et non citatis nulloque pretermisso obstante, vsque ad festum natiuitatis domini nostri Jesu Christi proximum; et hoc sub pena et in pena librarum quinquaginta paruorum stipuI[at]ione inter ipsos nominibus supradictis ad inuicem inter eos et ab ipsis ambobus dicto arbitro et arbitratori in singulis capitulis huius compromissi et laudi et arbitrii ferrendi in solidum nomi< nibus antedictis promissione, que tociens exigatur, quociens contrafactum fuerit; et reffectione omnium dampnorum et experisarum Iitis fet extra ac interesse; obligatione bonorum vtriusque partis nominibus sepedictis; et pena soluta uel nbn, ho'c comjbromišsum et laudum seu arbitrium ierendum semper plenam obtineait firmitatem. Actum Jadre, presente ser Blaxio condam ser Marini de Soppe et magistfo Rađoyo ćallegario de Jadra, testibus ad hec vocatis et rogatis, et alliis.

Ego Nicolaus de Vitcor iudex examiriator manum misi.

(Signum not)

[1] Viđi listmu od 4. a^rila 1356.

Ego Beltramus de Ta'sia ciuis Justinopolitanus, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus interfui et rogatus scripssi ac solitum meum signum apossui.

Originai na pergameni tt gubern. arkivu u Zadru; odio samostana rogovsko? no. 68. ,

24.

1360. 20. juna. (U Zagrebu).

Pred kaptolom zagrebačkim prodaje Taysa sin Jakobov de Moroucha, za sebe i svoga brata Mykechu, Tomi, Pavlu, Jakobu, Nikoli i Stjepanu, sinovima Chernk-a de Campo Zagrabiensi (iz Turopolja), posjed zvan sessiones condam Elye (Elyateleke) za cijenu od pet • maraka.

Nos capitulum ecclešie Zagrabiensis memorie comendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Taysa filius Jacobi de Moroucha pro se personaliter et pro Mychaele, fratre suo uterino, ab vna parte, ab altera vero Mykech, Thomas et Paulus, filii Chernk de Campo Zagrabiensi, similiter pro se personaliter et pro Jacobo, Nicolao et Stephano, fratribus eorum vterinis, in nostri presencia constituti, idem Taysa quandam porcionem suam possessionariam, sessiones condam Elye vocatam, in predicto Campo Zagrabiensi habitam seu existentem, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis eiusdem vniuersis, scilicet terris arabilibus, fenetis, siluis, aquis et aliis attinenciis in eadem constitutis, ac medietatem cuiusdam piscine Skerche nuncupate ipsum contingentem, suo et dicti fratris sui nomine dixit et confessus est sese supradictis filiis Chernk pro quinque marcis denariorum bonorum, receptis ab eisdem, vt dixit, plene et habitis, vendidisse, tradidisse et assignasse, ymmo coram nobis vendidit, tradidit et assignauit iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam in filios filiorum et heredes pariter et habendam. In hutusmodi vendicione et empcione possessionum infrascriptarum, scilicet prefate porcionis Elyateleke, nec non porcionum possessionariarum, olym a Marfino filio Ladislai filii Rados per predictum Chernk patrem ipsorum et demum per eosdem Mykech et alios filios eiusdem Chernk a Mark filio prečicti Ladislai de Schytaria precio comparatarum, Johannes, Iwan et Georgius filii Georgii, nec non Emericus filius Gyurk coram nobis personaliter astantes consensum beniuolum prebuerunt pariter etassensum; saluo semper iure

possessionis ecclesie nostre prenotate. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sabbato proximo ante festum natiuitatis beati Johannis Baptiste, anno dpmini M° CCC° sexagesimo. -

Original u arkivu općine turopoljske. Pecat otpao. Od ove listine ima ovjerovljen prijepis od god. 1722. u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 33.368. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 236, sv. 30.

Laszomski Spom. Turopolja I. 73.—74.

25.

1360. 22. juna. U Trogipu. (Tragurii)

Petar Marini, punomoćnik biskupa (trogirskog) Bartolomeja, trazi od primicera Nikole, da povrati prihode^ koji pripadaju trogirskom iiskupuj te da opozove sve odredbe$_y$ što ih je glede ovih prihoda učinio zajedno sa Jakovom Dujmovim (V. listinu od 28. maj'a 1360. u Trogiru).

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagessimo, indicione tercia decima; regnante domino nostro domino Lodoyco serenissimo rege Vngarie; et tempore quidem venerabilis patris domini Bartholomei epišcopi, et egregii et potentis viri dommi Francisci de Georgio, regii militis et de eius mandato honorabilis comitis ciuitatis, suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Andree Gregorii, Danielis Johannis, Andree Marini et Mathei Francii, die vigessimo secundo mensis iunii. Petrus Marini, ciuis Traguriensis, tamquam procurator venerabilis patris domini Bartholomei episcopi, vt aparet publico instrumento procuracionis visso et lecto a me notario infrascripto, omni modo et forma, quibus ipse vt procurator, vt supra, de iure potuit, petiit et requisiuit dominum Nicolaum condam Donati, primicerium ecclesie Traguriensis, pressentem et audientem, quatenus ipse dominus primicerius deberet restituere et reddere omnes et singulos fructus, reditus et prouentus domino episcopo pertinentes et spectantes, ac ipsum dominum episcopum in ipsis reducere ad pristinum statum et reuocare omnia et singula, que ipse vna cum domino Jacobo Duymi archidiachono fecit vsquemodo de dictis reditibus fructibus et prouentibus dicto domino episcopo pertinentibus et spectantibus; et quod amodo in ;anthea(!) non debeat se intromittere de dictis reditibus, fruc-

tibus et prouentibus secundum tenorem literarum reuerendissimi patris et domini domini Egidii diuina prouidentia episcopi Sabinensis, apostolice sedis legati et terrarum Romane ecclesie in Itallia vicarii generalis; quas literas ipse Petrus tamquam procurator, vt supra, presentauit eidem domino primicerio, vt aparet publico instrumento scripto manu mei notarii infrascripti in supradictis millesimo, indicione,die vigessimo prinio mensis iunii, alioquin ipse Petrus tamquam procurator, ut supra, in hiis scriptis omni modo et forma, quibus ipse melius de iure potest protestatur contra et aduersus dictum dominum Nicolaum primicerium supradictum de omni dampno, expensis ac interesse et quas ipse dominus episcopus sustinuit všquemodo et sustinebit in posterum. Quod dampnum, expensas ac interesse dictus Petrus procurator, vt supra, fecit vallere(I) ducatos mille de auro, tanto plus quanto placebit adare(l) dicto domino episcopo; saluo ipst procuratori iure adendi, diminuendi, corigendi et mutandi huic presenti protestationi tociens, quociens erit opor-
sensum et laudem sui sapientis(l). Actum Tragurii in platea comunis, presentibus Lodoyco johannis et Petro Binici, testibus rogatis et vocatis.

(Signum not.).

Ego Bernardus čondam Philipi Tigoni de Laude, imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus comunis Traguriensis, hiis omnibus interfui et rogatus scripssi et publicaui.

Original na pergameni u arkivu kaptoia u Trogiru no. 86.

26.

1360. 2. jula. U Veneciji. (Veneciis).

Pred notarom Ivanom Kristijanom de Comastms izjavljuje Nikoleto Aurio$_y$ da je od dubrovačkih zastupnika Dimitrija de Meneio i Mihajla de Babaio putem bankara Petra £ancani-a primio svotu od 201 i pol dukata, kao ostatak duga, što mu ga je općina dubrovačka dugovala za dobivljeno žito. Na tom iemelju izmjenjuju stranke međusobno veoma deialjno formulisane namire.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem natiuitatis millesimo tiecentesimo sexagesimo, indictione tercia decima, Veneciis, die secundo mensis iulii; in stacione mei notarii infrascripti posita in Riuoalto, presentibus testibus vocatis et rogatis Jacobello condam ser Andree . . ; . ^ . ... . sancti JuKani, Francisco Saratone de Modoccia contrata sancte

Margarite, Veltrame de Bonis habitantis sancte Barnabe. Ibique nobillis (!) vir dominus Nicoletus Aurio condam domini Filipi contrate sancte Trinite, ciuis Venetus, per se et suos heredes stipulando fuit contentus et confessus in presentia dictorum testium et mei notarii infrascripti se manualiter et nuhieratum habuisse et recepisse per bancum ser Petri £ancani, campsoris in Riuoalto, a prouidis viris ser Dimitrio de Mencio et Micaele de Babaio de Ragusio, vt sindicis et sindicario nomine comunis et hominum ciuitatis Ragusii presens recipientes (!) et stipulantes(l) vice et nomine dicti comunis Ragusii, ducatos ducentos et vnum cum dimidio boni auri et iusti ponderis. Et hoc pro resto et vero conplemento et saldacione integra ducatorum mille ducentorum et vnius cum dimidio auri, Quam quantitatem totam pecunie dictorum ducatorum mille centum vnius cum dimidio facta, saldata et calculata integraliter omni racione stariorum mille centum et duorum cum dimidio frumenti reducti ad starium Veneticum duarum barcarum, quarum fuerant patroni Pangracius Conthareno de Veneciis, habitator in Aualona, et noclerius Pelegrino de Durachyo» Quod frumentum veniens de Licio ad partes districtus Ragusii, dicta communitas Ragusii habuit et acepit(!) ac in . . . et defalcatis dicto comuni ducatis centum et quinque auri, quos ipsum comune soluerat dictis patronis barcarum pro suo naulo, inter contrahentes predictos, vt asseruerunt contrahentes predicti sine (1) ipsi domino Nicoleto Aurio, qui se asseruerat et dicebat esse contentum . . . tocius dicte quantitatis frumenti. Renuntians idem dominus Nicoletus excepcioni non sibi date, solute et numerate dicte quantitatis pecunie dictorum ducatorum ducentorum et vnius cum dimidio boni auri et iusti ponderis pro resto et vera et integra solucione dictorum ducatorum mille ducentorum et vnius cum dimidio auri causa predicta, et omni spei fucture(!) habitacionis, numeracionis, et excepcioni doli mali, condicioni, acioni^!), ficticioni (!), simulacioni fraudis in frumento, sine causa uel ex iniusta causa et omni omni(!) alio legum auxilio sibi competenti uel competituro. Quapropter dictus dominus Nicoletus Aurio per se et suos heredes siipulando fecit predictis ser Dimitrio de Mencio et MiCaeli de Babayo(!) de Ragusio, vt sindicis et sindicario nomine dicti comunis, regiminis et vniuersitatis Ragusii, presentibus et recipientibus vice et nomine dicti comunis Ragusii et hominum Ragusii, et michi notario infrascripto, tanquam publice persone. stipulanti vice et nomine omnium, quorum interest uel intererit super predictis omnibus et singulis et tota quantitate dicti furmenti(l) habita et recepta per dictam comunitatemRagusii et dicto eius precio finem, remissionem, securitatem, auietacionem et pactum de ulterius aliquid non petendo uel questionem movendo, caxans (!), irritane et annullans omnem obligacionem et pro-

missionem tacitam vel expressam, ex qua appareret uel esset dictum comune Ragusii eidem domino Nicoleto Aurio uel aliis causa dicti furmenti aliqualiter obligatum, ita quod amplius nulius(!) sint alicuius efficacie uel vigoris; nec non liberans et absoluens dictum comune, regimen et vniuersitatem Ragusii ab omnibus et singulis et quibus apparerent uel essent dicto domino Nicoleto Aurio, quam alliis(!) causa dicti furmenti et precii eiusdem aliqualiter obligati per Aquilianam stipulationem et acceptilacionem inmediate et legiptime(!) subsecutam, Nec non promittens dictus dominus Nicoletus Aurio per se et suos heredes stipulando per solempnem stipulacionem predictis ser Dimitrio de Mencio et Micaeli de Babayo de Ragusio, vt sindicis et sindicario nomine dicti comunis, hominum et regiminis ciuitatis Raguxii(!), presentibus et stipulantibus uice et nomine dicti comunis et regiminis Ragusii, ac mihi Johanni Christiano notario infrascripto, tanquam publice persone stipulanti uice et nomine omnium, quorum interest uel intererit liberare, trahere et conseruare indempnem dictum comune, vniuersitatem et regimen dicte ciuitatis Ragusii ab omni pena, damno, interesse et expensis, quam, que et quas portarent, soluerent et subirent deinceps causa et occasione tocius dicte quantitatis furmenti et precii eiusdem predicti; et etiam ab omni peticione, requisicione et lite, que vmquam causa dicti furmenti et precii eiusdem fierent et facte fuerint dictis comuni, hominibus et regimini dicte ciuitatis Ragusii, per quamcunque personam sumptibus et expensis propriis dicti domini Nicoleti Aurio sine contradictione aliqua Quam securitatem, finem et remissionem ac promissionem et omnia allia(!) et singula suprascripta predictus dominus dominus Nicoletus Aurio per se et suos heredes sttpulando promixit (!) solempne stipulacionibus hinc inde interuenientibus predictis ser Dimitrio de Mencio et Micael de Babaio, vt sindicis et sindicario nomine comunis, hominum et regiminis dicte ciuitatis Ragusii, presentibus stipulacionibus et recepcionibus, et michi Johanni Christiano notario infrascripto, tanquam publice persone stipulanti et recipienti uice et nomine omnium, quorum interest uel intererit perpetuo firma et rata habere, tenere, attendere et obseruare et in nullo contrafacere uel venire sub pena ducatorum centum auri et reffectione damnorum, interesse et expensis litis et extra, et obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum; et dicta pena soluta uel non, contractus iste firmus existat. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et obseruandis predictus ser Nicoletus Aurio constituit se posse conueniri et constringi et de suis bonis intromitti et vendi proprium domicilium, non haberet rem (!), vsque ad integram obseruantiam omnium et singulorum pfedictorum; renuncianti(!) fori priuilegio et omni remedio apelacionis et omnibus foris presentibus et futuris

et omnibus aliis iuribus statuti et reformationibus presentibus et futuris,. pro quibus posset contra predictum uel aliquid predictorum in aiiquo contrafacere uel uenire.

Johanne auctoritate notarius publifcus, omnibus suprascriptis interfui et ea rogatus scribere scripsi.

Original u dubrovačkom arkivu; čini se ipak, da je samo savretneni prijepis, jer ne ima »signum« notarov. — Zbirka saec% XIV.

27.

1360. 7. jula. i 1372. 2. marta. U Senju. (Segnie).

Sudac Benevenuto iznajmljuj'e kao punomočnik i gospodarski upravitelj Malobraćana u Senju Danielu de Varicassis de Jadra^ stanujućem u Senju, kao i njegovim nasljednicima na vj'ečna vremena tri kuće. u Senju za godišn/u najamninu od 20 dukata uz uvjet, da će najmitelj ove kuće popraviti i dalje uzdrzavatt, a naj'amni ugovor prestaj'e samo u slučaj'u, da požar koj'u od kuča ili sve uništi.

Hec est copia cuiusdam publici instrumenti scripti ac exemplati manu Michini olim Segnie iurati, de quodam proprio documento scripto olim manu Stephanini Segnie notarii. Cuius tenor per omnia talis est:

Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo, indictione tercia decima, die septimo mensis iulii; temporibus domini Lodouici dei gracia serenissimt regiš Ungarie, . domini fratris Porthiue episcopi Segniensis, magnifici uiri domini Bartholomei comitis Vegle, Modrusse. atque Ga<jche, nec non Segnie domini generalis, nobilis militis domini Andree vicarii, nec non Jacobi Veroli etjacobi, iudicum Segnie^

Actum Segnie in loco fratrum Minorum, presentibus Nardello Passqualetti de Ancona, Juracio pastore atque Symone Bellosceuich, ciuibus Segnie, et aliis rogatis. Licet iudex Beneuenutus, ciuis Segnie, procurator et yconomus loci fratrum Minorum de Segna supradicti legittimus, prout de dicto procuratorio ipsius constat per instrumentum proprium scriptum manu olim Bonacursi, olim notarii communis Segnie, de voluntate et consensu vardiani(l) et fratrum dicti loci tunc existencium ibi, tria casalia, quorum pensio annua dedicata fuit et est pro elemosina perpetua ipsi loco, posita Scegnie(l), unum s[cilicet] prope domum domini čomitis Gregorii Banich et prope domum Desse uxoris Dominici sartoris, et Desse uxoris Jurii Ghercafchich prope viam publicam a duabus lateribus; aliud prope uiam publicam et prope hospicia domini Andree

vicarii supradicti; et tercium in pothoco prope domum, que fuit Jachimii de Besca'et prope casale heredum condam Jacobi Descignich et prope uiam publicam, ut ibi dicebatur, uel si qui alii sui ueriores forent confines; que quidem erant derupta et per incendium disiecta, nec propter inopiam dicti loci poterant reparari, nec modus alius inueniri [potuit], per quem dampnum ipsius loci conventusque cessaret et profectus sibi et utilitas redundaret, — locauerit, dederit nobili viro ser Danieli de Varicassis de Jadra, nunc habitatori Segne, ad reparandum et aptandum ea, ac ad habendum et possidendum ipsa per se aut alios temporibus uniuersis, ita scilicet, ut ipse ser Daniel et sui heredes ac posteri tenerentur et deberent dare in perpetuum omni anno dicto loco et conuentui nomine pensionis dictorum casalium simul et conuentui viginti ducatos auri iusti ponderis, Prout hec omnia ita fore vera dicti iudex Benevenutus et ser Daniel in presencia venerabilis patris et domini fratris Emanuelis de Cipro, ordinis Minorum, ministri prouincie Sclavonie, fratris Michaelis de Jadria, olim ministri, fratris Johannis de Antibaro custodis Arbi, fratris Domoie de Antibaro, guardiani dicti loci, fratris Georgii de Jadria, lectoris dicti loci, fratris Canini de Cherso et fratris Duymi de Spaletto, aliquorum ex auditu, uero et aliquorum ex certa scientia affirmancium supradicta firmiter asserebant. Verum quia contractus premissus non constabat puplico(!) instrumento, lis foret satis manifesta, voluerunt tamen ipse partes ad futuram rei memoriam eorum pacta super hiis et conuenciones per manum puplicam apparere. Et idcirco dictus iudex Beneuenutus, vigore quo supra, astantibus dicto patre niinistro et reliquis fratribus supradictis, et hec omnia in presenti contractu contenta ratificantibus, quanto melius de iure aut consuetudine dici potest.

Eadem casalia, nunc vero domus rehedificatas(l) et reparatas per dictum ser Danielem, eidem ser Danieli pro se et suis heredibus ac successoribus recipienti et conducenti in perpetuum dedit, concessit, locauit, imo locatas iam pridem, ut dictum est, reafirmauit ad habendum, tenendum et possidendum. aliis locandum et omnem, quam poterit, utilitatem et profectum ac commodum, saluo iure proprietatis et dominii perpetui, assumendum, cum omhibus et singulis pertinenciis et requisicionibus dictarum domorum et cuiuslibet ipsarum et cum accešsionibus earum usque in viam.et vias puplicas; promisit nomine quo supra per se et suos successores ipse iudex Beneuenutus easdem domus et quamlibet earum in soiidum eidem ser Dahieli et suis heredibus ac successoribus ab omni homine et uniuersitate legitime defendere et disbrigare temporibus venturis.

Et e conuerso ipse ser Daniel ćonuenit et promisit per se et šuos

heredes ac successores eidem procuratori nomine ipsius conuentus stipulanti dare, soluere ac integre assignare eidem procuratori aut guardiano aut conuentui dicti loci aut alio, qui foret legitime loco sui in Segnia nomine pensionis dictarum domorum simul et conuentui viginti ducatos auri boni et iusti ponderis in perpetuum omni anno, in festo sancti Michaelis de mense septembris. Et dictas domus omni tempore succedenti tenere, habere aptas et reparatas omni reparatione decenti; hoc per pactum expressum, quod omni tempore dicta pacta inter dictas partes et eorum posteros debeant firmiter obseruari; saluo, quod si per incendium disiecerentur aut ruerent dicte domus aut earum aliqua, extunc ipse domus aut ipsarum aliqua per incendium et non aliter disrupta et disiecta ad dictum locum et conuentum predictum reuertatur et de ipsis aut ipsa tam ipse conductor, quam posteri sui, liberi et exempti a pensione soluenda pro domo uel domibus disiectis, ut supra. remaneant penitus absoluti ita, quod abinde ipsi conventui seu alio loco sui cuius intererit, liceat de ipsis et de ipsa disponere iuxta velle. Et hec est descriptio seu diuisio pensionis, scilicet: domus prope domus(!) comitis Gregorii est pensio sex ducatorum auri; pensio alterius domus. prope dominum vicarium Andream, est decem ducatorum auri, et pensio domus tercie in pothoco est quatuor ducatorum auri.

Que omnia et singula promiserunt ipse partes vicissim, videlicet una alteri et e contrario, per se et eorum posteros ac successores stipulacione solempni firma et rata habere atque tenere, obseruare et adimplere et contra non facere uel uenire per se uel alios, aliqua racione uel causa seu ingenio, de iure uel de facto, sub pena centum ducatorum auri iusti ponderis, stipulacione promissa ac refectione omnium dampnorum et expensarum ac interesse litis, et extra. Cuius pene medietas curie, coram qua questio fieret de premissis et alia medietas parti deueniat obseruanti; et pena soluta uel non, presens contractus sit firmus.

(Drugi rukopis).

Ego Beneuenutus vicecomes Segnie, examinator, manum missi.

Ego Nicolaus condam Dominici de Vegla, puplicus imperiali auctoritate notarius et nunc communis ciuitatis Scegne officialis iuratus, de licencia domini Frixoni vicarii hoc presens puplicum instrumentum accopiaui et ad puplicam formam ad mayorem cautellam parcium reduxi supradictum et quia originale instrumentum opportebat Jadria[m] ac alio transmitti ac destinari, nichil addens uel minuens, quod sensum mutet uel uariet intellectum, set(!) omnia bona fide scribens meoque si£r_o solito et consueto corroborans. Sub anno a natiuitate domini

millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, indictione decima, die secundo mensis marcii.

'Original na pergameni u arkivu samosiana u Trsatu a. 1360.

28.

1360. 13. jula. (U Dubrovniku).

Rektor dubrovački £oan do Polo de Gondola zajedno sa malim viječem šalje svog punomočnika Pasqua de Bonda u Apuliju, da nabavi zita; ujedno ima pitati kod Lillo de Leofante, što ovaj dugufe, a što potražuj'e od općine dubrovačke.

Nuy Qoan de Polo de Gondola rector de Ragusi cum lo pi§olo conseio chometemo a ti Pasqua de Bonda, nobile et dilecto citadin nostro, che a! nome de dio tu debi andar nostro et de tuta la [terra] syndico cum questo barchoso a Varle se la sera trata per comprar blaua per lo nostro comuni. Et §onto ti a Varle se la sera la trata de formento debi chargar lo barchoso de gran nouo et manda lo a Ragusa al plu tosto che tu puoy. Et se la trata non fosse a Varle et tu debi spiar et sauer se la e a Manfredonia o a Trane et tu ua cum lo barchoso o che sera la trata de grano et carga lo dito barchoso. Et se la trata non fosse in alguna de quele trate de grano, et tu carga lo barcoso de orco nouo al plu tosto che tu puoy et manda lo a Ragusa. Et de la non te (!) partir in fine tanto, che nuy non te lo mandemo a dir per le nostre lettere. Et scriui ne de condicion de one blaua chome se troua et per quanto.

Anchora te chometemo, che tu debi andar da Lillo de Leofaate et debi li dir per parte nostra, chel te fapa la raxion de go, che lo aue e de 90, che lo manda al nostro comun questo anno; et de queio chello aut de plu, chello tegna per sua prouision quelo, che li uiene de raxion, et lo resto te dia; et cosi scriuemo al dito Lillo et scriuine 50, chello te dara.

E sella trata fosse generai in o[m]ne luogo a che se carga, debi andar a quel luogo a che tu crederasi auer meior mercado de grano. Semo gerti che tu farasi quelo, che sera plasier de tuta la terra nostra et honor de la tua persona.

. Lettere e commissioni di Levante voL 1359.—1380. foL. 15. b.

Ima u ovoj zbirci više takovih poslanja 'u Apulifu i Siciliju. Sve su slične ovoj\ zato ih u našoj zbirci ne priopćujemo.

29.

1360, 29. jula. Villeneuve. (Villa Nova).

*Ljudevit kralj ugarski i hrvatski i kraljica Elizabeta mole ftapu Inocenta, da se arciđakonat de Bexin, što ga drzi Gallus, prepošt crkve de Kw podijeli nakon ispraznjenja Nikoli Petrovu gjurskom (Jaurinensi) kanoniku**

Item supplicat idem rex [Ludouicus] et Elizabeth regina Vngarie,* quatenus archidiaconatum de Bexin in ecclesia Zagrabiensi, quem Gallus prepositus ecclesie de Kw Colocensis diocesis obtinet, cum illum per assecucionem pacifićam prepositure eiusdem ecclesie sibi de nouo per dictam sanctitatem collate vel alias quouismodo, preterquam[1] per ipsius Galli obitum, vacare contigerit, etiam si curata (!) existat, dilecto eorum Nicholao Petri, canonico Jaurinensi, dignemini reseruare, non obstante, quod canonicatum et prebendam ecclesie Jaurinensis obtinet. Cum clausulis, vt in forma.

Fiat de omnibus G. et sine alia leccione fiat G.

Datum apud Villam Nouam Auinionensis diocesis, 1111. kalendas augusti, anno octauo.

Innocent. VI Reg. Suppl. an. VIII no. 31. foL 190 b.

30.

1360, 12. augusta. U Senju. (Segniae).

Stjepan knez krčki obećaje Franjevcima u Senju mjesečni prinos od 50 solida. u ime otkupa za polovicu kmeta, Mo im ga je darovao njegov otac Bartol, a koja polovica je prigodom diobe zajedriice zapala njegovog brata Ivana.

Universis et singulis, harum notitiam habituris, tam presentibus quam futuris nos Stephanus comes Veglae, Vinodoli, Modrussiae atque Gackae tenore praesentium confitemur, quod cum per olim bonae memoriae comitem Bartholomaeum patrem nostrum, de consensu carissimae amitae nostrae dominae comitissae Elizabeth acceperit a fratribus Minoribus de Segnia pro faciendo ibi aedificio aliquali, quod fecit idem piae memo-

[1] Presertim?

riae pater noster, dedit praedictis fratribus Minoribus unam animam sive unum laboratorem in Gacka positum sub Gualdo. Sed nunc, quia nos Stephanus praenominatus una cum carissimo fratre nostro comite Joanne fecimus divisionem et partem inter nos voluimus reficere et commodare carissimo fratri nostro praedicto pro praedicto laboratore sive anima data pro praedicto loco vacuo, in quo hospitia nova per patrem nostrum fundata fuerunt, videlicet pro medietate laboratoris praedicti, fecimus in hunc modum, videlicet: quod existentibus congregatis omnibus fratribus Mtnoribus conventus fratrum Minorum de Segnia et ipsis omnibus consentientibus, eo quo meliorationem et utilitatem ćonventus cognoverunt, nos contenti fuirnus et sumus et'firmiter promittimus conventui fratrum Minorum de Segnia per nos, haeredes et successores nostros, quod videlicet eleemosynam, quam per ordinationem praedecessorum nostrorum habere consueverunt, habeant a nobis immediate sive ab officiali nostro Segniae solidos quinquaginta monetae currentis ita, ut ubi habeant, prout dicitur, solidos triginta monetae currentis omni mense, ita in perpetuum omni mense a nobis seu ab officiali nostro omni mense habere debeant libras quattuor monetae currentis in Segnia. Et hoc per rios et heredes nostros volumus perpetuo esse ratum et firmum. Et ipsi domini fratres conventus praedicti ad haec unanimiter consenserunt et »ex nunc consensimus oretenus«. Joanni de Lopo officiali nostro in tenore presentium committimus et ordinamus, atque praecipiendo mandamus omnibus officialibus, qui nobis forent vel fuerint in futurum, quod omni mense de redditibus nostris Segniensibus conventui fratrum Minorum de Segnia ab hodierna die in antea de libris quatuor monetae currentis in Segnia debeant respondere. Etipsi fratres dicti conventus ex nunc de medietate illius laboratoris vel animae nihil habeant vel possint requirere. In cuius rei testimonium et futuram memoriam praesentes literas fieri iussimus nostro sigillo munitas. Datum Segniae, anno domini 1360., die 12. mensis augusti.

Sladović Povjesti p. 237.-238.

31.

1360, 15. augusta. U Zadpu* (Jadre).

*Pred notarom Konradom Rangerifevim izjavljuje Saladin sin Cose de Saladinis, da fe frimio od Ivana sina Tome de Petrico 50 dukata, kao prvi obrok duga od 200 dukata, što mu. ih potonji duguj'e kao kupovninu za kuću i pećšto ih j'e ovaj od prvoga kupio vršeć svoje otkupno firavo**

In Christi nomine amen. Anno ab incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo, indicione tercia decima, die quinto decimo mensis augusti; regnante domino nostro domino Lodoyco dei gracia serenissimo rege Hungarie; temporeque reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris, decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac magnifici et potentis domini domini Nicolai Zeech tocius Dalmacie et Crohacie(l) bani ac Jadre comitis. Ser Saladinus filius ser Cose de Saladinis, ciuis Jadre, cum voluntate et asensu dicti ser Cose patris sui, omnibus et singulis in hoc instrumento expresse asencientis, sponte et ex certa sciencia contentus fuit et confessus se habuisse et recepisse ac reuera in presencia testium infrascriptorum et mei notarii habuit et recepit a ser Johanne condam ser Thomasii de Petrigo, cive Jadre, ducatos auri quinquaginta pro solucione prime page seu primi termini ducatorum ducentorum auri, quos dictus ser Johannes obligatus est ad dandum et soluendum eidem ser Saladino in quatuor terminis siue pagis, videlicet: ducatos quinquaginta auri ad medium mensis presentis augusti et deinde usque ad tres annos proxime secuturos reliquos ducatos centum quinquaginta auri, videlicet in fine cuiuslibet dictorum trium annorum ducatos quinquaginta auri; ut apparet per publicum instrumentum scriptum in millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, indicione tercia decima, die penultimo mensis octubris, Jadre, per Jacobum Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarium et Jadre iuratum. Ultra quos ducatos ducentos idem ser Johannes tempore confectionis instrumenti predicti dedit et soluit ser Saladino predicto ducatos auri quinquaginta, ut in dicto instrumento continetur. Quos ducatos ducentos auri idem ser Johannes se obligauit ad dandum eidem ser Saladino et supradictos ducatos quinquaginta auri ipsi ser Saladino dedit pro redempcione cuiusdam domus posite Jadre, in confinio sancti Mathei et cuiusdam furni positi Jadre in confinio Pecate becharii. Quam quidem domum et quem furnum dictus ser Johannes vendiderat olim ser Miche de Sgagno, ciui Jadre, pro ducatis auri trecentis. Nunc dicto ser Saladino spectant, ut

habetur in prefato instrumento debiti supradicti. Quapropter idem ser Saladinus clamauit et dixit sibi fuisse et esse plenum et integre solutum et satisfactum ac plenam et integram solucionem in se habere dixit ab eodem ser Johanne de dictis ducatis quinquaginta auri pro completa solucione et satisfacione dicte prime page seu dicti primi termini dictarum quatuor pagarum seu dictorum quatuor termiriorum in dicto instrumento contentorum. Fecit quoque dictus ser Saladinus stipulacione solempni per se suosque heredes et successores eidem ser Johani pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti plenam, liberam et irreuocabilem securitatem, finem, remissionem, quietacionem et perpetuam liberacionem ac perpetuum et speciale pactum de unquam eidem ser Johanni dictos ductos(!) ducatos quinquaginta auri, nec partem ipsorum ulterius non petendo. Quam quidem securitatem, finem, remissionem et perpetuam liberacionem et omnia et singula in hoc contractu contenta promisit idem ser Saladinus stipulacione, ut supra, eidem ser Johanni, ut supra, stipulanti firma et rata habere et tenere perpetuo et ea attendere et obseruare et nunquam contrafacere uel venire aliqua racione uel causa sub pena quarti dicte peccunte quantitatis; qua pena soluta uel non, nichilominus contractus iste ratus maneat; obligans idem ser Saladinus eidem ser Johanni pro predictis omnibus et singulis attendendis et obseruandis se et bona sua omnia presencia et futura. Actum Jadre, presentibus ser Cressio condam Laurencii de Ciualellis et ser Damiano condam Cusme de Cigalis, ciuibus Jadre, testibus, et aliis.

(Drttgi rttkopis).

f Ego Michael condarn Barti de Sioradis iudex exsaminator(!) manum missi.

{Sigmtm notj

Ego Coradus condam Rangerii de Padua, imperiali auctoritate nota-
j interfui et rogatus scripsi

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 99.

32.

1360, 16. augusta. Villeneuve. (Villa Nova).

Mirko Videch lwanich, svećenik zagrebačke dieceze, moli papu, da mu podijeli crkveni benefićij, koji spada pod nadbiškupa kaločkoga (Colocensis).

Item supplicat eidem sanctitati vestre humilis et deuotus vester Emericus Videch Iwanich, clericus Zagrabiensis diocesis, quatenus sibi specialem graciam facientes beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, vacans vel vacaturum, spectans ad collacionem archiepiscopi Colocensis, eidem Emerico conferendum collacioni apostolice dignemini misericorditer reseruare. Cum aeceptacione etc. et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus, ut in forma. Fiat G. Sine alia leccione. Fiat. G.

Datum apud Villam Nouam Auinionensis diocesis, XVII. kalendas septembris, anno octauo.

Innocent. VI. Reg. SuppL an. VIIL no. 31, foL 252.

33.

1360, 16. augusta. Villeneuve. (Villa Nova).

Ivan J-akobov de Gitek rnoli papu za dispenzaciju nezakonita poroda od oca svećenika.

Supplicatur sanctitati vestre pro parte Johannis Jacobi de Gitek, scolaris Zagrabiensis diocesis, quatenus, cum ipse tam propter paupertatem, quam studii occupacionem sedem apostolicam visitare non possit, cum eo, super defectu natalium, quem patitur, de presbitero natus asoluta(!), quod huiusmodi non obstante defectu ad omnes ordines promoueri valeat, et beneficium ecclesiasticum obtinere valeat, etiam si curam habeat animarum, dispensacionem misericorditer dare dignemini. Fiat G. Sine alia leccione. Fiat G.

Datum apud Villam Nouam Auinionensis diocesis, XVII. kalendas septembris, anno octauo.

InnocenL VI Reg. SuppL an. VIII. no. 31. foL 252.

34.

1360, 16. augusta. Villeneuve. (Villa Nova).

Stjepan Nikolin Treutel moli od pape apsoluciju, što se je na ielj'u ugarskog kralja sa Guilelmom Petrovim samovlasno zamijenio u prepozituri, tako da j'e Stjepan zaposjeo čazmansku (Chasmensis) prepozituru, koj'a j'e podijeljena Guilelmu$_y$ a ovaj' opet jegarsku (Agriensis), koj'a j'e podijeljena bila Stjepanu; uj'edno moli, da mu čazmansku prepozituru papa pravovaljano podijeli.

Significat sanctitati vestre deuotus vester Stephanus Nicolai Treutel, quod olim ipsa sanctitas eidem Stephano de prepositura ecclesie Agriensis, tunc vacante et collacioni vestre reseruata, et Guilelmo Petri de prepositura ecclesie Chasmensis Zagrabiensis diocesis, que tunc per promocionem. factam de domino L . . . . . . nunc episcopo Wesprimensi ad ecclesiam Wesprimensem et munus consecracionis impendendo eidem vacare sperabatur per dimissas Htteras apostolicas prouideri mandauit. Curn autem domino regi Vngarie plus redderetur acceptum, quod Stephanus Chasmensis et Guilelmus Agriensis prefatas prepposituras haberent, idem Stephanus timens, ne ipsius regis indignacionem incurreret, si eius in hac parte beneplacito contrairet, dicte prepositure Agriensis, vigore dictarum litterarum sibi collate, possessionem occasione huiusmodi omittens recipere, Chasmensem de facto, quamuis de illa prefato Guilelmo[1] vigore prefati mandati apostolici nulla collacio facta foret, et Guilelmus predictus Agriensem, ecclesiarum preposituras predictas receperint, ipseque Stephanus dictam preposituram Chasmensem nulla alia interueniente collacione legitima pacifice possedit et possidet fruetusque percipiens ex eadem. Quare humiliter supplicat idem Stephanus, quatenus eundem inhabilitare(l) et infamie maculam, si quam ex premissis seu eorum occasione contraxerit, dignemini totaliter abolere et fructus per eum ex dicta prepositura perceptos sibi remittere de gracia speciali ac de dicta prepositura Chasmensi adhuc premisso vel alias quouismodo vacante, que curata et principalis in ipsa ecclesia dignitas esse dinoscitur, eidfcm Stephano providere de nouo, presertim cum idem Stephanus adhuc paratus sit cedere omni iuri sibi competenti in prepositura Agriensi predicta, non obstante, quod in Strigoniensi et Agriensi ecclesiis canonicatus obtinet et prebendas, et cum aliis clausulis opportunis et executoribus ut

[1] U mjesto: Stephano.

in forma. Fiat et restituat fructus perceptos G. Sine alia leccione. Fiat G.

Datum apud Villam Nouam Auinionensis diocesis, XVII. kalendas septembris, anno octauo.

Innocent VI. Reg. Suppl. an. VIII.' 31. foL 198.

35,

1360, 20* augusta. U Jakinu. (Ancone)

Egidije, biskup sabinski (Sabinensis) i legat papin, izdaje nadbiskupu i kleru spljetskom (Spalatensi) namiru na četrdeset forinti ztata, što ih je od njihovog punomoćnika Ivana Jakobovog de Podiobonaci primio kao papin legat za drugu godinu svog drugog poslanstva.

Nos Egidius miseratione diuina episcopus Sabinensis, apostolice sedis legatus, presentium tenore fetemur habuisse et recepisse a venerabili in Christo patre . . [1] archiepiscopo Spalatensi et eius clero per manus Johannis Jacobi de Podiobonaci, Florentine diocesis, dante et soluente pro se et clero suo quadraginta florenos auri boni et iusti ponderis nobis debitos ab eisdem ratione procurationis secondi(f) anni presentis nostre seconde legationis, Quos quidem quadraginta florenos auri thesaurariis nostris idem Tohannes Tacobi de rnandato nostro effectualiter assignauit, De quibus prefatus (!) arbhiepiscopum et clerum suum presentium tenore absoluimus et quietamus. In cuius rei testimonium presentes nostras litteras fieri fecimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum Ancone, die uicesima mensis aUgustL Pontificatus domini nostri domini Innocentii pape sexti anno octauo.

Johannes Martinus
Petrus Alfonsus thesaurarii domini legati

Original na pergam. u arkivu kaptola u Spljetu XVI X *64.*
Na lisiini visi na uzici od pergamene ovalni pečat tt crvenom voskzt

[1] U originalu

36.

1360, 25. augusta. (U Zagrebu)

Pred kaptolom zagrebačkim prodaje Ilija preceptor Ivanovaca i njegov brat Stjepan sinovi Odoljenovi, plemiči dubički, svoju zemlju Zzvegyene u dubičkoj zupaniji Dujmu sinu Radoslava de Blagay.

Nos capitulum ecclesie Z[ag]rabiensis memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod frater Elias domus hospitalis ordinis s[anc]ti Johannis Jerosolimitani, condam preceptor de Dubycha, et Stephanus frater eiusdem, filii videlicet Odoleni, nobiles de districtu Dubichensi ab una parte, ab altera autem nobilis vir comes Doymus filius condam comitis Radozlai de Blagay in nostri presentia personaliter constituti, iidem frater Elias et Stephanus confessi extiterunt ministerio vive vocis in hunc modum, quod ipsi quandam possessionem eorum in predicto districtu D[ub]ychensi habitam et existentem, Zwegyene vocatam, eidem comiti Doymo per predictum Stephanum mediantibus prioribus literis nostris pro septuaginta marcis denariorum pignori obligatam, de eisdem septuaginta marcis se ad plenum contentos habentes, pretactam possessionem Zwegyne(!) nuncupatam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, videlicet terris, fenetis, aquis, silvis, vineis et aliis attinentiis eiusdem pro eisdem septuaginta marcis vendidissent, tradidissent et assignassent, imo coram nobis vendiderunt, tradiderunt et assignaverunt supradicto comiti Doymo et suis heredibus heredumque suorum successoribus et posteris iure perpetuo et irrevocabiiiter possidendam, tenendam pariter et habendam, salvo iure alieno. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presentes literas nostras pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum secundo die festi beati Bartholomei apostoli, anno domini M.CCC sexagesimo.

Thalloczy-Barabas Coa. Blag. 145

37.

1360. 1. septembra. Avignon. (Avinione).

Elizabeta, kraljica ugarska, moli papu, da njezinom kapelanu Ladtslavu Beke, kanoniku vesprimskom, podifeli neku crkvenu- čast u vesprimskoj biskupiji ne obazirući se na to, što on uz druga crkvena beneficija drži plebaniju slankamensku (de Salenkeman) u kaločkoj dijecezu Nadalje moli, da podijeli kanonikat sa izgledom na prebendu u kaločkoj biskupiji njezinom svećeniku Jakobu Bartolomejevom de Salenkeman.*

Item supplicat Elizabeta regina Vngarie, quatenus dilecto suo capellano Ladislao Beke, canonico ecclesie Wesprimiensis, dignitatem, personatum vel officium, cum cura vel sine cura, si in dicta Wesprimiensi ecclesia vacat ad presens, vel quam primum vacauerit conferendum donacioni apostolice de uberiori dono gracie dignemini reseruare, non obstante, quod idem Ladislaus in ipsa Wespfimiensi et in Veteribude canonicatus et prebendas, ac in Jaurinensi ecclesiis canonicatum sub expectacione prebende et plebaniam de Salenkeman Colocensis diocesis, obtinet et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis cum executionibus. Fiat G.

Item supplicat, quatenus dilecto suo clerico Jacobo Bartholomei de Salenkeman Colocensis diocesis de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie Colocensis dignemini prouidere ut supra. Fiat G. Sine alia leccione et omnium eorum committantur examina ad predicta propter pericula et viarum discrimina. Fiat G.

Datum Auinione, kalendas septembris, anno octauo.

Innocent VI. Reg. Suppt. an. VIII. no. 31. fol. 273 b.

38.

1360. 4. i 11. septembra. Ancona. (Anchone).

Pred Petrom Lufii de Luna. vrhovnim audiforom poslanika papinskog Egidija, zahtijevaju u pamici trogirskog biskupa Bartolomeja, luiitelja, proii kapiolu i svećenstvu frogirskom, fuženima, zasfupnici tuženih Grubsa Dobrogosti i Opemmius de Seffrio, da se izreče odrješujuča osuda iz ogluhe, jer tuiitelj na urečeno ročište (4. septembra) nije pristupio. Na ročištu od 11. septembra nasuprot zahtijeva zastupnik tuzitelja Girardinus Rubini de Burgo Manerio osuđujuću osudu iz ogluhe proti tuzenima, jer nijesu odgovorili na fuzbu. Sudac ne udovoljuju nijednom zahtjevu, več odreduje novo ročište.

In nomine domini amen. Nouerint uniuersi presens publicum instrumentum inspecturi, quod anno a natiuitate eiusdem millesimo trecente-

simo sexagesimo, indictione decima tertia et die Veneris, quarto mensis septembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentii diuina prouidente clementia pape VI. anno octauo. Constituti coram venerabili et circumspecto viro domino Petro Lupi de Luna archidiacono Calatambii, legum doctore et auditore generali audientie causarum reuerendissimi in Christo patris et domini domini Egidii miseratione diuina episcopi Sabinensis, apostolice sedis legati ac terrarum ecclesie in Italia consistentium vicarii generalis, presentibus me notario publico et testibus infrascriptis ad hec vocatis specialiter et rogatis in ciuitate Anchone, in ecclesia sancti Antonii Anchonitanensis. Ubi prefatus dominus auditor cum audientia supradicti domini legati continuam residentiam faciebat, mane hora causarum ad iura reddenda more solito pro tribunali sedente, prouidi viri, presbyter Grubsa Dobrogosti, cationicus Traguriensis ac sindicus et procurator venerabilium virorum dominorum capituli ac presbyterorum et canonicorum ecclesie Traguriensis prefate, prout de suo mandato fidem fecit per publicum, ut prima facie videbatur, instrumentum signatum et scriptum manu discreti viri presbyteri Georgii quondam Duymi de Tragurio, imperiali auctoritate notarii, citra suorum substitorum (!) reuocationem, et magister Opemmius Petri de Seffrio Nucarinensis diocesis, sindicus et procurator substitutus a dicto presbytero Grubsa capituli et canonicorum Traguriensium predictorum, — exponere curarunt, quod cum idem presbyter Grubsa et canonici sui prefati, pro quibus interueniunt, per prefati domini auditoris patentes litteras ad instantiam reuerendi in Christo patris domini Bartholomei, dei gratia episcopi Traguriensis, in et ad respondendum sibi tam de iurisdictione, quam obedientia et subiectione ipsius domini episcopi ac prouisione beneficiorum ipsius episcopatus, citati fuerint, ideoque ipse presbyter Grubsa proprio nomine et magister Opemius(!) prefati, quibus supra nominibus, comparebant ac antedicti domini episcopi non comparentis contumaciam accusabant ipsumque contumacem reputabant; et in expensis condemnari, cum essent, ut asserunt, parati sibi respondere; de iure et ab instantia iudicii absolui instanter et cum maxima instantia postulauerunt. Que fuerunt acta Anchone, sub anno, indictione, die, mense, pontificatu, loco et hora supradictis, presentibus prouidis viris ser Dionisio Casioti et ser Nicolo Mutii de Anchona ac ser Angelo Andriuci de Fabriano, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis et pluribus aliis.

Postquam vero die Veneris, undecima mensis septembris antedicti, anno, indictione et pontificatu, quibus supra, comparens in iuditio coram domino Petro, generali auditore prefato in ciuitate Anchone, in ecclesia sancti Anthonii Anchonitani prefati; mane hora causarum ad iura red-

dendum more solito pro tribunali sedente prouidus vir ser Girardinus Rubini de Burgo Manerio, Novariensis diocesis, procurator et procuratorio nomine reuerendi in Christo patris domini Bartholomei episcopi Traguriensis prefati, supradictorum capituli personarum et eanonieorum ecclesie Traguriensis non respondentium libello per ipsum contra eos~ dem coram prefato domino auditore exhibito contumaciam accusauit ipsosque contumaces reputari et in eorum contumaciam in causa huiusmodi super prefato libello ad ulteriora, prout de iure esset, procedt petiit. Presente ad premissa magistro Opemio, procuratore et sindico substituto prefato, et antedictum ser Girardinum procuratorem fore negante et in casu, quo procurator appareret copiam sui mandati cum termino legitimo ad opponendum sibi decerni et dari petente; antedictoque ser Girardino dicente se per prefatum dominum episcopum in causa huiusmodi apud acta huius cause procuratorem constitutum fuisse. Et tunc prefatus dominus auditor copiam mandatorum hinc inde productorum decernens presentibus ipsis et eorum cuilibet ad opponendum et opponi videndum contra mandata predicta ad primam diem mridicam et tunc proxime futuram et qua ipsum dominum auditorem ad iura reddendurn more solito pro tribunali sedere contigerit, terminum statuit et etiam ordinauit Que fuerunt acta Anchone, sub anno, indictione, die, mense, pontificatu, loco et hora predictis; presentibus prouidis viris ser Petro Donadei de Narnia, ser Dionisio Casioti ac ser Necholo, Mutii de Anchona, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis et pluribus aliis.

(Szgn. not.)

Et ego Martinus Fernandi de Pastrana canonicus Tolentane diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate ac audientie causarunv domini legati notarius et scriba, predictis omnibus et singulis, dum per dictas partes coram prefato domino auditore et per ipsum forent et agerentur, presens fui ipsaque aliis occupatus negociis per alium fideliter scribi feci, publicaui et in hanc publicam formam redegi et signo meo consueto signaui, rogatus et requisitus per partes predictas in testimonium ueritatis.

Original na pergam u ark. kaptola u Trogiru no. 87.*
Farlati Illyr. sacr. IV. p. 388.
Pavlović Mem. di cose Dalm. p, 201. no. 87.

39.

1360, 15. septembra. (U Zagrebu).

Kaptol zagrebački podnosi, na temelju izvida povedenih po kraljevskom povjereniku Dominiku sinu Kuzminom i kaptolskom povjereniku meštru Pavlu, izvješće kralj'u Ljudevitu u stvari nasilja, što su ih Petar Paharus de Soploncha, Gj'uro sin Abrae i udovica iza mestra Ladislava de Velike počinili -Grguru sinu Pavlovom, a unuku Hrvatinovom de Dobrakucha.

Excellentissimo principi domino Lodouico dei gracia inclito regi Hungarie, domino eorum, capitulum sue Zagrabiensis ecclesie oraciones pro eodem ad dominum debitas et deuotas cum fideli famulatu. Vestra nouerit excellencia, quod cum nos, iuxta continenciam litterarum vestrarum nobili viro magistro Gregorio filio Pauli filii H[er]uatini de Dobrakucha ad citaciones, inquisiciones et prohibiciones per eundem legitime faciendas per vestram maiestatem a tercio die festi beati regis Stephani nunc preteriti, vsque octauas festi beati Georgii martiris nunc venturas, eidem graciose concessarum, vna curri Dominico filio Cosme, homine vestre excellencie, discretum virum magistrum Paulum socium et concanonicum nostrum, hominem nostrum fidedignum, ad infrascripta fideliter exequenda pro testimonio duxissemus transmittendum. Qui postmodum ad nos exinde redeuntes et per nos requisiti nobis concorditer retulerunt, quod ipsi ab omnibus quibus decuit et licuit illarum parcium hominibus diligenter et conscienciose palam et occulte inquirendo, hanc de infrascriptis statuissent meram et omnimodam veritatem: quod magister Petrus, dictus Paharus de Soploncha, quandam vineam supradicti magistri Gregorii in tenutis de Dobrakuch (!) habitam sua auctoritate propria pro se fecisset vindemiari; et quod Georgius filius Abraee (I) feria sexta proxima ante festum natiuitatis beati Johannis Baptiste nunc preteritum vnum iobagionem supradicti magistri Gregorii de Dobrakucha cum domibus(!) suis contra regni consuetudinem ad possessionem suam Breztouch vocatam sua temeritate propria fecisset abduci et asportari; sciuissent eciam, quod nobilis domina relicta magistri Ladizlai condam de Velike in quindenis festi beati Georgii martiris nunc preteriti, cum quidam iobagio dicti magistri Gregorii pro peragendis indulgenciis versus ecclesiam beate virginis de Zyrth[1] properasset, ibique eundem fecissfet captiuari et captiuatum in suis Carceribus detineri tam-

[1] Zyrch?

diu, donec sue placuisset voluntati; lite tamen pendente inter eosdem et magistrum Gregorium prenotatum. Datum secundo die festi exaltacionis sancte crucis, anno domini MCCC°LX°.

Na hrptu; Domino regi pro magistro Gregorio filio Pauli de Dabrakucha(l) contra Petrum dictum Pah^rus et Georgium filium Abrae ac nobilem dominam relictam Ladizlai condam de Velike inauisitoria.

Sasvini na donjem rttbu: Contra P. relictam Ladizlai et G[eorgium] Abrae.

Original na papiru u' knjižnici narodnog mtizeja u Bttdimpešti a, 1360. (pridošao ovamo god. 1897).

Na hrptu vidi se odlomci pritisnuta šiljato-ovalna pečata u običnom vosku, kejim bijaše list zatvoren.

40.

1360. 24. septembra. Na Visu, (In insula Lisse),

Đuro ofiat samostana sv. Nikole na Visu (insula Lisse) u dijecezi hvarskoj izdaje iscrpivu punomoć Stjepanu Vidoševom Chudorisnichu, građanu hvarskomu. *

Vniuersis et singulis presentes litteras inspecturis frater Georgius, abbas monasterii sancti Nicolay itisule Lisse, Farensis diocesis, salutem et sinceram in domino caritatem. Noueritis, quod nos Stephanum Vidosi dictus(l) Chudorisnich, ciuem Farensem, presentem et mandatum sponte suscipientem facimus, constituimus et ordinamus nostrum procuratorem, actorem, gestorem, defensorem et nuncium specialem in omnibus nostris causis, litibus et eontrouersiis, quas habemus et habituri sumus cum quacumque vel quibuscumque personjs, vniuersitate, capitulis vel collegiis; coram quocumque iudice, auditore dato vel dando, tam in agendo, quam in defendendo in causa ciuili, dantes eidem procuratori nostram plenatn et liberam potestatem agendi, defendendi, litem [contestandi], iuramentum calumpnie. . . . . alterius generis in animam nostram iurandi et prestandi et specialiter accipiendi, exigendi et-.a . . . . de Veneciis in contrata Canariglo comoranti et eidem quietžtcionem, remissionem et pactum ulterius de non petendo faciendi, libellum seu libellos et quascumque peticiones dandi et recipiendi, terminos, dilaciones petendi, exceptiones cuiuscumque generis proponendi, testes et instrumenta et litteras producendi et alteram partem iurare videndi, suspectos dandi iudices, notarios eligendi

et recusandi; ac etiam asequendi, petendi sentenciam, audiendi, appellandi et appellacionem prossequendi, alium vel alios procuratores loco sui constituendi vel substituendi et etiam reuocandi semel aut pluries, quociens eis vel alteri eorum expedierit, ac ipsas causas postmodum resumendi ac procurandi per se vel per alios, prout ei visum fuerit vtilius; et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi in iudicio et extra, que facere possemus, si presentes essemus; ratum et firmum m . . . . habituri quidquid per dictum nostrum procuratorem, vel substitutum aut substitutos ab eo, factum fuerit in premissis et quolibet premissorum. Et insuper volentes eum et substitutum seu substitutos ab eo releuare ab omni honere (I) satisdandi, promittentes in iudicio sisti et iudicatum solui sub obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum et dicti [nostri] monasterii. Presentibus domino Thome(!) archidiacono Farense et Stephano Petri ciue Traguriensi et aliis quampluribus. In cuius rei testimonium sigillum [nostrum] presentibus [duximus] apponendum. Datum et actum in insula Lisse Farensis diocesis, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo, indictione tercia decima, die vicessimo quarto setembris (!).

Original na pergam. u kaptoL arkivu biskupije u Hvaru
Na listini visi uzica od pergam.; pečat otpao.

41.

1360. 7. oktobra. (U Veneciji).

*Andrija Contarini dužd mletački u pismu upravljenom na kralja Ljudevita zajamčuje slobodu trgovanja Dubrovčanima u Mlecima, ali istu slobodu traži za mletačke trgovce u Dubrovniku**

Serenissimo et excellentissimo domino Lodovico dei gracia Hungarie, Polonie etc. regi illustri, plurimum honorando Andreas Contareno eadem gracia dux Veneciarum etc. salutem et votiuorum suceessum(!) incrementa. Regie maiestatis ambaxatorem nobilem virum Simonem de Auria de Janua, admiratum et consiliarium regium, alacriter suscepimus et ambaxiatam super facto Raguseorum per ipsum sapienter expositam intelleximus diligenter. Ad quam, sicut eidem ambaxatori uiua voce diximus, presentibus respondemus, quod maiestati regie, que per eundem ambaxatorem nos cum uerbis amicabilibus et placabilibus de facto predicto rogavit, complacere cupientes, contenti sumus, quod 'ipsi Ragusei cum mercationibus et bonis suis possint venire Venecias, stare et

redire, et tractentur dulciter et benigne. Quia autem sic p]acibiliter(!) ad partes regias condescendimus, maiestatem prefatam precamur, quatenus dignetur tenere modum, quod Ragusei obseruent erga nos et nostros antiquas et bonas franchisias et consuetudines nostras tam longissimo tempore approbatas, videlicet, quod cives et fideles nostri possint mercari cum terrigenis et forensibus libere, ut solebant, sicut est rationabile atque iustum, reddendo nos certos, quod maiestas regia de hoc nobis complacebit, ut causam habeamus tractandi Raguseos de bono in melius temporibus in futuris, nec causam habeamus querendi prouisionis remedia, que honeste fieri possent. Datum in nostro ducali palatio, die septimo octubris, XIII. indictione.

Original u dubrovačkom arkivu, svilene vrvce ostale, pečat otpao. — Zbirka saec. XIV.

Getcich-Thalloczy DipL Ragus. br. 16, 21.—22.

42.

1360, 8. oktobra. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka požurufe kod mletačke vlade YQziaŠnjenje na svoj upit glede odredbe^ kojem se zabranjuje hrcanfe robe u dalmatinskim lukama na mletačke brodove, ako se ta roba usmjeruje izvan Jadranskog mora.

Hoc est exemplum cuiusdam littere destinate dominationi ducali Venetie.

Serenissime dominel Per alias litteras nostras uestre dominationi scripsimus, de quibus responsiuam non habuimus, de quarum tenore curauimus replicare ufobis], quod intelleximus, quod per uestram excellenciam pars capta fuit et in Riuoalto uoce preconia propalata, quod nulli mercatores cargari possint in Dalmacia super aliquod nauigium de Venecia causa portandi extra Gulphum. Que quidem pars videtur sollummodo contra nos fore facta, quia de mense augusti proxime preteriti aliqui nostri ciues cargantur de plombo in portibus nostris causa portandi extra Culphum. Quapropter uestram celsitudinem exoramus, quatenus dignemini, si placet uobis, uestris litteris dare responsiuam, si nostri ciues possint nauigare cum nostris(!) nauigiis eorum mercatores facientes et uolentes ipsas cargari facere in Ragusio, — vt nostri mercatores ualeant prouidere superinde.

Lettere e commissioni di Levante voi. 1359.—1380. foL 16. a.

U dubrovačkom arkivu.

43,

1360, 8. oktobra. (U Dubrovniku).

Lorenco de Uolcasso rektor, te suci t vijećnici dubrovački, kore svoj'e poslanike Dimitrija de Menge i Mihajla Babalio, $to iz nemamosti nijesu dobili odgovora na upit dubrbvački glede slobode trgovanja (vidi pređašnju listinu) i opominju ih, da zanemareno što prije poprave.

Exemplum littere destinate Dymitrio de Men§e et Misse de Dersa.

Loren^o de Uolcasso rector de Ragusio, iudici et conselieri de la dita terra ali nobili et saui Dymitrio de Men^e et Michel Babalio[1] salude et tuto bene. Nuy se maraueremo molto de vuy, che vuy non aue procurado de auer resposta de quela lettera, che nuy mandasimo ala dugal signoria soura lo fato de la parte, che li a fato cridar in Rialto, che nesuna merchadandia se possa cargar in Dalmacia per portar fora del Colfo cum algun nauilio de Venesia. E per caxion, che vuy non aue procurado de auer la resposta, per uostra negligentia scriuemo anchora ala signoria soura de de (!) 90, la qual letera e ligada cum questa, la qual debie presentar et procurar de auer resposta soura đe 50, che per gerto tuta la terra crede, che per uostra negligentia la resposta non sea abudo. Et abiando vuy la resposta mandene la per li primi. Et ala signoria debie dir per lo plu bel modo, che pode et saue, che li lei <?itadini carga del mense d'agost proximo pasado plombo in Ragusa et da puo si, che questa lor parte seria contra de nuy solamentre. Et tuto quelo, ch'e scrito de soura, ue chometemo et chomandemo, che vuy debie far et procurar cum solicitudine.

Lettere e commissioni di Levante vol. 1359.—1380. fol. 16. a. U dubrovačkom arkivu.

44.

1360, 12. oktobra. U Zagrebu, (Zagrabie.)

Pred banom Leustahijem zalaze Stjepan sin Lukin svoj posjed Mrasouch Farkašu sinu Ladislavovom za deset forinti.

Nos Leustachius regni Sclauonie banus memorie commendamus, quod magister Stephanus filius Lukasii coram nobis personaliter constitutus,

[1] Prije Babalio jest Dersa precrtano.

quandam porcionem suam Mrasouch vocatam vltra fluuium Zawe inter villas Odra et Cheh nuncupatas habitam, Farkasio filio Ladislai, similiter coram nobis personaliter astanti, pro decem florenis plene ab eodem, vt dixit, receptis, vsque quo eađem per ipsum vel eius heredes aut successores, quibus congruit, pro eadem sumpma pecunie decem florenorum ab eodem Farkasio vel eius successoribus redimi poterit, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis inpignorasse est confessus et inpignorauit coram nobis conseruandam et pacifice vsufructuandam. Datum Zagrabie, feria secunda proxima post octauas festi beati Mychaelis archangeli, anno domini M°. CCC°.LX°,

Original na papiru u kr. ugar. drz. arkivu u Budimpešti: M. O. D» L. no. 32,951. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 138. no. 1.

Laszomski Spom. Turopolja 1. 74.—75.

45.

1360, 18. oktobra. U Vugrovcu. (In Vgra).

Pred općinom vugrovačkom (de Vgra) prodaje Petar stn Jurjev svof djedovinski vinogrđd u Zavrhu (Zavorh) svećeniku Luki de Nemchnak za IJ pensa.

Nos Johannes filius Thome, vilicus de Vgra, ac vniuersi ciues de eadem significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Petrus filius Georgii parte ab vna, item parte ex altera Lucachius presbiter de Nemchnak, conciuis noster, in nostri presencia personaliter constituti, idem Petrus quandam dimidietatem particule vinee videlicet hereditariam Zauorh vocate, in territorio libere ville Vgra, inter vineas filiorum Juahen, Andre, Marcy ac Munk filii Martini et Tomse, nec non Nicolai filii Petri, similiter conciuium nostrorum, existentem, de beneplacita permissione eorundem vicinorum predictorum ; item, ut aseruit coram nobis Petrus filius Georgi sua voce condigna receptis(I) habendam(!) Luca sacerdos tredecim pensas denariorum plenarie persoluisse, eandem habendam, disponendam, uel cuicunque voluerit disponendam, videlicet proximis suiš seu ceteris post hobitum(l) suum disponendam, iuxta nostre ciuitatis haprobatam (!). In cuius rey(!) memoriam perpetuamque firmitatem presentibus sigillum nostrorum duximus aponendum, Datum inVgra, in festo sancti Luce euangeliste, anno domini M°CCC°LX°.

Originai na pergameni u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.220. — Stara signatura: Acta monasterii de Garig, fasc. L no. 47.

Na listini visi končana vrvca bez pečata.

46.

1360, 19. oktobra. (U Zagrebu).

Kaftol zagrehački svjedoči, da je na molbu iupana varazdinskog Stjepana Andrijinog i varaidinskih sudaca izaslao svečenika Ivana, kao kaptolskog povjerenika. da prisustvuje parnici, koja je tekla fred gornjim sucima između Genich udove Bekine (Beke) i njezine svojte, te Egidija sina Mirkova de Losan radi miraza, paraferna i djevojačke četvrti. Kaptolski povjerenik izvješćuje, da j'e sud udovi Genich dosudio polovicu dobra Semouch, a osim toga je Egidije osuden radi raznih nasilja.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendamus per presentes, quod cutn nos ad peticionem litteratoriam magistri Stephani filii Andre comitis Warosdiensis, item Dragun filii Egidii, Jacobi filii Valentini, Lachk filii Petri et Egidii filii Tyburcii, iudicum nobilium dicti comitatus, ad audiendum et videndum iudicium et iusticiam, quod vel quale iidem iudices nobilibus dominabus Genich relicte Beke et Chala relicte Stephani filii eiusdem Beke ac filiabus dicti Beke, Elizabeth et Anna vocatis, nec non Stephanie filie ipsius Stephani ad mandatum regium litteratorium ex parte Egidii filii Emerici de Losan in facto dotis et rerum paraphernalium relictarum Beke et Stephani predictarum, ac quarte puellaris filiarum Beke et Stephani antedictarum et quibusdam aliis debitis* et iniuriis facerent vel inpenderent, discretum virum Johannem sacerdotem prebendarium ecclesie nostre, hominem nostrum fidedignum, pro testimonio transmisissemus. Tandem idem Johannes sacerdos ad nos rediens nobis retulit[1] in hunc modum: quod prenominati comes et iudices ac alii assessores eorundem, nobiles de eodem comitatu, presente predicto Egidio filio Emerici, pro dotibus et rebus paraphernalibus dominarum Genich et Chale relictarum et pro quarta puellari filiarum predictarum medietatem possessionis Semouch vocate, apud manus dicti Egidii habitam, eisdem adiudicassent et statuissent possidendam. Insuper adiudicassent, quod quia predicta domina Genich

[1] Dodano iznad linije.

et Petrus filius Iwan, gener eiusdem, predictam medietatem dicte possessionis Semouch pro quadraginta marcis denariorum a condam Stephano filio Johannis, comite Warosdiensi, in quibus quadraginta marcis Gerdos filius Pethouch et Deseu frater eiusdem patruelis, qui tunc veri possessores et domini dicte possessionis Samouch(!) existebant, contra eundem Egidium filium Emerici et Michaelem fratrem eiusdem ordine iudiciario conuicti extiterant, reperiebantur redemise(l) et ob hoc eidem domine Genich ac Petro genero eiusdem obligata dignosscebatur(l), ideo pro ipsis quadraginta marcis eandem medietatem eidem Genich et genero eiusdem similiter statuissent tamdiu possidendam, quousque idem Egidius omnia premissa persoluere poterit et eadem redimere, prout fuerit iuris et eciam racionis. Retulit eciam idem homo noster, quod predictus Egidius in presencia eiusdem comitis VVarosdiensis et iudicum predictorum contra ipsas dominas in diuersis factis potenciariis conuictus extitisset Quod quibus eciam omnibus eandem medietatem dicte possessionis Semouch eisdem dominabus statuissent possidendam. Datum secundo die festi beati Luce ewangeliste, anno domini M°CCC° sexagesimo.

Iz originalnog prijepisa istoga kaptola od 26. novembra 1363.
Potonji prijepis u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebtt: Diplomata 1360.

47.

1360, 3., 13., 19. novembra. (U Trogiru).

Trogirani šalju poslanike u Zadar na poklon nadošloj kraljia Elizabeti, ko/i su ovlašteni i na pregovore, što nijesu na štetu gradu.

1360., die 3. nouembris. Quod comes ire debet obuiam regine antique, que accedet Jadram, cum tribus electis, qui sunt: Andreas Gregorii, Donatus Casotti, Petrus Joseph.

Die 13. nouembris. Inueniantur neccessaria pro aduentu regine, si veniret Tragurium.

Die 19. dicti. Mittantur auatuor ambassiatores ad petitionem regine, et sint sindici, et tractent cum regina; sed si aliquid vellet contra libertatem ciuitatis, non concludant, sed duo reuertantur ad significandunv; et offerant cupas 93 vnciarum argenti, et expendant in Jadra ducatos 200 pro aliis exeniis dandis baronibus, qui secum sunt; [fuerunt] ellecti: Joseph Stephani, Nicolaus Marini, Donatus Casotti, Ludouicus Joannis.

Lncius Memorie di Trau p, 275.

48.

1360, 4. novembra. (U Dubrovniku).

Dubrovčani šalju povjerlj'iva poslanika Milce de Poueresco u Zadar,, da doznade^ kada će tamo kralj štići.

Nuy Nicola de Sorgo, retor de Ragusa, cum nostro pizolo conseio chometemo a ti Milce de Poueresco, citadin nostro dileto, che al nome de dio tu debi andar cum questa barcha armada al plu tosto che tu puoi a Zara, non achostando al alguna tera.

Et siando tu zonto a Zara debi spiar et sentir sel nostro signor miser lo re e zonto a Zara. E sel fosse zonto a Zara, debi tornar a Ragusa al plu tosto che tu puoi. Et se tornando fosse tal tempo, che non podesi vignir, et manda lo chorier, lo qual te auemo dado, per tera a Ragusa cum tua letera, cum quele nouele che tu auerasi. Et niente de men et ti solicita et procura de vignir a Ragusa cum la barcha al plu tosto che tu puoi.

Et se lo signor non fosse zonto a Zara, et fosse novela, chel douesse vignir a Zara in breue et se fortunamentre, et'tu indusia a Zara da II. a IV. zorni per sauer zerta nouela, o che lo signor e et quando T e per vignir a Zara. Et vetene (!) a Ragusa al plu tosto che tu puoL

Et debi spiar et sentir, se lo signor e per demorar in Zara, o selo die andar al alguna parte et se et quanto die demorar in Zara.

Lettere e commissioni di Levante 1359,—1380. fol. 16, b
Libri reformatiomtm IL 295, — U dttbrovačkom arkivu.
Gelcich-Thalloczy DipL Ragus. br. 17.s 22.—23.*

49.

1360, 13. novembra. (Kod sv. Ireneja u Srijemu).

Plemići de Zatha iz zupanije vukovske prosvjeduju fred kaptolom sv. Ireneja, kao fiosjednici dobra Zatha, što su Pavao sin bana Pavla i njegov nečak Pavao dali udovi Jeleni kćeri Nikole sina pokojnog bana Grgura, kao djevojačku četvrtinu posjede Arky i Alexanderteluky. koj'i graniče sa njihovim posjedom Zatha.*

Nos capitulum ecclesie sancti Irinei martiris memorie commendamus, quod Jacobus, Petrus, Nicolaus, Ladislaus, Stephanus et Benedictus filii Thome, Johannes et Paulus filii Johannis, Beke et Andreas filii My~

chaelis ac Gregorius filius Ladislai, nobiles de Zatha ex comitatu de WoIkou coram nobis personaliter constituti per modum protestacionis tiobis significare curarunt, quod domina Elena filia Nicolai filii condam Gregorii bani in possessionibus Arky et Alexanderteluky vocatis, inter metas possessionis Zatha vocate ipsorum videlicet et ipsos contingere debentis, quartam puellarem a magistris Paulo filio condam Pauli banU €t altero Paulo filio Stephani filii eiusdem Pauli bani, qui pro nunc ipsam possessionem manutenerent, applicatam ordine iuris reoptinere niteretur, cum tamen ipsa possessio ipsis dinosceretur pertinere. Vnde ipsos magistros Paulum filium Pauli condam bani et alterum Paulum filium Stephani filii eiusdem Pauli bani a tradicione et perpetuacione, memoratam vero dominam Elenam ab occupacione prelibate quarte puellaris in dictis possessionibus fienda, ipsos eciam magistros Paulum filium Pauli condam bani et alterum Paulum filium Stephani filii eiusdem Pauli bani a percepcione iurium et conseruacione dictarum possessionum contradicerent prohibendo, ymo prohibuerunt coram nobis testimonio presencium mediante. In cuius prohibicionis testimonium litteras nostras ad peticionem ipsorum duximus concedendas communi iusticia suadente ad cautelam. Datum feria sexta proxima post octauas festi omnium sanctorum, anno domini M°.CCC°. LX°. 4

Original na pergameni u kr. ugar. drš. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.607. — Stara signatura: N. R. A. Jasc. 1509. no. 40.
Na hrptti bijaše pritisnut veliki okrugao pečat.

50.

1360, 17. novembra.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđuje za samostan sv. Dirni-irija u Zadru darovnicu kralja Ladislava V. (od g. i28$.) i statu-cionu ispravu bana Nikole de Zeech, koje se tiču posjeda Starosan u luikoj iupaniji (de Luca), te im povrh toga isti posjed ponovo daruje s naslova nove donacije.

Lodouicus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie, Gallitie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presen-libus pariter et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium saluatore. Exardens inflammata deuotio eo saluti sue prospicit utilius. quo piis locis et religiosis personis pie donata et salubriter disposita

munimentis sui beneficio limpidius roborat et confirmat. Proinde ad vniuersorum notitiam harum serie uolumus peruenire, quod Simon de Boctono, procurator religiosarum dominarum Elene priorisse ac vniuersarum sanctimonialium claustri sancti Demetrii martiris de Jadra, vice et nominibus earundem ad nostre serenitatis accedendo presentiam, exhibuit nobis quasdam duas litteras, vnam videlićet priuilegialem olim incliti principis domini Ladizlay regis Hungarie, predecessoris nostri, super donatione possessionis Starosan uocate, in comitatu de Luka site, per eundem dominum Ladizlaum regem dictis claustro et dominabus facta, alia(!) uero magnifici viri Nicolai de Zeech, Dalmatie et Croatie bani, super eiusdem possessionis statutione emanatas tenorum subsequentium. Supplicans idem Simon in personis dominarum predictarum nostre humiliter maiestati. ut easdem licteras(I) acceptare, ratificare et nostro pro ipsis dominabus*ac claustro sancti Demetrii dignaremur priuillegio confirmare. Quarum vnius, videlicet dicti domini Ladizlai regis lictere tenor talis est: *(Slijeđi listina kralja Ladislava V. od g. 1285.).* Alterius uero lictere ipsius Nicolai bani tenor talis est: *(Slijedi lisiina bana hrvatskog Nikole Zeča od 22. maja 1359.),* Nos siquidem condignis et salubribus petitionibus dictarum religiosarum dominarum pietate regia inclinati predictas litteras prefatorum domini Ladizlai regis et Nicolai bani omni prorsus suspitione carentes, totis earundem tenoribus de uerbo ad uerbum presentibus insertis de beneplacita uoluntate et consensu serenissime principisse domine Elisabet regine Hungarie, genitricis nostre karissime, quoad omnes earum continentias et clausulas acceptamus, approbamus, ratificamus et pro iam dictis dominabus perpetue ualituras regia auctoritate confirmamus; ob spemque et deuotionem nostram, quam ad beatissimum Demetrium martirem, in cuius nomine glorioso dictum claustrum sanctimonialium constructum existit et fundatum, gerimus et habemus specialem, prelibatam possessionem cum omni sui iuris plenitudine eisdem dominabus noue donationis nostre titulo damus et conferimus iure perpetuo possidendam et habendam, presentis priuillegii(!) nostri patrocinio mediante, saluis iuribus alienis. In cuius confirmationis nostre testimonium firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archiepiscopi Stregoniensis(l) locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentessimo sexagessimo, quinto decimo kalendas mensis decembris, regni autem nostri anno decimo nono. Venerabilibus in Christo patribus et dominis eodem Nicolao Stregonensi(I), Thoma Colocensi, Vgolino Spalatensi, Nicolao Jadrensi, archiepiscopis; Ragusina sede uacante; Nicolao Agriensi,

Demetrio Varadiensi, Dominico Transiluano, Colomano Jauriensi, Dominico electo, canonico confirmato ecclesie Sagrabiensis[1], Quinqueecclesiensi sede vacante ; Ladizlao Vesprimiensi, Michaele Vachyensi, Petro Nosnensi[2], fratribus Loci[3] Nitriensi. Thoma Sirminensi (I) Tbhanne Tiniensi, Bartholomeo Traguriensi, Demetrio Nonensi, ecclesie[4] Farensis, Valentino Macarensi, Matheo Sibinicensi, Michaele Scardonensi, Portiua Seniensi, et Rodoslao Corbauiensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio voiuoda Transiluano comite et iudice curie nostre, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum, Leustacio Sclauonie, Nicolao de Zeech Dalmatie et Croatie, Nicolao de Macchoiu(l), banis, Petro pincernarum, Paulo dapiferorum et Emerico agasonum nostrorum magistris, ac magistro K . . . a comite Posoniensi, aliis quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Iz listine kaptoia zadarskog oa 8. juna 1396. — Originac ove listine u arkivu samostana sv. Marije u Zadru. a. 1396.

. Ltstina Lfudevitova potvrđena je novim pečatom od 28. oktobra 1364.; ovu potvrdu, koja se nalazi obicno na desnoj donjoj sirani listine, prepisao je kaptol zadarski.

51.

1360, 19, novembra. U Zagrebu. (Zagrabie).

Leustahije, ban slavonski, utvrđuje na saboru plemiča stanuj'ućih između rijeke Lanja (Lonja) i gore Gwzđ (Gvozd) držanom u ZagrebUj da su stanovita plemena de Mrachljn de Campo Zagrabiensi plemeniti gradski službentci (nobiles iobagiones castri), a da nijesu dužni, kako se ih tužilo, služiti gradu Selyn.

Nos Lewstachius regni Sclauonie banus memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, quod cum nos ex informacione quorundam, Stoyko filium Wlk, Mylko filium Andree et Iwan filium Stephani ac alios generaciones eorum, omnes de Mrachlyn de Campo Zagrabiensi, qui ad modum aliorum nobilium

[1] Inače dolazi u Ljudevitovim listinama ovaj Koloman kao electus Chanadiensis, a Stjepan III. bio je biskupom zagrebačkim,

[2] Mjesto Bosnensi.

[3] Nitranskim biskupom bio je u to doba Stjepan.

[4] Hvarskim biskupom bio je Stjepan,

iobagionum castri de eodem Campo referebantur non de iure, immo tacita veritate congratulari, castro Selyn dicebantur subiungi debere seruituri, ad presentem congregacionem nostram generalem de regio speciali mandato vniuersis nobilibus inter fluuium Lanya dictum et alpes Gwzd nuncupatas existentibus, publica proclarnacione facta, feria secunda proxima post festum beati Martini confessoris per nos Zagrabie celebratam, nomine iobagionum castrensium cum eorum litteralibus instrumentis, si qua(l) haberent, fecissemus euocari, per nos regnique nobilibus(l) in ipsa congregacione nostra nobiscum adherentes examinaturos. Tandem iidem Stoyko et Mylko et Iwan, in suis ac ceterorum dicte congregacionis eorum hominum personis, nostrum regnique nobilium in predicta congregacione nostra existencium adientes conspectum, quasdam litteras priuilegiales serenissimi principis domini Stephani, dei gracia illustris condam regis Hungarie laudande memorie, anno incarnacionis domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo confectas, confirmantes •easdem lttteras similiter priuilegiales Jwachyn, condam tocius Sclauonie bani, nobis curauerunt exhibere. In quibus predecessores eorundem Stoyko, Mylko et Iwan, ac generacionis ipsorum hominum veros nobiles iobagiones castri fuisse et eosdem fore et esse conspeximus euidenter. Vnde nos volentes quoslibet in ipsorum iuribus pacificos et illesos conseruare, quia iidem Stoyko, Mylko et Iwan, ac ceteri generacionia eorum homines, ex serie dictarum litterarum domini Stephani regis priuilegialium veri nobiles iobagiones castri fore et fuisse reperiebantur, ideo ipsos in eadem libertatis prerogatiua, qua vsque nunc ex premissarum litterarum domini Stephani regis priuilegialium vigore noscuntur viguisse, banatus nostri auctoritate relinquimus pacifice fruituros. In cuius rei perennale testimonium, presentibus sigillum banatus nostri autenticum duximus appendendum. Datum Zagrabie, die quarto congregacionis nostre prenotate, anno natiuitatis domini millesimo trecentesimo sexagesimo.

2z poivrde ktalja Ljudevita II. od godƒ 1520. U arkivu općine turopoljske.

Laszozvski Spoffi. Turop. 1. pag. 75—76.

52.

1360, 19. novembra. U Zagrebu. (Zagrabie).

Leustakije ban slavonskt dosuđuje na općem saboru plemića i općina sa područj'a između rij'eke Lonj'e i Gvozda$_y$ držanom u Zagrebu$_t$ Nikoli Toth sinu Grgura de Zwmsed (od Susjedgrada) posj'ed Stermech, što ga je protupravno zaposj'eo grad Za?iabor (Samobor).

Nos Leustachius regni Sclauonie banus memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod magister Nicolaus dictus Toth filius Gregorii de Zwmzed in congregacione nostra generali vniuersitatis nobilium et aliorum communium hominum inter fluuium Lonya et alpes Guozd vocatos eKis^encium, feria secunda proxima post festum beati Martini confessoris de speciali regio mandato pro obseruanda vnicuique communi iusticia, publica proclamacione facta, Zagrabie celebrata, de medio aliorum causancium exsurgendo nobis aliisque regnicolis huius regni nobiscum consedentibus huiusmodi verborum prolacionibus significjare curauit, quod quedam possessio Stermech vocata, vltra prope fluuium Zaue existens, que per nos ex induccione quorumdam pro castro Zanabor ab ipso foret occupata, semper ad dictum castrum suum Zwmzed pertinuisset suaque de iure fuisset et nunc ad idem castrurn suum pertinere et sua esse deberet; et hoc iuratis assessoribus iudicibusque nobilium et aliis nobilibus ac communibus hominibus in dicta congregacione nostra existentibus constaret euidenter; quam eciam exhibicione litterarum olim serenissimi principis domini Stephani, ducis bone memorie, sibi restitutam fuisse deciarabat. Cumque nos ad eiusdem magistri Nicolai instantes supplicaciones predictos iuratos assessores, iudices nobilium aliosque nobiles et communes homines nobiscum in ipsa congregacione nostra adherentes ad fidem eorum deo debita(!) et fidelitatem sacre corone regie obseruandam tacto viuifice crucis ligno pro seruanda regni communi iusticia prestito iuramento pro dicenda premissorum veritate quesiuissemus, mox iidem iurati assessores, iudices nobilium aliique nobiles et communes homines in dicta nostra congregacione existentes memoratam possessionem Stermech vocatam semper ad iarndictum castrum ipsius magistri Nicolai dicti Toth, Zwmzed nunccupatum(l), pertinuisse et nunc pertinere eiusdemque magistri Nicolai omni de iure fuisse et nunc esse debere vnanimi atestacione affirmarunt. Vnde nos, quia prescriptam possessionem Stermech vocatam, vltra

prope fluuium Zaua existentem, tam per exhibicionem dictarum litterarum domini Stephani ducis, quam ex huiusmodi predictorum iuratorum assessdrurh, iudicum nobilium aliorumque nobilium et communium hominum in eadem congregacione nostra existencium atestatiua affirma-•cione et assercione sempef ad prelibatum castrum dicti magistri Nicolai Zwmzed nunccupatum pertinuisse, et nunc pertinere eiusdemque extitisse et nunc ex iusto mris titulo esse debere cognouimus, ideo eandem possessionem Stermech nominatam, vltra prope fluuium Zaua sitam, cum omni plenitudine sui iuris et vtilitatum integritate prefato magistro Nicolao dicto Toth et suis heredibus relinquimus(l), remisimus et resignauimus, ymo ex nunc reliquimus(l), remittimus, resignamus et committimus perpetuo et irreuocabili iure possidere et habere serie presenctum mediante. In auorum omnium premissorum perhenne testimonium atque firmitatem presentes concessimus pendentis autentici sigilli nostri banatus Tiiunimine roboratas. Datum Zagrabie, quarto die congregacionis nostre prenotate, anno domini M°CCC°LX°.

Ortginal na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1360.

Na hstini nalazi se svilena vrvca zelene i IjubiČaste boje; pecat je -otpao.

Na hrptu rukom konca XIV. vijeka bilješka: Super eo, quod possessio Stermecz prope vltra Zaaam ad castrum Sumzedwar pertinuisset(t) ct pertinere fuit adiudicata modo intfascripto.

53.

1360, 25. novembra. U Zagrebu. (Zagrabie).

Ljudevit kralj ugarski t hrvatski podjeljuje s naslova nove donacije na prosnju Symona Zwdor, njemu i njegovoj braći Petru, Stjepanu, Mihajlu, Đuri, Ivanu i Mirku posjede Graduck, Grabroazala, Chultyc i Suden u županiji zagrebačkoj\ koj'i su devolvirali kralju nakon smrti Andri/e sina Merclen.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod magister Svmon dictus Zwdor, aule nostre iuuenis, dilectus et fidelis noster, ad nostrum accedens conspectum suas fidelitates et seruicia nobis per ipsum

multipliciter exhibitas(l) et inpensa proponens et declarans, ac in memoriam nostram reuocans, quasdam possessiones quondarn Andree filii Merclen; Graduch, Grabroazala, Chultyc(!) et Suden vocatas, in comitatu Zagrabiensi existentes, asserens ipsum Andream filium Merclen dudum nutu diuino mediante absque heredum solacio decessisse, ex eoque dictas possessiones ipsius Andree iuxta approbatam regni nostri consuetudinem manibus nostris regiis deuolutas extitisse, a*nobis sibi et magistris Petro, Stephano, Mychaeli, Georgio, Johanni et Emerico, similiter Zwdor dictis, fratribus suis carnalibus, dari et perpetuo conferri postulauit. Nos itaque memoratis fidelitatibus et fidelium seruiciorum laudedignis meritis prefati magistri Symonis, quibus idem iuxta exigenciam possibilitatis sue nobis studuit conplacere, predictas possessiones ipsius Andree filii Merclen cum omnibus hys utilitatibus, quibus hactenus nomine nostro habite fuerunt et possesse, specialiter cum tributo, collectis marturinarum, prouentibus siluarum, molendinis et aliis quibuslibet pertinenciis, quoquo modo vocitatis, sub suis veris metis et terminis eo iure et titulo, quo ad nostram collacionem dinoscuntur pertinere, noue donacionis nostre titulo ipsi magistro Symoni dicto Zwdor et prefatis magistris Petro, Stephano, Mychaeli, Georgio, Johanni et Emerico, similiter Zwdor dictis, fratribus suis camalibus, ac eorum heredibus, suecessoribus et posteritatibus vniuersis dedimus, donauimus et contulimus perpetuo possidendas, tenendas pariter et habendas, saluis iuribus alienis. Presentes autem in formam nostri priuilegii redigi faciemus, dum nobis fuerint reportate. Datum Zagrabie, in festo beate Katherine virginis et martiris, anno domini M°. CCC°. LX°.

Iz potvrde kralja Ljudevita od 1. januara 1361., koja f'e imala obicni pripisak potvrdni od 17. decembra 1364., kako je prepisao konvent leleški 15. januara 1403.. Original potonjega prijepisa u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.742. — Stara sign.: N. R. A.. fasc. 1539. no. 19.

54.

1360, 28. novembra.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđuje po želj'i svoje majke kraljice Elizabete plemićima de Lapuch zemlju Karin, osim posjeda Kocligiane (Kokićani), kao plemenštinu; ovaj' je posj'ed dobio na dar nj'ihov predak Vnycha od hrvatskog kralja Zvonimira (fuanimerius). Aktu kraljevskom prethodilo je zanimivo ispitivanj'e navoda plemiča de Lapuch.

Ludovicus dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croatie, Rame, Servie, •Galicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et lionoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in om- salvatore. Favorabilis petitio supplicantium devotorum plenum •debet consequi effectum, dum enim, que postulant, promerentur, magis eorum devotio ad fidelitatis opera exercenda incitatur,, Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos serenissimam principissam dominam Elvzabeth, reginam Vngarie, genitricem nostram karissimam, pro reformacione status regnorum Dalmacie et Croacie in Jadram destinassemus, Nasmanfn] filius Petri, Jurislauus filius Slauin[n]a, Radoslauus filius Marini, Iwan filius Mathie, Radosfauus filius Johannis, et Mladinfus] filius Gregorii, nobiles de Lapuch, in suis et universsorum(l) nobilium generatione de eadem personts, ipsius domine regine adientes conspectum, nobis et eidem reginali exceilentie exposuerunt et eo modo declararunt, quod, prout ipsi percepissent, nonnulli obllocutores[1] et eorum bono statui diabolica fraude invidentes tacita veritate nostris et ipsius domine regine auribus hys verbis propulsassent: quod terra Karin vocata, in qua iidem nobiles residerent, per quondam ^uanimerium, regem Croatorum, cuidam nobili de genere Lapuch Vunycha nomine, cum quadam filia sua Clauda perpetuo data extitisset et collata; et demum<eodem Vonycha(!) absque heredum solatio ab hac luce decesso, dicta terra Karin iuri regio fuisset et esset devolvenda sicque dictis nobilibus in nihilo actinet[8]. Cum tamen, sicut ipsi nobiles asserebant, ipsi forent et essent ipsius Vonycha veri heredes et successores, ipsamque terram Karin, tamquam ipsorum hereditariam a tempore ipsius Quanimeri regis usque ad hec tempora iusta et legiptima prescripdone precedente, tam vigente pace, quam guerra seuiente, semper paci-

[1] Pisano pogrešno: obllocutiones.

[2] Pisanot actine(n)t.

fice tenuissent et conservassent, nec quispiam regum nostrorum predecessorum ipsos ratione dicte terre jmpetivissent(!) et movissent(l); de quibus- omnibus iuratis assessoribus, universis nobilibus regni Croacie, omnimoda veritatis constaret certitudo. Supplicantes ydem nobiles nostre et reginali maiestati humiliter et deuote, ut de premissis inuestigata ueritate et requi$itione dictorum iuratorum prehabitam dictam terram ipsis de pietate regia de nouo perpetuare et confirmare dignaremur. Et cum nos et eadem genitrix nostra ipsorum nobilium propositis suplicationibus(!) ex- [audi]tis viginti. quatuor iuratos pro exquirendis iuribus regalibus, nec non đuodecim iuratos pro iudicatu et communi iustitia obseruanda in. regno Croacie per nos deputatos super premissis et eorum singulis requisitos habuissemus, idem triginta sex iurati, ad eorum fidem deo debitam et fidelitatem nobis et sacre corone nostre regie tacto vivifice[1] crucis ligno obseruari premissa, pari uoluntate et uoce consona, nemine[1] eorum discrepante, nobis et eidem domine regine retulerunt, quod prefati nobiles de Lapuch ipsius Vnicha(!), cui dominus rex suam familiam; m^trimoniali federe nubendam tradiderat et copulandam, veri heređes forent et šuccessores ex eo, quia dicta terra Karin titulo iuris heređitarii ad ipsos, tamquam ipsius Vnyche(!) posteritates, pertineret; quam terram ipsi nobiles a tempore ipsius (^uanimeri regis hucusque absque ulla litis motione, et regum et baronum impetitione tam tempore pacis, quam guerre pacifice tenuissent et consseruassent(l) et nunc conseruarent. Nos itaque secundum quod nostre magnitudinis requirit et expostulat officium nemini in suo iure derogari, set(!) quemlibet in sua iusticia in^ dempniter potiri et conseruare cupientes, auditis et perceptis prefato-- rum iuratorum ueridicis assertionibus, nec non fidelitatibus et seruitiorum multimodis meritis dictorum nobilium de Lapuch locis et temporibus oportunis nobis per ipsos cum supreme sollicitudinis studio exhibitis et' inpensiš, in memoriam nostre celsitudinis reductis, de beneplacita uoluntate et conniuentia speciali dicte domine regine, matris nostre, prefatanv terram Karin^n][1] uocatam, ac villas et possessiones in eadem scitas(!) et constitutas, salua et excepta possessione Kocligiane (!), super qua inter ipsos et abbatem sancti Grisogoni de 'Jadra litis materia vertitur de presenti, cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis vniuersis de regie liberalitatis clementia et gratia speciali pretactis nobilibus de Lapuch eorumque heredibus et posteritatibus vniuerssis(l) sub mere et sincere nobilitatis titulo perpetuamus et confirmamus presentis priuilegii nostri patrocinio mediante, saluis iuribus alienis. In cuius rei euidens testimonium firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras.*

[1] Obično pisano bez kratice.

priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus uenerabilis in Christo patris domini Nicolay, archiepiscopi Strigoniensis, locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cangellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo sexagessimo, quarto kalendas mensis decembris, regni autem nostri anno decimo nono. Venerabilibus in Christo patribus et dominis, eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Collocensi, Ugolino Spalatensi, Nicolao Jadriensi, archiepiscopis; Ragusiensi sede vacante; Nicolao Agriensi, Demetrio Varadiensi, Dominico Transilvano, Colomano Jauriensi, Dominico electo Chanadiensi confirmatoque; Quinqueecclesiensi et Corbauiensi sedibus vacantibus; Ladiclauo Vesprimiensi, Michaele Vaeiensi, Stephano (Jagrabiensi(i), Petro Bo^nensi, fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Sirimiensi, Johanne Tinienfsi] (!), Bartholomeo Traguririensi(l), Demetrio Nonensi, Stephano Farrensi, Vallentino Machariensi, Matheo Sibinicensi, Miehaele Scardonensi et Porgina[1] Scegniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis dominis Nicolao Chont palatino, Dyonisio voyuoda Transilvano, comite Stjephano] iudice curie nostre, Johanne magistro tavamichorum nostrorum, Leustatio(l) Sclavonie, Nicolao de (Jeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machoyu, banis; Petro pincernarum, Paulo dapiferorum, et Emricho agaxonum nostrorum magistris, ac magistro Kongia [coip.ite][2] Posoniensi; aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Iz izvornog prijepisa kaptola ninskoga od 28. jula 1367. u kr. ngar. drz. arkivu u Budimpesti: M. O. D. L. no. 5010. Stara signat.: N, R: A. fasc. 4&5. no. 17.

Feje'r Cod. dipl. Hung. IX. vol. 3. p. 156.—159. iośe i krnie.

55.

1360, 1. deeembra. U Zadru. (In Jadra),

Stjepan, biskup nitranski, svjedoči, da je posudio biskupu trogirskomu Bartolo?neju 128 dukata zlata, da uzmogne platiti prokuracij'u papinskomu legatu, a namiriti če se za tu svotu iz danih mu po dulniku u zalog sveukupnih dohodaka trogirske biskupije.

Nos Stephanus dei gratia episcopus Nitriensis, sacre pagine magister, officialibus vniuersis et singulis, quos presens tangit negotium et

[1] Mjesto Portiua.
[2] Očito manjka.

auibus commissum est, ad quos presentes deuenerint facimus manifestum, quod ex mera amicitia et puro animo prestauimus centum XXVIII. florenos auri iusti ponderis reuerendo patri domino Bartholomeo, episcopo Traguriensi, occasione solutionis procuracionum domini legati apostolici, <juos in nostra presencia ad requisitionem Johannis de Mino, nuncii dicti legati, tradidit domino Matheo episcopo Sibenicensi, executori ipsius legati, soluendos thesaurariis dicti legati infra mensem. Et dictus episeopus obligauit nobis realiter omnes fructus, reditus et prouentus sui episcopatus pro pecunia supradicta, ita quod dicti reditus, [ad] presens nobis obligati, non poterant (!) alteri, nec domino legato, nec per dominum legatum obligari, ltcet dominus legatus aliud scripserit per malam suggestionem et tacita veritate. Et nunc dicimus et volumus, quod ex dictis reditibus, qui nec vendi nec obligari poterunt in preiudicium nostrum, extrahantur et nobis assignentur ante omnia centum et XXVIII. floreni auri; et omnes residui reditus, qui ad nostram voluntatem fuerunt per litteras regias sequestrati pro nostra tantum pecunia, non pro alia, feddantur dicto domino episcopo Traguriensi, non obstante cuiuscumque domini spiritualis vel temporalis mandato. Item volumus, quod ante omnia primo assignetur episcopo dicto pars pauperum, et ecclesie, pars operaria, et de residuo dictus episcopus persoluat suis creditoribus sicut placet ei; et ex nunc recipiat decimas suas et vinum sine expensis. In quarum testimonium presentes fieri fecimus et nostro sigillo roborari. Anno MCCCLX., indictione XIII., mensis decembris die primo, in Jadra.

Original na pergameni u arkivu kaptola u Trogiru no. 88.
Na listini visi o končanoj uzici ovalni ostećem pečat.
Farlati lll. sacrum. IV. p. 389.
Pavlović Mem. di cose Dalm. p. 21., no. 88.
Fejer Cod. dipl. Hung. Tom. IX. voL 3. p. 172.—173.
Katona Hist. crit. X. 265.-267.

56.

1360, 2. decembra. U Ninu. (None).

Kaptol ninski prepisuje na prošnju Grgura Dragceuich, kao zastupnika gradana Hbeničkik, privilegij kralja Ljudevita od 16. decembra 1358.

Nos capitulum vniuersum Nonensis ecclesie catedralis sancti Asselli omnibus et singulis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis, seu eciam audituris salutem in omnium

saluatore. Ad vniuersorum noticiam et perpetuam rei rnemoriam harum -serie volumus peruenire ac manifestum facimus et confitemur, quod accedens ad noštram presenciam nobilis vir Gregorius Dragceuich de Scibin[ico](!) presentauit et monstrauit nobis quoddam priuilegium regale vice nomine[1] sui, ac omnium nobilium et comunitatis Scibinpci], munitum quadam bula(!) regali magna de cera alba cum cordula serici rubei •et albi coloris; ab vno latere cuius bulle sculpta est ymago regia sedens super regali cathedra et tenens in manu destra(l) septrum(!) regale et in manu sinistra pomum vnum rotundum cruce parua superapposita; et circumcircha(!) predictam bullam est vnus circulus Hterarum(l) huius continencie: »Lodouicus dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie«; et ab [altero] Jatere dicte bulle est sculptus clipeus cum vna cruce duplici in medio et suptus(!) podem(!) crucis est quidam monticulus et circumcircha dictum latus est vnus circulus litterarum huius continencie : »Cumanie Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris ac montis sancti Angeli dominus«, petens instanter, humiliter et deuote vice et nomine sui et omnium et singulorum nobilium et ciuium dicte ciuitatis et vniuersitatis Scibin[ici], quatenus dignaremur ipsum facere solempniter exemplari et nostro sigillo solito confirmari, ut in talibus consimilibus moris est, eo quod propter viarum discrimina intendit pro se et nominibus, quibus supra, quod autentichum dilligenter(l) conseruetur, et quod vtetur et fruetur exempio. Cuius quidetn priuilegii tenor per omnia dignoscitur esse talis: *(Slijedi listina kralja Lpiđevita oa 16, aecembra 1B58.J.* Quapropter nos capituium supradictum ob dictam causam in vnum, ad insimul et pariter congregati iustis peticionibus et condignis eiusdem nobilis viri Gregorii nominibus, quibus ut supra, humiliter et fauorabiliter inclinati, vt ex nostro in talibus debemus et tenemur officio, predictum exemplum sumptum ex originali et autentico supradicto non abraso, non canzelato(!), nec in alliqua(!) parte sui penitus viciato, dilligenter et fideliter fecimus copiari et exemplari, bona fide et sine fraude, nullum quod in eodem adiunctum uel minutum est, quod mutet sentenciam uel sensum, aut variet intellectum, nisi forte punctum uel sillabam per errorem, postea dilligenter, fideliter et solempniter de verbo ad uerbum abstubtauimus[2] et fecimus abstubtari* ; et quia vtrumque fuit inuentum per ordinem concordari, ut eidem exemplo adhybeatur de cetero plena et indubitata fides. In testimonium omnium premissorum et robur perpetue firmitatis predictum exemplum in formam

[1] Nema et.
[2] Mjesto auscultauimus.

priuillegii(l) reductum sigillo(')[1] pendenti(l)[1] solito(!)[1] nostri capituli fecimus munimine confirrnari. Actum et datum None, in dicta nostra catedrali ecclesia sancti Asselli, sub anno natiuitatis domini millesimo trecentesimo sexagesimo, indic[cione] tercia decima, die secundo mensis decembris, tempore sanctissimi in Christo patris et domini Innocentii pape sexti, pontificatus eiusdem anno octauo. Et de predictis sunt confecti(l) duo exempla seu copie priuilegiorum vnius conformine (!) et tenoris ad cautelam, sub dicto nostro sigillo in eodem die, millesimo et mense, ut supra.

Original na pergameni (dugoljastoj) u knji&nici narodnog muzeja u Budimpešti a, 1360. (bizJŠa zbtrka Jankovićeva).

Na listini visi svilena vrvca rttžičaste boje; pečata više nema.

Fejer Cođ. dipl. Iltmg. IX. 7'., p. 486. priopćio regest.

57.

1360. 6. đecembra. U Kpiževcima (Crisii).

Ljudevit kralj' ugarski i hrvatski određuje na prošnju Pavla Pither, izaslanika biskupskog i kaptolskog, kako se ima namirivati desetina crkvi zagrebačkoj' u pojedinim slučajevima, te pod prij'etnjom strogih kazni nalaie točno plačanje iste.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis bano tocius Sclauonie nunc et pro tempore constituto, vel vices eiusdem gerentibus, nec non castellanis suis et officialibus eorundem, ac popuiis et hospitibus ad eosdem spectantibus, item vniuersis nobilibus, ac ciuibus quarumlibet ciuitatum, ac liberarum villarum, nec non aliis cunctis regnicolis nostris cuiuscunque status, dignitatis uel preheminencie hominibus in dvocesi episcopatus Zagrabiensis ecclesie, speclialiter in Zaguria constitutis et existentibus, salutem et graciam. Discretus vir magister Paulus dictus Pither, canonicus et procurator ecclesie Zagrabiensis, ad nostram veniens presenciam domini episcopi et capituli Zagrabiensis in personis exhibuit nobis quasdam litteras nostras priuilegiales, quamplures litteras, nostram videlicet patentem, item domini Karoli regis gemtoris, domini Stephani ducis fratris, nostrorum karissimorum, nec non Mikch et Nicolai, banorum, in facto moderacionis, solucionis et dacionis decimarum ecclesie Zagrabiensis faciende confectas ~ confirmantes, in auarum tenoribus inter

[a] Podbrisano istom tintom; kao i mnoga ina znatnija mjesta u gore transumiranim listinama.

cetera solucionem decimarum predicte ecclesie Zagrabiensis debendam- isto modo institutam et ordinatam extitisse comperimus euidenter, quod videlicet de singulis capeciis frumenti, siliginis, ordei, auene, milii et alterius milii borkules dicti ac surgonis(l) annis singulis vsque festum beati Martini confessoris persolui debeant sex denarii bont banales, quorum singuli valeant duodetim parwulos(!) bagatinos; et pro singulis cubulis vini-decimalibus denarii iidem, prout vinum in nouo in villis maioribus communiter valet. Quicunque autem ipsam solucionem vsque dictum festum non faceret ut predicitur, tunc quamlibet capeciam et cubulum vini cum augmento duorum denariorum soluere teneantur(l), cum extunc bladum et vinum maioris efficiantur valoris, experiencia hoc probante. Decime autem porcorum annualium et infra, qui scilicet alias decimati non fue^ runt, in specie uel cum denariis, secundum quod tempore dicacionis valet, persoluantur. De troncis(!) vero apum et de agnis singulos denarios* vel decimum, vbi tot fuerint; et de edis medium denarium uel eodem modo decimam, sicut fuit et est alias consuetum. Ille autem, qui nichil in messe habuit, duobus denariis fumalibus tantummodo teneatur; et de aliis rebus predictis, si quas habet, decimas plene persoluat; hoc saluot quod in villis liberis maioribus, vbi hoc decimatoribus videretur, omnes res decimales, videlicet vinum in cellariis et bladum in orreis(!) in specie persoluantur. Quibus quidem litteris priuilegialibus nostris nobis exhibitis continenciisque earundem perlectis prefatus magister Paulus dictus Pither querulose curauit significare nostre maiestati, quod vos in solucionibus ipsarum vestrarum decimarum verarum et iustarum, que patrimonium est Christi, dicte ecclesie faciendis essetis nimis contumaces, nec easdem exsoluere et per uestros exsolui facere curaretis in salutis animarum vestrarum detrimentum. Vnde eum nos dictam ecclesiam Zagrabiensem in suis iuribus decimalibus eius ministris amministrandis secundumque in prefatis litteris nostris priuilegialibus confirmatiuis plenius continetur velimus illesam conseruare et facere conseruari, fidelitati vestre firmissime precipimus et districte, auatenus decimas vestras de vestris tenutis et ad vos pertinentibus, ac de vobis et iobagionibus vestris vere et iuste prouenire infallibiliter debentes secundum taxacionem et moderacionem premissam integraliter et perfecte persoluatis et persolui faciatis episcopo et capitulo prenotatis, aliud sub pena nostre grauissime indignacionis facere non ausuri, alioquin super vos et vestrum quemlibet in solucionibus dictarum decimarum, modo quo supra debendis, contrarie resultantem et rebellantem cum grauamine non modico atque dampno ipsas decimas adeo potenter faciemus extorqueri, quod de sua contumacia et

peruersitate non videntur commodum reportare, Datum Crisii, in festo beati Nicolai confessoris, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo,

Original na perg. u arkivu nadbiskupije zagrebaČke: Decimalia 3/5. Na krptu bijaše pritisnut crveni pecat, pod kojim se Čita: Relacio -magistri Ladislai phisici verbo regis facta magistro N^ prothonotario regis.

58.

1360. 14. decembra. U Mlecima (Veneciis).

Petar sin Radoslavov obvezuje se platiti posućtenu svotu Iliji simt Ivanavu (Helius Juani),

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem miliesimo tre--centesimo sexagesimo, indictione tercia decima, die lune, quatuordecimo mensis decembris . . . . Veneciis tn [contrata] sancti Bassi, stando de medio vbi scribe morantur, pressentibus(l) Dobrauiz condam P. . . . de Spalato dicti . . . . arco et Johanne condam Damiani de Jadra, dicto de sancto Marco . . . . bus testibus ad hec uocatis et rogatis. Ibique Petrus condam Radosclaui de Char^olafl) . . . . . . sancto Marco fuit ^confessus [et] contentus se teneri et debere dare et soluere ser Helye Juani de Jadra, habitatori Venecie, contrata sancti Vitalis Michaelis Gra-donico, libras viginti duas denariorum Venecie paruorum nominatim, quia dictus ser Helyas eas soluit pro dicto Petro ad cameram arma-menti comunis Venecie, tanquam eius plegius pro stillo, quod fecit dictus Petrus de soldo comunis acepto(!) per ipsum Petrum ad lignum •custode Culfi, videlicet ad lignum uocatum la Grita in . . . . armato ligno, quorum dominus Dominicus Michael fuit capitaneus, nunc sunt duo anni proxime preteriti. Promittens dictus Petrus debitor per se et suos heredes se soleniter(l) obligando dicto ser Helye presenti, et pro se suis-que heredib\is stipulanti, dare et soiuere integraliter eidem ser Helye uel suis heredibus, aut suo certo nuncio dictas libras viginti duas denariorum Venecie paruorum amodo vsque ad festum sancti Petri mensis iunii proxime venturum, sub pena quarti stipulatione promissa et refectione omnium expensarum, dampnorum et interesse litis, et extra; et sub obli--gatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum, que se . . . . incurerent nomine con . . . procur . . . pondere; et pena soluta ueJ non, niehilominus attendere teneatur, et presens carta in sua perma-neat firmitate. Obligans se dictus Petrus debitor, pro supradictis omnibus et singulis melius actendendis(l) ad conueniendum vbique realiter et per-

sonaliter et se ad seruandum et detinendum et personam suam ad carcerem, ac de suis bonis intromittendis et tenutis accipiendis 'semel et pluries et se constituit obseruaturum, solueturum(I) et posse. . . . . Veneciis, Padue. . . . . et Sclauonie et generaliter ubique logorum(!) ratione, priuillegio(t). . . . . . .statuto, consuetudine et ordinibus . . . omnique loci communis et fori factis et faciendis vbicumque, omnique alii suo iuri.

(Signum not.)

Ego Phylippus filius condam domini Guilelmi, notarius de Axensilico. . . . . .publicus, imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus presens. . . . . .publicaui, signaui.

Millesimo trecentesimo LXL, indictione X1III, die XVIII!. madii,. recomandatum fuit hoc instrumentum ad cameram dominorum aduocatorum comunis per Facium(!) condam ser Jacopini, notarium curie maioris.

4

Original na pergam. u gubemif. arkivu u Zađru, odio samosianat. sv, Krševana kaps. XV no. 312.*

59.

1360, 17. decembra. U Zadru. (Jadre).

Budislav sin Jurislava Velctigh iz Bribira prima od Marine abatise samostana sv. Nikole miraz svoje iene Tomazine (nečakinje abatisine) uz razne uvjete, a naročito, da če njegova žena dobitt] za: slučaj da prezivi svog muia, iz njegove ostavme 6oo libra.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis etusdem millesimo trecentesimo sexagesimo, indicione quarta decima, die decimo septimo mensis decembris, Jadre; regnante serenissimo principe domino nostro domino Lodouico dei gratia rege Hungarie ; temporeque reuerendi patris[1] domini Nicolay de £eech regnorum Dalmacie et Crohacie bani generalis et comitis ciuitatis Jadre. Budisclauus filius condam Jurislaui Velctigh de Berberio fuit confessus et contentus habuisse et recepisse, ac sibi integre datas, numeratas et traditas fore a religiosa et honesta domina sorore Marina, abbatissa monasterii sancti Nicolay monialium de Jadra, dante et soluente dotis nomine et pro dote et repromissa domine Thomaxine(!), neptis sue, filie condam Mathei Andree de Georgio, sponse et uxoris ipsius Budislaui(!) inter denarios, aurum, argentum, drapos, vestimenta et alias res mobiles extimatas libras quingentas viginti denariorum

[1] Očito bi imalo slijediti ime nadbiskupa, ali je pisar to ispustio.

paruorurn fnonete nunc currentis in ciuitate Jadre; excepcioni nbn solute, non numerate atque tradite quantitatis peccunie(l) et rerum mobiliurri siue dotis omnino renuncians. Nec non promictens(!) per se et eius heredes et successores predicte domine sorori Marine abbatise pro se et suis successoribus stippulanti(l) soluere, dare ac restituere eidem, aut ipsi domine Thomaxine uel suis heredibus aut successoribus, siue cui uel quibus ius et casus dederit ipsas libras quingentas viginti paruorum in omnern euentum restituende dotis; hoc tamen pacto et condicione inter ipsam dominam abbatissam nomine dicte domine Thomaxine, neptis sue, seu ipsam dominam Thomaxinam et inter ipsum Budislauum apposita concorditer inter eos, videlicet, quod si contingerit predictam dominam Thomaxinam decedere sine heredibus legiptimis comunibus procreandis ex ipso Budislauo intestatam, tunc et eo casu dictus Budisiauus dare, soluere et restituere teneatur predicte domine sorori Marine abbatisse, uel cui ipsa domina abbatissa duxerit ordinandum, predictas libras quinigentas viginti paruorum; si uero contingerit, quod dictus Budislauus prius moriatur et decedat, anteauam ipsa domina Thomaxina, tunc et eo casu predicta domina Thomaxina ultra dotes suas predictarum librarum quingentarum viginti paruorum habere debeat de bonis dicti viri sui Budislaui libras sexcentas denariorum paruorum. Que ornnia et singula suprascripta promisit dictus Budislauus per se et suos heredes et successores eidem domine sorori Marine abbatisse stippulanti nomine et vice dicte domine Thomaxine et eidem clomine Thomaxine, pro se et suis heredibus et successoribus, attendere et obseruare et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua racione uel causa, de iure uel de facto, sub pena quarti et refectione omnium expensarum, dampnorum et interesse litis, et extra, et obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum; et pena soluta uel non, nichilominus predicta •omnia et singula firma perdurent Actum in ecciesia sancti Nicolay monialium de Jadra, presente ser Daniele de Varicassis, ser Georgio de Soppe et ser Petro Lubauci, ciuibus Jadre, testibus vocatis et rogatis, et aliis.

(Dntgi rukopis).

f Ego Georgius condam Pauli de Georgio, examinator manum missi.

(Signum not.)

Ego Blasius Brocus, publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, predictis omnibus interfui, rogatus scripsi et roboraui.

Original na pergameni u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samo-^stana sv. Nikole no, 217,

60.

1360, 21. decembra. U Zagrebu. (Zagrabie).

Ljudevit kralj ugarskt i hrvatski izriče osudu u farnici samostana sv. Krševana (Grizogoni) de Jadra, zastupanog po svom opatu Ivanu, proti Nasmanu sinu Petra de Karin od plemena Lapuchy radi posjeda Kokiana, nakon provedenog dokaznog postupka u Zadru pred kraljicom Elizabetom, — kojom prijepomi posjed dosuduje rečenom samostanu, a tuzenom nalaže u toj stvari vječnu šutnju.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod cum nos, qui ex persumpti nostri regiminis officio circha(!) subditorum nostrorum incomoda et scandalla(l) remouenda solerti dilligencia(!) inuigilare debemus, inclitam principissam dominam Elizabeth, eadem gracia reginam Hungarie, genitricem nostram karissimam, cum quibusdam certis nostris prelatis et baronibus pro reformatione status regnorum Dalmacie et Croachie(f) iure et ordine geniture nobis debitorum ac vnicuique querelanti iuxta causarum suarum merita pro iusticia exibenda(l) plena nostra auctoritate destinassemus, tandem eadem genetrix(!) nostra simul cum eisdem prelatis et baronibus regni nostri et sana et incolumis ad nos deo duce reuersa inter cetera nostre deferit maiestati, quod eadem nostra genitrice ipsisque prelatis et baronibus nostris Jadre, tercio die sancti Grixogoni martiris, querimonias atque causas diuersorum querelantium iuris tramite obseruato discucientibus, vir religiossus (!) frater Johannes, ordinis sancti Benedicti, abbas monasterii sancti Grixogoni de Jadra, ex aliorum causidicorum medio exurgendo contra Nasman filium Petri de Karin de generatione Lapuch nobillem(!) proposuisset, quod dictus Nasman quandam possessionem sui dicti monasterii Kokianam vocatam, omni iuris titullo (!) ad dictum suum monasterium pertinentem, indebite teneret occupatam ; cuius occupationis rationem scire uelet ab eodem. Qui quidem Nasman, licet Jadre diuersis disimulacionum(!) cautellis et subterfugiis adinuentis pro tunc ad premissa responsurus in ipsorum presencia venire renuerit, tamen demum ipsa genitrice nostra in Zagrabiam de partibus Dalmacie reddeunte et eodem abbate suam premissam actionem de ipsa possessione Kokine (l) replicante, dictus Nasman ad suam causam specialiter vocatus et personaliter astans ad obiecta ipsius domini abbatis respondisset, quod pretacta possessio Kokiane, quam dictus dominus abbas nomine iuris sui monasterii ab

ipso requireret, sua esset hereditaria et eam a trecentis annis citra posedisset(!) et in eius dominio pacifice et quiete perstetisset (!), prout iuratis nobilibus regni Croacie uerttas exinde constaret euidenter. Quo audito idem dominus abbas quedam duo publica instrumenta, vnum in anno domini millesimo ducentesimo tricessimo octauo, mensis marcii die XV^0 intrante, indicione tricesima[1], temporibus domini Jacobi Teupoli ducis Venecie, et aliud anno incarnacionis domini millesimo ducentesimo vicessimo nono, mensis iunii die tercio decimo exeunte, indicione XII., Jadre[9], tempore dicti ducis Venecie confecta, ac quedam duo priuilegia domini videlicet olim excelentis principis domini Belle regis Hungarie, progenitoris nostri karissimi(!) recolende memorie, in anno domini millesimo CC° XL° tercio[3], aliud uero condarn Mauri ipsius(!) domini Bellei (!) regis gracia comitis Jadre in anno domini M°C° octuagesimo primo, mensis februarii, indicione XV., Jadre[4], re~gnante eodem(!) domino Bella rege edita et confecta. In quorum quidem instrumentorum publicorum vnius tenore primo contineri inter cetera reperuissent, quod Stancho filius Petri Lapchany pretactam possessionem Kokiane a Dragus filio Prodasii Vtolenich, tunc illicito ipsius conseruatore, nomine sui iuris hereditarii per iuridicam sentenciam dicti Mauri comitis Jadre reoptinuisset. Ipsoque Stanchp decesso Jurislauus filius suus pretactam possessionem dicto monasterio sancti Grixogoni pro sue salutis et dicti sui patris anime remedio legasset et reliquisset. In secundo uero instrumenti publici tenore uidissent contineri, quod dum iupanus Martinus de Karino contra dictum de Torrentem, ipsius monasterii abbatem, in facto dicte possessionis Kokiane in presencia Johannis Michaelis, comitis Jadrensis, iitis materiam suscitasset et titulio(i) sui iuris hereditarii eandem possessionem reaauirere ab eodem uoluisset, dictus Johannes, comes Jadrensis, cum suis iudicibus secum pro tribunali consedentibus pretactam possessionem tam per testamentalis productionis, quam per iuramentalis impositionis formam de iure ad dictum monasterium pertinere cognouissent, ipsam eidem de Torenti(!) abbati et suo monasterio predicto adiudicassent perpetuo possidendam. In priuilegiali

[1] Ova je listina priopćena u ovom kodeksu sv. IV. no. 71. pod g. 1239. 15. marta, Iz same ove listine razabira se iz indikcije (za g. 1239. je indikcija XII., a ta je u toj listini naznačena) i onda iz datuma u njoj priopćenih drugih listina da je o«a sastavljena g, 1239. Gore je i godina i indikcija loše citovana.

[2] Ova Hstina ne potiče iz g. 1229., nego iz g. 1239$_{M}$ te je priopćena u ovom kodeksu sv. IV. no. 77. Indikcija XII. također ne odgovara g. 1229., nego 1239.

[a] Odnosi se jamačno na listinu kralja Bele iz g. 1242. (V. Cod. IV. no. 148.),

[4] V. Hstinu u Cod. II. 148. U listini je datirano „1181.", ali je obzirom na XV. indikciju, koja odgovara g. 1182,, jasno, da imamo ovdje slučaj stila annunciacionis, i da listina spada u g. 1182.

autem littera domini Mauri comitis conspexissent et iauenissent, quod Dragus filius Prodani Vtolenik ab vna, et dicto Stanche(!) filio Petri Lapchani parte ab altera de eadem villa Kokiane placitantibus et Iitem in dicti comitis presenciam suscitantibus, dictus comes Maurus auditis dictarum parcium propositionibus et allegationibus et uisis earum iuribus eandem possessionem dicto Stanche, patri videliceHpsius Jurislaui, adiudicasset et per Gradislauum suum pristaldum in ipsius ville possessionem ipsum fecisset introduci, tribuens eidem Stanche auctoritate dicti domini Belle regis ipsam habendi, tenendi, vendendi, commitendi pro anima sua, iudicandi et alio quouis modo de eadem faciendi plenam facultatem nemine contradictore existente. In priuilegio uero dicti domini Belle regts fide uidissent exprimi oculata, quod idem dominus Bella rex, tamquam sue salutis prouissor (!) prospicuus, preailegatam possessionem Kokiane cum vineis et aliis suis vtilitatibus inter ceteras dicti monasterii. possessiones, eo quod dictum abbatem de Torentem et conuentum monasterii sancti Grixogoni in pacifica possessione earundem persistere reperiat, dicto monasterio perpetuo confirmasset. Adhuc idem dominus Johannes abbas in sui iuris fauorem ostensione quoddam aliud instrumentum publicum in anno M° ducentesimo XXX⁰ octauo, mensis maii die octauo intrante, indicione vndecima[3], tempore similiter dicti Jacobi ducis Venecie per manum magistri Georgii, Jadrensis notarii publici, confectum ipsi presentasset; in quo expresse repertum extitisset, quod Georgius Lapchanus de Karino in notarii publici ac testium fidedignorum presencia fuisset atestatus, quod post destructionem vrbis Jadre condam Jacobus pater suus dictam villam Kokiane cum suis pertinenciis tenuisset et possedisset ac eius vtilitates percepisset; sed cum Gregorius, Ricola et Vgnycha patrui, Borislauus et Radoslauus consanguinei sui partem seu porcionem de ipsa vila ipsis dari petiuissent, idem Jacobus eis responderat, quod ipsa vila Kokiane et sue vinee nec ad ipsum Jacobum, nec ad eosdem patruos et consanguineos pertineret, nec esset eorum patrimonium hereditarium, sed [ad] monasterium sancti Grixogoni omni iure atinetur; sed quia illud monasterium tempore guere tante potencie non existeret, ut eandem possidere valeret, ob hoc, cum volente domino potenciam obtineret retinendi ipsam, monasterio predicto remitteret pleno iure. Post mortem uero dicti Jacobi Martinus iupanus prefato Georgio, fratri suo, eodem modo partem de ipsa possessione petenti sic, prout superius est expressum, affirmasset: dictam possessionem Kokiane nemini alteri, nisi dicto monasterio iusto iuris titulo pertinere. Item in quodam alio instrumento publico in anno domini M° ducente-

[1] V. Codex IV. no. 52.

simo XXX⁰ octauo confecto[1] manifeste uidissent et inuenissent contineri, quod venerabilis pater dominus Jordanus, Arbensis episcopus, ac Rugerius Maurici egregii comitis et Grixogonus, abbas monasterii sancti Petri de Arbo, in deo et in ipsorum anime salute ac in ea ueritate, que Christus est, fuissent atestati, quod condam Vincencium, abbatem sancti Grixogoni, in dominio seu pacifica possessione dicte ville Kokiane extitisse et eam absque omni litis mencione posedisse (!) fide uidissent oculata. Quorum quidem instrumentorum exhibicionibus factis idem frater Johannes abbas per eandem matrem nostram karissimam ac dictos prelatos et barones regni nostri ex parte dicti Nasmani super facto dicte ville Kokiane iudicium et iusticiam cum instancia humili et deuota sibi impartiri postulasset Curri itaque eadem genitrix nostra presentibus eisdem prelatis et baronibus nostris ibidem Jadre existentibus viginti duos iuratos pro exequendis iuribus nostris regalibus in regno Croacie per nos deputatos, quorum asertiue(l) atestationi dictus Nasman in causa premissa se sponte submisserat(l) in eo, vtrum dicta possessio Kokiane ipsius (!) Nasmano hereditario iure debeat pertinere, nec ne, requisitos habuisset, pretacti iurati assesores(!) et regni Croacie nobiles, ad eorum fidem et fidelitatem deo et sacre corone nostre regie ac nobis debitam, asseruissent et voce consona atestati extitissent: quod idem Nasman in prefata villa Kokiane nuncupatam (!) nullam penitus nobilitatem uel hereditatem habuisset, nec haberet, nec eadem uila sua esset hereditaria; sed bene verum foret, quod idem Nasman in Lapuch nobiiis esset et fuisset ab antico(l). Denique, licet ipsa causa perper(!) repentinum et festinum recessum ipsius domine regine matris nostre de Jadra factum ibidem finem consequi nequierit effectum, sed nostre discusionif!) et deliberationi fuerit prorogata, tamen nobis Zagrabie personaliter existentibus et partibus predictis coram nobis et eadem genitrice nostra, ac eisdem baronibus nostris personaliter comparentibus, dictus Johannes abbas suam premissam actionem contra eundem Nasman replicando et dicta instrumenta et priuilegia monasterii sui in specie exhibendo vocibus querulosis iusticiam sibi impendi a nobis pecierat humiliter et deuote. Nos itaque volentes iusto iuris tramite in dicta causa procedere et vnicuique reddere quod suum est, attendentes potissime et supreme cauentes, ne ea, que in patrimonium Christi crucifixi salubriter disposita existunt et dedicata, in vsus conuerterentur seculares, pro eo, quia idem Nasman hoc, quod dicta possessio Kokiane sua sit hereditaria et iusti hereditarii iuris titullo ad ipsum pertinere debeat, nec ex dictorum iuratorum asercionibus, nec aliis euidentibus documentis et causis racionabilibus po-

[1] V. Codex IV. no. 49.

terat comprobare. sed solummodo verbali prolacione suam esse affirmabat hereditariam; dictusque abbas ex prealegatorum instrumentorum efficacissimorum robore racionabiliter eandem possessionem ad ipsum monasterium suum de iure pertinere manifeste ostendit et declarauit. maiorque fides literalibus(l) instrumentis, quam verbalibus atestationibus sit adhibenda, ideo nos vna cum eadem domina regina genitrice nostra, ac prelatis et regni nostri baronibus pretactam possessionem Kokiane cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis dicto monasterio sancti Grixogoni et eius abbati ac conuentui adiudicamus et per presentem nostram sentenciam diffinitiuam restituimus, reintegramus et regia iudiciaria auctoritate perpetuamus iure proprio possidendam et habendam; pretacto autem Nasmano eiusque posteris perpetuum scilencium(!) imponimus in hac parte. Datum Zagrabie, feria secunda proxima ante festum natiuitatis domini, anno eiusdem millesimo CCC° sexagesimo,

Iz listine notara zadarskog od 16. februara 1861.
Original na perg. u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Krševana kaps. XIV. no. 179,

61.

1360, 25. deeembra,

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski oslohacta temeljem privilegija kralja Andrije od godine 1211, na molbu opata Guillerma samostan de Toplica glede njegovih posjeda, njegovih stanovnika i njegovih podanika od plaćanja kunovine i desetine krmaka,

Lodouicus dei gracia Hungarie rex etc. omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium saluatore. Dvadematis exuberans inflammata deuocio eo saluti sue prospicit vtilis, quo alius pro genitoribus piis et religiosis locis pie collata propensius studuerit conseruare et limpidius defensare. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod vir religiosus frater Guillermus, abbas monasterii beate virginis de Toplica, ad nostram(!) celsitudinis accedendo presenciam sua querulosa significacione nostre declarauit maiestati, quod licet dictum monasterium suum ac vniuerse possessiones et iobagiones eiusdem iuxta priuilegiatam suam libertatem a solucione marturinarum et decimarum porcorum ab olym absolute forent exempti, tamen banus noster modernus ipsas marturinas *et* decimas porcorum a suis predictis possessionibus et iobaionibus (!)

animo sine conpassiuo extorqueret. Ibidemque et in instanti exhibuit nobis priuilegium quodam excellentis et magnifici principis domini primi(!) Andree regis Hungarie, progenitoris nostri karissimi, in anno domini millesimo ducentešimo vndecimo emanatum, in quo inter cetera conpendiosius reperimus contineri, quod idem dominus Andreas rex, dicti monasterii constructor et fundator magnificus, omnes possessiones, populos et iobagiones monasterii predicti a solucionibus marturinarum et decimarum porcorum perpetue exemisset et easdem ipsi monasterio et per consequens eidem abbati et vsui fratrum in eodem deo famulancium perpetuo commisisset percipiendas. Supplicans idem dominus abbas exinde nostre maiestati precibus humillimis et deuotis, ut predictum suum monasterium suasaue possessiones et iura in suis libertatibus, inmunitatibus et graciarum prerogatiuis dignaremur conseruare. Nos itaque, cuius cordi diuine maiestatis reuerencia vehementer insidet et ad eius nominis cultum mentis nostre acies sedule occupatur, credentes ante oculos misericordie ipsius tanta maiora miseracionis dona percipere, quanto seruitores eiusdem debiti officii munus salutiferum studuerimus inpartiri, ob spem potissime et deuocionem nostram, quam ad ipsam intemeratam virginem, matrem domini gloriosam, in cuius nomine benedicto dictum monasterium opere mirifico constructum existit et fundatum, gerimus et habemus specialem, cuiusque precum suffragiis deuotorum nedum in terris, verum eciam confoueri speramus patria in celesti. Huiusmodi itaque ducti contemplacione predictum monasterium et cunctas suas possessiones, populos, incolas et iobagiones eiusdem a solucione et exaccione marturinarum et decimarum porcorum eximentes et abstrahentes, easdem marturinas et decimas porcorum ab ipsis prouenientes ex gracia speciali et de regie libertatis affluencia, que secundum sue nobilitatis exigenciam cunctis solet clarefacere, muneribus donatiuis perpetue duximus relaxandas, manđantes et regio sub edicto ex nunc committentes, vt nec banus noster modernus, nec eius successores pro tempore constitutus(!), dictum monasterium suasque possessiones et iobagiones ad solucionem dictarum marturinarum et decimarum porcorum quauis temeritatis arte uel ingenio audeat uel presumat coartare(!) temporibus successiuis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras priuilegiales pendentis et autentici šigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri; anno domini MCCCLX^{0}., octauo kalendas ianuarii, regni autem nostri anno deeimo nono. Venerabilibus in Christo patribus et dominis, eodem Nycolao(!) Strigoniensi, Thoma Colocensi, Wgulino Spalatensi, Nycolao

Jadrensi, archiepiscopis; Ragusiensi sede vacante; Nycolao Agriensi, Demetrio Waradiensi, Dominico Transiluanensi, Colomano Jauriensi, Dominico electo Chanadiensi confirmato, Ladislao Vesprimiensi, Stephano Zagrabiensi, Mychaele Vachiensi, Petro Bohnensi(I); fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Sirmiensi[1], Johanne Tynniensi, Bartholomeo Traguriensi, Demetrio Nonensi, Stephano Farensi, Valentino Macarensi, Matheo Sibinicensi, Mychaele Scardonensi, Portiua Seniensi, ecclesiarum episcopis ecclestas dei feliciter gubernantibus; Quinqueecclesiensi et Corbauiensi sedibus vacantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dvonisio woyuoda Transilvano, comite Stephano, iudice curie nostre, Johanne magistro tawarnicorum nostrorum; Leustachio Sclauonie, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machow, banis; Petro Zvder pincernarum, Paulo de Liska dapiferorum et Emerico agazonum nostrorum magistris, ac magistro Bonya(!) comite Posoniensi; aliisque quampluribus comitatus nostri tenentibus regni et honores.

Lisiina je potvrđena novim pecatoni 29, maja 1365. Uvod ove potvrde jest jednak ostalim, dočim se konac razlikuje, te glasi:

. . . . Inter que presens priuilegium nostfum omni suspicione destitutum et omnia superius in eo contenta et expressa pro iam dicto monasterio de Toplica eiusque abbatibus et conuentui dicti sigilii nostri noui, duplicis et autentici appensione innouamus et perpetue confirmamus. Datum per manus eiusdem domini Nycolai archiepiscopi Strigoniensis, cancellarii nostri, anno domini MCCCLX° quinto, quarto kalendas iunii, regni autem nostri anno vicesimo quarto.

Iz kodeksa: Priuilegia monasterii beate virginis Marie de Tophca MO. 6,

Kodeks se nalazi u arkivu nadbiskupije u Zagrebu. I. B. XI. 15,

[4] Pisano: Sminiensi.

62

1360, 28. decembra

*Ljudevit kralj ugarski i hrvatski izriČe osudu u ftarnici Ivana i Lacka (Lachkoiv), sinova Touordie, i Tvrdka (Tuerco) sina Dure Grubig, kao tuiitelja, firoti Ivanu, sinu žuftana Neleftuch, iuftanu de Orbaz et de Zana, kao tulenome, na ftriznanje ftlemstva dvanaest hrvatskih ftlemena i prava vlasnistva na baštinsku zemlju u Ceiini, kojom, nakon ftrovedenih dokaza ftred kraljicom Elizahetom u Zadru, odbija tuzitelje sa njihovom tužbom i nalaže im vječnu šutnju**

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacte, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fldelibus presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium saluatore. Ea que in conspectu principum iuris tramite deciduntur, litterarum testimonio solent perhempnari; id namque inconcussum permanet, quod regio fuerit patrocinio communitum. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum nos spiritus sancti gracia suggerente, que ad bonum suadere(!) vnumquemque, serenissimam principissam dominam EIyzabet, eadem gracia reginam Hungarie, matrem nostram karissimam, cum quibusdam certis regni nostri prelatis et baronibus pro reformacione status regnorum Dalmacie et Croacie, nec non iurium nostrorum regalium extirpacione(!), ac cuilibet querulanti pro exhibenda iušticia ad partes Dalmacie, specialiter in ciuitatem Jadrensetn destinassemus, demum eadem mater nostra vna [cum] eisdem prelatis et baronibus regni nostri sospes acque sana deo duce ad nos reuersa^ nobis inter cetera retulerat eo modo, quođ dum ipsa et iidem prelati ac barones nostri in dicta ciuitate Jadrensi die festi sancti Grisogoni in sede tribunali consedentes causales processus quoramlibet litigancium in statera equitatis dimeari(!) et sine debito terminari inchoassent, Iwan et Lachkow filii Touordia et Tuerko filius Georgii Grubig de medio aliorum causidicorum exurgendo contra virum strennuum comitem Iwan filium condam comitis Nelepuch, comitatuum de Orbaz et de Zana honorem tenentem et personaliter adherentem, graui cum querela proposuisset(l) isto modo: quod ipsi in districtu de Chetyne ab auo et prothauo semper nobiles et omni eo nobilitatis titulo, quo nobiles duodecim generacionum regni Croacie potirentur, vsi semper extitissent et hereditatem in dicto districtu Chetyne habuissent et habere deberent..

Sed idem comes Iwan ipsos indebite et minus iuste exclusisset et erecisset de eadem; nuncque ipsi per factum ipsius comitis Ivvan eorum iuribus sic indebite spoliati ad extreme paupertatis inopiam deuenissent et sub tectis iam latitarent alienis. Quo audito dictus comes Iwan *resr* pondebat ex aduerso, vt iidem Iwan et Lochkow(!) et Tuerko nunauam in dicta Chetyne nobilitatem seu aliquam hereditatem habuissent, nec haberent, nullaque pars seu porcio de eadem Chetyne ad ipsos pertinuisset vel pertineret, nec ipse eosdem eiecisset et excludisset de eadem: dictum vero districtum Chetyne cum omnibus suis pertinenciis a nostra regia collacione et nostre prouisionis dono racionabiliter conseruasset et nunc eonseruaret vigore priuilegialis littere nostre mediante; et ad ea corroborandum, vt dictus districtus Chetyne semper de iure et legitime regie collacioni pertinuerit nosque ipsum tanquam possessionem nostre collacioni pertinentem et nulli alteri debentem sibi iusto iuris tituio conferre valuissemus, ibidem et instanti quoddam priuilegium olim excellentis principis domini Andree, regis Hungarie, atthaui nostri karissimi felicis recordacionis, in anno domini M°.CC°.X°. confectum et emanatum exhibuisset, in quo inter alia expresse reperissent contineri, quod idem dominus Andreas rex pro multiplicium et diuersorum seruiciorum preclaris meritis quondam Domaldy, comitis de Scibinik, filii Saracheni, quandam terram nomine Chetyna et Tryl cum omnibus suis pertinenciis eidem comiti Domaldo et suis heredibus perpetuo dedisset et donasset et eundem in ipsius terre possessionem seu dominium per Wlricum Teutonicum et Scelouignam, prestaldos(l) suos, fecisset introduci. In quorum contrarium prelibati Iwan, Lachkow et Tuerko aliegassent, quod quamquam ipsi alia priuilegia et litteras eiusdem domini Andree regis in facto dicte Chetene(l), tales, que pretactum priuilegium per ipsum comitem Iwan exhibitum reuocassent et inualidassent, habuerint, tamen idem comes Iwan eos captiuando ipsa priuilegia et litteras manu violenta ab eisdem abstulisset; et hoc conscienciose attestacioni solummodo sex iuratorum per ipsos nominandorum submitterent incunctanter. Ad que idem comes Iwan in contrarium obiecisset, quod licet ipse prefatos Iwan, Lackow et Tuerko pro ipsorum census non solucion^ et seruicii obmissione dudum detinuerit et captiuauerit, tamen nulla instrumenta et priuilegia ab ipsis abstulisset, nec aliqua litteralia riiiinimenta ipsos habuisse sqiuisset vel audiuisset; sicque in 'totali premissa accione eorundem innocens esset penitus et inmunis. Et cum eadem genitrix nostra ac dicti prelati et barones nostri parcium predictarum huiusmodi proposicionibus et obiectiuis allegacionibus perceptis et auditis vigintl.duos iuratos pro exequendi$ iuribus nostris reg'alibus in regno Croacie per nos deputatos, quofum assercionibus eedem partes se fina-

liter spontanea eorum obmiserant voluntate in eo, vt qualis ipsis de omnibus premissis et eorum singulis veritatis constaret certitudo eam conscienciose sub prestiti iuramenti forma ipsis indagarent, requisitos habuissent, iidem viginti duo iurati habito prius inter se diligenti scrutinio et tractatu parili voto et voce consona, ipsorum nemine discrepante, ad eorum fiderri deo debitam et fidelitatem sacre corone nostre regie ac nobis obseruandam extitissent attestati, quod iidem Iwan, Lachko (!) et Tuerko, ac eorum predecessores de nobilibus duodecim generacionum regni Croacie ortum et originem non habuissent, nec haberent; sed bene verum foret, vt ipsi et vniuersitas nobilium regni Croacie sepefatos Iwan, Latko(!) et Tuerko in eo loco, quo residenciam fecissent personalem, semper numero et nomine nobilium conseruassent et reputassent; sed quod iidem aliqua priuilegia et instrumenta in facto dicte Chetyne habuerint, vel quod ipse comes Iwan pro ipsis instrumentis ipsos captiuauerit et ab eisdem ipsa abstulerit, nunquam audiuissent et sciuissent, neque scirent Cum itaque dicta causa, propter repentinum ipsius domine regine, matris nostre, recessum de Jadra factum, nostre deliberacioni et discussioni fuisset protelata, nos demum, Zagrabie nobis personaiiter existentibus, vltra premissam iuratorutn attestacionem ex superhabundanti affluencia de parcium maiori iusticia et iure certitudinaliter edoceri et nostrum animum experimentaliter informari cupientes, de consensu eiusdem domine regine, genitricis nostre, prefato comiti Iwan vna cum Gregorio filio Budyzlai, comite Corbauiensi, et Nasman filio Petri de Karyn, nobilibus et iuratis regni Croacie, iuramentum duximus inponendum. Qui quidem comes Iwan ciim dictis duobus suis coniuratoribus super sancta cruce ad sancta dei ewangelia tactoque vivifice crucis ligno in eo, quod ipse prefatos Iwan, Lackow et Tuerko pro dictis eorum instrumentis litteralibus non captiuauerit, nec aliqua priuilegia et instrumenta ab ipsis abstulerit, nec eciam ipsos aliquam nobilitatem et hereditatem in dicta Chetyne et eius pertinenciis habuisse sciuerit neque sciat, corporale prestiterunt sacramentum, prout per nos extiterat adiudicatum. Verum quia tam ex prefatorum viginti duorum iuratorum assercionibus, quam eciam plurimorum nostrorum fidelium certis relatibus. predictum districtum Chetyne rite et legitime ad regias manus fore deuolutum nostreque collacioni de iure pertinere, et ipsi comiti Iwan per nos tanquam ius nostrum regium olim racionabiliter collatum fuisse et es^e cognouimus, ideo vna cum eadem domina regina, matre nostra, nec non dictis prelatis et baronibus regni nostri, ne falsitas veritati et iniauitas calumpniancium preiudicet eauitati, de eorundem domine matris nostre et prelatorum ac baronum nosfcForum consilio prematuro dictum districtum Chetyne cum omnibus suis vtili-

tatibus et vtilitatum quarumlibet integritatibus ac pertinenciis vniuersis sub suis metis, terminis et limitacionibus, in eodem priuilegio domini Andree regis per nos priuilegialiter confirmato, nominatis et expressis, prefato comiti Iwan filio Nelepuch suisque heredibus heredumque suo~rum successoribus adiudicamus, sentenciamus et per presentis iudicii nostri sentenciam appropriamus et perpetuamus, 'sub premisso primarie •collacionis nostre titulo, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum; pretitulatis vero Iwan, Lachko et Tuerko ipsorumque posteris in facto dicte Chetyne et suarum pertinenciarum ex nunc perpetuum silencium duximus inponendum presentis priuiiegii nostri patrocinio mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archyepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri; anno domini M°.CCC°.LX^{0}., quinto kalendas ianuarii, regni autem nostri anno decimo nono; venerabilibus in Christo patribus et dominis, eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Nicolao Jadrensi, archyepiscopis; Ragusyensi sede vacante; Nicolao Agriensi, Demetrio Waradiensi, Dominico Transsiluano, Dominico Chanadiensi electo confirmato, Colomano Jauriensi, Ladislao Wesprimiensi, Mychaele Wachyensi, Stephano Zagrabiensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Svrmiensi, Johanne Tyniniensi, Bartholomeo Traguriensi, Demetrio Nonensi, Stephano Farensi, Valentino Macarensi, Matheo Sibinicensi, My•chaele Scardonensi, Portiua Sceniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Quinqueecclesiensi et Corbauiensi sedibus vacantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio woyuoda Transsiluano, comite Stephano, iudice curie nostre, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum; Leustacio Sclauonie, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machow, banis; Petro Zwdor pincernarum, Paulo de Lyska dapiferorum et Emerico agasonum nostrorum magistris, ac magistro Konya comite Posoniensi; aliisque quampluribus comitatus regni, nostri tenentibus et honores[1].

Original na pergameni tt kr. ug. drz. arkivu ti Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.318. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 483. no. 31.

Na listini vise dvije svilene vrvce s ulomcima dvostrukik pecata; u .sredini crvena. a desno njoj' zelena i ztita.

[1] Odozdo na lijevom kraju nalazi se poznati pripisak: Ad perpetuam rei memoriam . .. kojim isti kralj pod novim ^peeatom potvrđuje tu povelju za komesa Ivana 27. januara 1364.

Na hrptu lisiine nalazi se slijedeća savremena, ćirilicom pisana bi iješka:* Lists krala Loisa knezu Ivanu na Cetinu i kako su tužbe bile na nega prid kralicom u Zadri od Grubić i ondne dano za dobito knezu Ivanu; a to tvrdi kralt Loišfc tinvs listom'B.

Kukuljević Jura regni I p. 43.—46.

63.

1360, 31, decembra. U Zagrebu. (Zagrabie).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaze banu Dalmacife i Hrvatske Nikoli de Zeech^ da uvede Ivana. opata samostana sv. Krševana (Grixogoni), u posjed imanja Kokiane. koje mu je dosuđeno kra-Ijevskom osudom.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie fideii suo magnifico viro Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie bano et eius vices gerentibus salutem et graciam. Cum nos possessionem seu vilam (!) Kokiane vocatam, in regno Croacie existentem, quam vir religiosus frater Johannes, abbas monasterii sancti Grixogoni de Jadra, a Nasmano filio Petri de Kirini (!) de genere Lapuch per deliberatiuam sentenciam domine regine genitricis nostre ac quorumdam prelatorum et baronum nostrorum atque vestram(!) ordine iudiciario dignoscitur reoptinuisse, eidem domino reddi et restitui facere velimus pleno iure, volumus et fidelitati uestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus habita presencium noticia prefatam possessionem[1] Kokiane nuncupatam cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis dicto domino abbati et suo monasterio eo iure, quo ad ipsos pertinere dignoscitur, perpetuo possidendam restitui facere debeatis, dillacione procul mota, ipsumque dominum abbatem in dicta vila Kokiane suisque pertinenciis contra eundem Nasman et alios suos illicitos impetitores manutenentes et protegentes pacifice et auiete studeatis conseruare nostra auctoritate mediante; secus pro nostra gracia et dilectione facere non ausuri. Datum Zagrabie, feria quinta proxima post festum natiukatis domini, anno eiusdem millesimo CCCLX°.

Iz listtne notar<t zadarskog od 16. februara 1361, Original ove listine u gubernijalnom arklvu u Zadru; odio samostana sv. Krševana kaps. XIV. no, 179.

[1] Pisano dva puta*

64

1360.

Pred kralj'em Lj'udevitom izjavljuje Nikola sin Tomin de Rakonok, da j'e njegov otac Toma posjed Bellechka dobio u vlasništvo kao djevojačku četvrt svoj'e majke, a da ga j'e dao svojoj kćeri kao miraz.

Testimoniales regiae Ludovici, regis Hungariae super eo, qualiter coram altefato rege Nicolaus filius Thomae de Rakonok fassus sit, quemadmodurn praedictus Thomas pater suus quandam possessionem Bellechka olim Gabrielis, quae praedicto patri suo a Petro et Martino filiis-Pauli fiiii Petri pro quarta puelari seu quartalitio dominae Bariczae vocatae seu Barbarae, matris suae, iure perpetuo deputata extitisset, ac filiae suae Katiczae seu Catherinae nuptae Mihaeli filio Valkan, contulisse perpetuo et irrevocabiliter possidendam iuxta tenorem litterarum capituli Chazmensis, sic et eodem modo Nicolaus filius Thomae dominabus Clarae, Catharinae, Ilench(l) seu Helenae atque Marizae vocatis^ filiabus praefati Michaelis filii Valkan contulisset iure perpetuo coram Ludovico rege Hungariae, Poloniae etc. anno 1360.

Iz rukopisa u jugoslavenskoj akademiji u Zagrebu Sign. L d. 82^ Acta et dipl. fam. Oršić. p. 921.—922.*

Glede vjeredostojnosti ovog dokumenta valj'a biti na oprezu.

65.

1360.—1361 [1] 15. februara.

Lj'udevit kralj ugarski i hrvatski oslobađa plemiče zadarske od kunovine.

simis meritis fidelium nostrorum nobilium ciuitatis Jadre, qui pro exaltacione nostn regn regiminis. . . . . diuertentes, sed eorum gressus in forti . . . . es eorum personas bonaque et res vniuersas variis . . . . mulatus uix notum nostre maiestati, volentes eos pro tot et tantis seruiciorum et fidelitatum ipsorum meritis . . . .

[1] G. 1360.—1361. je nadbiskupska stolica dubrovačka vakantna, a 15. februara 1361. je popunjena vakantna biskupska stolica krbavska.

. . . . .et quos et quales ab olym de iure possederunt et nunc pacifice tenent, a solucione marturinarum prouida. . . . . nibus nostris prehabita, ex gracia speciali. . . . . .liberalitatis clemencia eximimus, absoluimus et abstraximus et liberauimus. . . . . .
. . . . .nobiles dicte ciuitatis nostre, qui possessiones intra metas et limites terminorum eiusdem ciuitatis Jadre a nobis . . •. . . . . .s. . . . .
. . . . .possessionibus acquisitis et acquirendis collectam nostram marturinarum nomine nobilium Croacie nobis uel bano nostro

vt nullum de populis et iobagionibus. . . . . .nostra pertinentibus in eorum villis et possessionibus sub presencium confidencia . . . .

voluntate in presencia nostre maiestatis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras

Nicolai archiepiscopi Strigoniensis, locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dileeti et fidelis nostri, anno domini [millesimo trecentesimo. . . . . . .
. . . . eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Wgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi, archiepiscopis; Ragusiensi sede vacante,. . . . . . . .Ladyzlao Wesprimiensis, Mychaele Wachiensis, Petro Boznensis, fratribus Stephano Nitriensis, Thoma Svrimensis, Johanne. . . . .'. '. . . . .
. . . . .chensis, Michaele Scardonensis, Portiua Sceniensis ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Corbauiensi sede fvacante

Bubek iudice curie nostre, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum, Leustachio Sclauonie, Nicolao de Zeech . . .. -
. . . . .agazonum nostrorum magistris et magistro Konva comite Posoniensi, aliisque «quampluribus comitatus regni. . . . .

Dolje u lijevom ttglu je potvrda istoga kralja pod novim pečatom 29. decembra 1364. Originai na pergameni, od kojega je sačuvan samo .donji lijevi dio, možda četvrtina cijele povelje.

U kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu. Iz zbirke grofa Fanfogne kup-Ijeno g, 1911.

66.

1361. 1. januara.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđufe privilegijem svof pa~ tent (litteras patentes), kojim je darovao Simonu Zwdor i njegovof braći posjede Graduch, Grabroazala, Chulcjc i Suden u zagrebačkof lupaniji (v. I. 1360. 25. novembra).

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem *m* omnium saluatore. Sicut ad regiam pertinet excellenciam vnicuique pro meritis condigna dare beneficia premiorum, sic per ipsam rite prestita et donata muniminis beneficio solet stabilire, vt ea inconcussa permaneant, que suis temporibus excelsi principes statuerunt. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Symon dictus Zwdor, aule nostre iuuenis, in sua, item Petri, magistri pincernarum nostrorum, Stephani, Michaelis, Georgii, Johannis et Emerici, fratrum suorum vterinorum personis, ad nostre serenitatis accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes, anuleo sigillo nostro consignatas, super donacione auarundam possessionum nuondam Andree filii Merclen, hominis sine herede decessi, Graduch, Grabroazala, Chulcyc et Suden vocatarum, in comitatu Zagrabiensi existencium, per nos pro meritoriis eorum seruiciis ipsis facta, confectas tenoris infrascripti; supplicantes nostre maiestati humiliter et deuote, vt easdem litteras nostras acceptare, approbare, ratificare et nostro pro ipso et suis fratribus predictis eorumque heredibus dignaremur priuilegio confirmare. Quarum tenor talis est: *(Slijedi darovnica kralja Ljudevita od 25. novembra 1360.).* Nos itaque iustis et modestis supplicacionibus prefati Symonis fauorabili pietate inclinati, seruiciis potissime et fidelitatibus dictorum^ fratrum suorum in memoriam nostre celsitudinis reductis, pretactas litteras nostras omni prorsus suspicione carentes, presentibus de uerbo ad uerbum insertas, simul cum donacione et collacione possessionum pretactarum in eisdem contenta et e^pressa[1] acceptamus, approbamus et ratificamus et pro eodem Symone ac fratribus suis predictis eorumque heredibus et posteritatibus vniuersis perpetue valituras regia auctoritate confirmamus presentis priuilegii nostri patrocinio mediante, saluis iuribus alienis. In cuius confirmacionis nostre testimonium firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et

autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai, archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini M°CCC°LX° primo, kalendas mensis ianuarii, regni autem nostri anno decimo nono; venerabilibus in Christo patribus et -dominis, eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Vgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi, archyepiscopis; Ragusiensi sede vacante; Nicolao Agriensi, Demetrio Waradiensi. Dominico Transsiluano, Colomano Jauriensi, Dominico electo Chanadiensi confirmato, Ladislao Wesprimiensi, Stephano Zagrabiensi, Mvchaele Wachyensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Syrimiensi, Bartholomeo Traguriensi, Johanne Tyniniensi, Demetrio Nonensi, Stephano Farensi, Valentino Macarensi, Matheo Sebenicensi, Mychaele Scardonensi, Portiua Seniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei'feliciter gubernantibus; Quinqueecclesiensi et Corbauiensi sedibus vacantibus; magniflcis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio wayuoda Transiluano, comite Stephano, iudice curie nostre, Tohanne magistro tauarnicorum nostrorum, Leustachio Sclauonie, Nicolao <ie Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machow, banis; eodem Petro pincernarum, Paulo de Lyzka dapiferorum et Emerico agasonum nostrorum magistris, ac magistro Konya comite Posonyensi; aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores[1].

Iz originalnog prijepisa konventa sv. Kriza n Leleszu od 15. januara 1403. na pergameni, uHnjenog za Jakoba i Simuna smove Petra Zudora »bani de Olnod<s. u kr. ugar. drzav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.742. — Stara signatura: „N. A. A. fasc. 1539. no. 19.

67.

1361.[2] 12. januara. U Zadru (Jadre).

Stjepan de Zeputa prodaje Đuri Gresanich-u trećinu svoje zernlje, koj'a leži u zadarskoj' oblasti zvanoj Bochajn-studenag za cij'enu od 20 dukata uz običajne uglavke.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo, indictione quarta decima, die duodecimo mensis ianuarii; regnante serenissimo principe domino nostro domino Lodouico

[1] Listina ova imala je odozdo na rubu poznati pripisak : „Ad perpetuam rei memoriam. . . ." ete„ kojom kralj Ljudevit ovu listinu potvrđuje pod novim pečatom 17. decembra 1364. za meštra Petra i njegovu braću.

[2] Stylus annunciacionis — pošto indikcija XIV. odgovara g, 1361,

dei gratia rege Hungarie; temporeque reuerendi patris et domini Nicolay de Matafaris, decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac magnifici et potentis domini Nicolay de Zeech, regnorum Dalmacie et Croachie bani generalis ac comitis ciuitatis Jadre. Ser Stephanus de Zeputa de Jadra filius condam ser Georgii de Nona dedit, vendidit atque tradidit Georgio Gresanich, habitatori Tadre, ementi et recipienti pro se suisque heredibus et successoribus totam vnam suam terciam partem terre posite in districtu [ciuitatis] Jadre, vbi vocatur Bochayn studenag; que quidem terra est circha gognaios duos cum dimidio, et si plus intra[t] infra scriptos confines cedat in presenti vendicione. Cui tercie parti terre hii sunt confines: de trauersa est uia publica; de borea terra ser Georgii de Soppe; de quirina terra Stanislaue, sororis dicti emptoris partim, et partim terra dicti ser Georgii de Soppe; et de austro est terra ser Thomaxii de Nosdrogna, quam possident heredes illorum de Gramaco, — ad habendum, tenendum, gaudendum, possidendum et quicquid sibi suisque heredibus et successoribus melius placuerit faciendum in omnibus et singulis suis aquis, pascuis, arboribus et nemoribus ac omnibus iuribus et pertinenciis suis, sicut de re sua propria. Et hoc pro precio et nomine precii ducatorum viginti auri, quos dictus ser Stephanus venditor fuit contentus et confessus a predicto Georgio habuisse et recepisse in bona, usuali et legali moneta. Quam totam suam terciam partem terre positam intra dictos confines dictus venditor se nomine dicti emptoris constituit possidere, donec de dicta sua tota tercia parte terre possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate <et retinendi deinceps eidem licenciam omnimodam contulit atque dedit. Nec non promittens per se suosque heredes ac successores dicto emptori suisque heredibus et successoribus litem, questionem uel controuersiam ei uel suis heredibus aut successoribus de dicta tota sua tercia parte seu parte ipsius ullo tempore non inferre nec inferrenti conscentire(I), sed ipsam totam terciam partem terre dicto emptori suisque heredibus et successoribus ab omni homine et persona legiptime deffendere et excalumpniare in racione; et predictam vendicionem et precii solu•cionem et omnia et singula supradicta firma et rata habere et tenere perpetuo, et non contrafacere uel venire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, sub pena quarti dicti precii quociens contrafactum fuerit in singulis capitulis huius contractus in solidum, stipulatione promissa; qua soluta uel non, omnia et singula suprascripta et infrascripta firma perdurent; item refficere et restituere sibi omnia et singula dampna et expensas litis et extra ac interesse. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis dictus venditor eidem emptori obligauit omnia sua bona presencia et futura. Actum Jadre presentibus ser Cresio condam

ser Blaxii de Curtixia et Gregorio pilipario, habitatore Jadre, testibus ad hec vocatis et rogatis, et aliis.

(Dmgi rukopisj

Ego Nicolaus Damiani de £adulinis, iudex examinator manum missi(l).

(Signum not.).

Ego Beltramus de Tarsia, ciuis Justinopolitanus, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus interfui et rogatus scripsi ac solitum meum signum appossui (!).

Original na pergameni u arkivu gubern. u Zadru, odio samostana sv. Dominika. no. 726.

68.

1361. 13. januara. (U Zagrebu).

Pred zagrebačkim kaptolom sklapaju Nikola Arlandov (filius Arlandi) i Nikola sin Grgura Touth de Zomzeed od plemena Acha ugovor, kojim se prvi obvezufe, da će sa potonjim podijeliti prema nekoj pređašnfof diobnoj osnovi djedovinska dobra, koja su ga zapala prigodom diobe zajednice sa pogodbenim protivnikom, a to za onaj slučaj, ako bi Nikola Grgurov izgubio bilo na koji način donacijonalna dobra, koja su nfega kod prije spomenute diobe zajednice zapala. Zafedno ugovaraiu zamienito nasljedno pravo među svojim obiteljima.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis omnibus Christi fldelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in eo, qui est fons et gracia omnium meritorum. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod nobilibus viris, magistris videlicet Nicolao filio Arlandi pro se et pro Johanne filio suo ex vna, item altero Nicolao filio Gregorii dicto Touth de Zomzeed de genere Acha, similiter pro se et pro Johanne et Laurencio iiliis suis, — quorum vtraque pars onus et grauamen, si per aliquos filiorum eorundem ad infrascripta quomodocunque euenire contingeret, super se sponte assumpserunt coram nobis, — parte ex altera coram nobis personaliter constitutis, propositum extitit per eosdem oraculo viue vocis sponte 'et relatum, quod licet inter ipsos et eorum heredes ac posteros de vniuersis eorum possessionibus vbiuis existentibus et quouis nominis vocabulo vocitatis mediantibus litteris nostris priuilegialibus exinde confectis diuisio facta fuerit irreuocabilis et perpetuo duratura; tamen ipsi volentes sibi et suis heredibus fraterne caritatis mutuoso

subsidio in posterum prouidere, vt caritas fraternalis inter ipsos et demum inter heredes ac posteros futuro tempore vigere valeat et permanere, tali modo dixerunt ordinasse et ordinauerunt coram nobis bona et spontanea eorum voluntate mediante, quod quia in predicta diuisione premisso modo inter ipsos facta ad porcionem prefati magistri Nicolai filii Gregorii dicti Touth et filiorum suorum predictorum possessiones et possessionarias (!) porciones aquisite a regiaque maiestate per ipsum pro suis meritoriis seruiciis fidelibus obtente cessissent possidende et gubernande, ad porcionem vero predictorum magistri Nicolai filii Arlandi et johannis fiiii sui cessissent possessiones et possessionarie porciones eorum hereditarie, que nunquam ab eorundem progenitorum dominio et iurisdiccione wilo(!) unquam tempore alienate fuissent. Ideo prenominatus magister Nicolaus filius Ariandi, vt est premissum, suo et dicti Johannis filii sui verbo et nomine, voluit et consensit, ymo assumpsit coram nobis, quod si tempore (!) in processu per potenciam aut aliquam occasionem regum, ducum uel principum aut potentum quorumcunque aliqua porcio vel porciones possessionarie, que in porcionem preallegati magistri Nicolai Touth et filiorum suorum, vt est premissum, aquisite cessisse dinoscuntur, fuerit uel fuerint alienata uel alienate, extunc dictus magister Nicolaus filius Arlandi aut eius filius uel heredes sepenominato magistro Nicoiao Touth uel filiis suis antedictis aut eorum heredibus de dictis hereditariis possessionibus, que in porcionem dicti magistri Nicolai filii Arlandi et filii sui cessisse dinoscuntur, plenam et iustam porcionem absque litis(!) et prostrepitu omnique occasione procul mota dare tenebitur et debebit eo facto possessionario, videlicet porciones, que predicto magistro Nicolao Touth in priori diuisione eorum mediantibus litteris nostris facta cesserant in porcionem, dimittere tenebitur et resignare. Quod si facere nollet aut non facere niteretur, extunc iudex ordinarius statuere visis presentibus, contradiccione prefati magistri Nicolai filii Ariandi uel filii sui aut heredum eiusdem in nuilo penitus obstare valente, dictas possessionarias porciones in predictis litteris nostris, super prima diuisione eorum, vt est premissum, de hereditariis possessionibus tunc facta, emanatis, expressas, ipsi magistro Nicolao Touth vel filiis suis aut heredibus eorundem ad facies ipsarum possessionariarum porcionum accedendo haberet facultatem et deberet easdem statuere cum omnibus earum vtilitatibus et pertinenciis, cum quibus in diuisione tunc facta in ipsius magistri Nicolai filii Arlandi cesserat porcionem, eundem aut filium eiusdem predictum aut heredes premissam ordinacionem non obseruantem vel non obseruantes in estimacione seu valore dictarum possessionariarum porcionum agrauando; ad quam solucionem faciendam idem magister Nicolaus filius Arlandi

se ac predictum filium suum et suos heredes firmiter obligauit coram nobis, si huiusmodi premisse ordinacioni contraire quoquo modo attemptaret. Voluerunt eciam eedem partes et coram nobis assumpserunt, quod si quam earum prole orbatam et carentem migrare contingeret vel contingat, extunc heredibus partis alterius superstitibus possessionarie porciones prole destituto decedentis proximitatis more hereditarioque iure in ius et proprietatem possidende deuoluantur. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in octauis festi epiphanie domini, anno eiusdem M°.CCC°JLX^{0}. primo.

Iz original. prijepisa zagreb. kaptola od S. novembra 1372. na perg., u arkivu jugoslavenske akademij e u Zagrebu.

69.

1361. 18. januara. (U Čazmi).

Pred kaptolom čazmanskim potvrduju Ivan sin Nikolin, a unuk Vgrinov (Vgrini) i Ladislav sin Petra zvanog Castellan darovanje nekog vinograda u Grabnamfelde, učinjeno po njihovim pređima samostanu Pavlina u Gariću (Garig).

Capitulum Chasmensis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis saiutem in omnium saluatore. Quoniam ea, que in tempore aguntur, ne simul cum tempore transeant et obliuionis caligini tradantur, antiquorum inuenit providencia et modernorum approbat discrecio, vt in signum perpetue memorie iitterarum testimonio roborentur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. quod Johannes filius Nicolai filii Vgrini, nobilis de Gresencha, et Ladislaus filius Petri dicti Castellan a parte vna, ab altera autem religiosus vir frater Stephanus prior Eremitarum ecclesie beate virginis de monte Garig suo et dicti conuentus sui nomine personaliter coram nobis constituti, idem Johannes et Ladislaus, ob respectum salutis eorundem et spem beatitudinis eterne, donacionem seu tradicionem cuiusdam vinee magne, in territorio seu intra metas possessionis GrabnamfelrJe nominate habite seu adiacentis, per quosdam antecessores ipsius Johannis olym prefate ecclesie beate virginis ac fratribus Eremitis in eadem deo perpetuo famulantibus, factam, prout in eorum litteris plenius continetur, — ratam et flrmam annuerunt, et reliquerunt feandem vineam perpetuo et pacifice habere et possidere, ymmo in pre-

missa donacione eorum consensum beniuolum prebuerunt pariter et assensum coram nobis assumpmendo, quod nullo vnquam tempore racione predicte vinee contra ipsos Eremitas aut eorum successores suscitabunt questipnem aliqualem, sed totam iurisdiccionem ac proprietatem, quam in eadem vinea actenus(!) habuissent vel habere possent in futurum quoquo modo penitus et in toto relinquendo ecclesie memorate. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem parcium concessimus litteras sub appensione nostri sigilli communitas. Datum in festo sancte Prisce virginis, anno domini millesimo CCC° LX° primo.

Original na pergam. a kr. ug. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.221. — Stara signatura: Acta monast. Garig. fasc. II, no. 1.

Na listini visi komadić crvene svilene vrvce bez pečata.

70.

1361.[x] 26. januara. U Zadru. (Jadre).

Zakupni ugovor izmedu mmostmta Dominikanaca i Stoje pokojnog Stanoje (Stanoy) de Ternova[f] kojim se potonja obvezuje, da če od zakupljenog vinograda davati vlasniku jednu Četvrtinu dohodaka postavno Zadar.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem [millesimoj trecentessimo se[xagesimo], indictione quarta decima, die vigesimo sexto mensis ianuarii, Jadre; r[egnante] serenissimo principe dfomino nostro domi]no Lodouico, dei gracia rege Hungarie; t[empore] reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris, decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac magnifici et potentis domini Nicolav de Zeech, Dalmacie et Crohacie bani et comitis Jadre, Ser Volcina de Ginano, ciuis Jadre, procurator monasterii et conuentus fratrum Predicatorum, — ut de dicta procuracione constat rogacione et instrumento scripto per me Blasinum notarium infrascriptum sub anno incarnacionis domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo quinquagesimo octauo, indictione duodecima, die vigesimo septimo mensis septembris, — dedit et concessit Stoye, filie condam Stanoy de Ternoua, vnam vineam dicti conuentus gognaiorum duorum uel circa, positam sub monte Ferro, cui de trauersa est terra ser Coxe de Saladinis, de austro partim terra ser Johannis de Varicassis

[1] Prema ind< XIV., — stylus annunciacionis.

et partim terra domine Elene, relicte Laurencii de Zanbonino, de quirina terra dicti Johannis, de borea terra commissarie ser Marini de Lemesso>

ad laborandum, studendum et procuran[dum] cum suis heredibus et successoribus, bis zapandum, semel putandum anno quolibet et multiplicandum cum pocladis et grebenigis secundum statuta, ordinem et consaetudinem ciuitatis Jadre, ita et taliter, quod dicta laboratrix cum suis heredibus et successoribus dare teneatur dicto conuentui annuatim quartam partem omnium iructuum et reddituum ex ipsa [vineaj prouenienciurn et exeuncium pro terratico, conductam Jadre ad locum dictt conuentus omnibus expensis dicte laboratricis, dando quartam partem **vini** extracti de spina ti , . . conducti Jadram, ut dictum est. Ipsa uero laboratrix cum suis heredibus et successoribus de iuribus suis facere possit suam voluntatem, iuribus tamen dicti monasterii seu conuentus. semper saluis. Promittens dictus ser Volcina, procuratorio nomine ante-[dicto], Stoye pro se et suis heredibus et successoribus stippulanti predictam vineam deffendere et excalumpniare ab omni persona et vniuersitate in racione sub obligacione omnium bonorum dicti monasterii presencium et futurorum. Actum presentibus ser Damiano condam Symeonis Contareno et Cressio condam Zoyli de Cortexia, ciuibus Jadre,. testibus vocatis et rogatis, et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Georgius de Soppe, iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego Blasinus Brocus, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis interfui, rogatus scripsi et roboraui.

Original na pergameni u gubern. arkivn u Zadru, odio samosiana sv. Nikole no. 213.

71.

1361. 30. januara. U Trogiru (Tragurii).

Notarski izvadak iz oporuke Radole, kćeri Petranove, a tiče se legata crkvi sv. Lovrinca u Trogiru.

In nomine ddmini dei eterni. Anno eiusdern natiuitatis millesima trecentesimo sesagessimo(l) primo, indicione quarta decima; regnante serenissimo domino nostro domino Lodoyco dei gratia rege Vngarie;, temporibus equidem venerabilis patris domini Bartholomev, dei gracia episcopi Traguriensis, et egregii et potentis viri domini Francisci de Je~

orgioff) de Tadra, regii militis et de eius mandato honorabilis comitis ciuitatis Tragurii, suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Zubriam' Johannis, Johannis Matiche, Augustini Caxoti et Petri Micacii, die pen-.ultimo ianuarii. Radola filia condam Petrani et uxor demini(I) Sayce de Tragurio sana mente et intellectu dispositionem suorum bonorum, nollens decedere intestata, in hunc modum facere procurauit. In quo inter cetera legauit pro maie ablatis incertis solidos quadraginta paruorum, qui expendantur in iaborerio ecclesie sancti Laurencii de Tragurio; suos autern fideicommissores (!) et executores dicti sui testamenti constituit Helyam Taconich et Jadram condam Theodori calefacti(!) ad predicta legata distribuenda. Actum Tragurii in domo habitacionis dicte Radole, presentibus Nicola Damiani et Achino Strianich, testibus vocatis <et rogatis, et Dessa Luchani examinatore.

(Drugi rukopis.).

Ego Dessa Luchani, examinator conscius examinaui.

(Signum not.).

Ego Vliuerius filius condam domini Jacobi de Zauarino, ciuis Paduanus et communis Traguriensis iuratus, hanc particulam testamenti, prout in actis Rugeri de Parma, olim notarii iurati dicti communis, inveni, de uerbo ad uerbum in formam publicam redegi curente(!) anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, indicione quinta decima, die vigesimo octauo mensis iulii.

OriginaL not. ispis od 28.juia 1362. na pergameni u arkivu kapiola u Trogiru no. 89.

72.

1361. 31. januara. U Glažu (In Galas).

Leustakije ban slavonski ustanovljuje veoma povoljne uvjete za kolonizaciju podanikd grada Glala.

Nos Leustachius regni Sclauonie banus memorie commendantes quibus expedit significamus vniuersis presencium per tenorem, quod nos pro tranquilliori statu iobagionum nostrorum de suburbio castri nostri Galas nuncupati residentium sollerti cura inuigilantes eisdem pro vtiliori et leuiori eorum comodo, vt numerus eorum potius augeatur, huiusmodi libertatem perpetuo duraturam duximus concedendam: vt amodo iidem iobagiones nostri medietatem omnium seruiciorum et collectarum, quibus nobis alii iobagiones nostri extranei in prouinciis seu tenutis dicti castri

nostri Galas residentes tenentur, šeruire et amministrare teneantur. Si qui enim ex ipsis vineas de novo plantauerint, vsque quinti anni reuolućionem de eorum vineis nil dare, šed transacta ipsorum quinque arinorum reuolucione nonam idriam vini ipsorum nobis dare debebunt; vineasque eorum predictas tenendi, vendendi vel ad alia loca, iuxta consuetudinem conseruancium vinearum persoluto de eisdem premisso debito, conseruandi liberam habeant facultatem; quicunque autem moraturi ad eandem superuenerint et in locis desertis noua de nouo edificia construxerint, quinque annorum libertate a die aduentus ipsorum pacifice perfruantur in eadem; et dum aliqui ex ipsis voluerint, persolutis villico eorum pro terragio duodecim denariis, cum omnibus bonis suis, venditis eorum edificiis, clara luce habitaque licencia, liberam recedendu quocunque voluerint, habeant facultatem. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostri banatus duximus apponendum. Datum in Galas^ die dominico proximo ante festum purificacionis virginis gloriose, anno domini M°.CCC°.LX. primo.

Original na pergameni u arkivit jugoslavenske akademije: Diplomata a. 1361.

A'a listini visi crvenO'Ziita svilena vrvca bez pecata.

73.

1361. 7. februara. U Zadru (Jadre).

*Nikola (Zeč) ban hrvatski i dalmatinski moli kaptol ninski (s. An~gelmi de Nona), da izašalje sa nj'egovim izaslanikom Mihaj'lom de sancto Petro, svog kaptolskog povjerenika, da bude nazočan kod uvedenja samostana sv. KrŠevana (s. Grixogoni) u posjed imanja Co~juiane, dosuđenog mu kraljevskom osudom**

Viris discretis et honestis capitulo ecclesie sancti An^elmi de Nona, amicis suis, Nicolaus regnorum Croacie et Dalmacie banus amiciciam paratam cum honore. Nouerit amicicia uestra, quod dominus noster rex Hungarie suis literis(!) mediantibus patentibus nobis dedit in mandatis, quod quandam vilam(!) seu possessionemCoquianavocata(!)inregno Croacie existentem, quam v,ir religiosus frater Johannes, abbas monasterii sancti Grixogoni de Jadra, a Nasmano filio Petri de Karino de genere Lapuch per deliberatiuam sentenciam domine regine genitricis šue ac prelatorum et baronum suorum ordine iudiciario reoptinuisset, eidem domino abbati reddi et restitui atque statui deberemus possessionem Coquianam pre-.

notate(f)[1] absque contradicione aliquali. Super quo amiciciam uestram petimus, quatenus uestrum hominem mitatis(!) pro testimonio fidedignum, quo presente Michael de sancto Petro, domus nostre iuuenis, accedendo in faciem possessionis Coquiane vocate statuat predicto domino Joharini, abbati ecclesie sancti Grixogoni de Jadra, perpetuo possidendam et habendam, contradicione Nasmani predicti non obstante; et post hec seriem statucionis, reambulacionis metarumque ereccionem nobis in literis uestris amicabiliter rcscribatis. Datum Jadre, in die carnispriui, anno domini MCCCLXL

Iz listine notara zadarskog od 10. februara 1861. —- Original ove hstine u gubernijat. arkivu n Zadru, odio samostana sv, Krševana kaps. XIV. no. 179.

74.

1361.[2] 10. februara. U Zadru (Jadre).

Grgur sm Cresii de Zadulinis firodaje Pelegrini udovi Franje de Grixogonis šest ždrijebova zemlje u Magna Gladussa, uz istu cijenu, za koju ih je on na drazbi bio kupio (osamsto i deset malih libra), te joj ujedno izručuje ispravu sastavljenu prigodom rečene dražbe.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem miUesimo trecentesimo sexagesimo, indiccione quarta decima, die decimo mensis februarii; regnante serenissimo principe domino nostro domino Lodouico, dei gracia rege Hungarie; temporeque reuerendi patris domini Nicolay de Matafaris, decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac magntfici et potentis domini Nicolay de Zeech, regnorum Dalmacie et Croachie bani generalis ac comitis ciuitatis Jadre. Cum ser Gregorius condam ser Cresii de Zadulinis, ciuis Jadre, emisset ad publicum incantum circha'!) sex sortes terre olim Francisci Nicoiay de Varicassis positas in duobus clapis in loco vocato Magna Gladussa precio et nomine precii librarum octingentarum et decem paruorum; quibus et cuilibet eorum sunt confines: de borea possidet ser Matheus de Fanfogna; de austro possidet domina Pellegrina, rellicta(l) Francisci de Grixogonis; de quirina pasculum et de trauersa uia publica, prout in instrumento breuiarii dicto(!) incantus scripto manu mei infrascripti Beltrami de Tarsia notarii in

[1] U original. prijepisu nečitljivo; ovako u njegovom transumptu.
[2] Stylus annunciacionis — obzirom na XIV. indikciju, koja odgovara g. 1361.

millesimo trecentesimo sexagessimo, indiccione quarta decima, die decimo mensis ianuarii, hec et alia plenius continentur. Ibique prenominatus ser Gregorius emptor in presencia infrasscripti(l) examinatoris, testium et mei notarii fecit vigorem et robur domine Pellegrine, rellicte eondam ser Francisci de Grixogonis, recipienti pro se suisque heredibus et successoribus de dicto instrumento breuiarii incantus ac de iuribus contentis in dicto instrumento scripto per me supradictum Beltramum notarium in supradictis millesimo, indiccione et die; ac etiam dedit, cessit, tradidit et mandauit supradictus ser Gregorius 'eidem domine Pellegrine recipienti, ut supra, omnia et singula sua iura omnesque suas actiones et rationes reales et personales, utiles et directas, tacitas et expressas, que, quas, quantas et qualia idem ser Gregorius habet, habeat, habere uidebatur et poterat, potest, potuisset uel posset quoquo modo in supra« dictis circha sex sortibus terre cum omnibus suis pratis, pascuis, siluis nemoribus, aquis et omnibus aliis suis pertinenciis et iuribus, vigore, virtute et forma supradicti instrumenti breuiarii incantus. Quod quidem instrumentum idem ser Gregorius dedit et tradidit supradicte domine Pellegrine recipienti, ut supra, cum omni suo vigore et robore constituens eam procuratricem vt in rem suam de dicto instrumento et iuribus contentis in dicto instrumento breuiarii incantus et ponens eam in locum suum, ita ut amodo in antea dicta domina Pellegrina ac sui heredes et successores nomine dicti ser Gregorii actionibus vtilibus et directis possit et ualeat *vtL* frui, gaudere et possidere dictas circha sex sortes terre et omnia et singula facere de dictis circha sex sortibus terre et iuribus ac pertinenciis ipsarum, que idem ser Gregorius prius presentem contractum vigore et forma supradicti instrumenti breuiarii incantus scripti per me sepedictum Beltramum notarium potuisset et poterat. Et hoc quia dicta domina Pellegrina dedit et numerauit eidem ser Gregorio dictas libras octingentas et decem paruorum, prout ipsemet ser Gregorius confessus et contentus fuit ab eadem domina habuisse et integre recepisse in denariis numeratis in bona, usuali et legalli (!) moneta, dicens et asserens, paciscens atque conueniens idem ser Gregorius se dicta iura dicti instrumenti et actiones, vigorem et robur nulli alio dedisse, cesisse(l), vendidisse, tradidisse, donasse, obligasse seu aliquo modo alienasse, nisi nunc supradicte domine Pellegrine; et si aliter reperiretur, promissit(l) idem ser Gregorius stipulacione solempni per se suosque heredes et successores ipsam dominam Pellegrinam eiusque heredes et successores indempnes conseruare omnibus suis expensis. Promittens insuper idem ser Gregorius stipulacione solempni, ut supra, eidem domine Peliegrine stipulanti, ut supra, supradictam cessionem, traditionem, vigorem et robur ac omnia et singula supradicta firma et

rata habere et tenere perpetuo et ea attendere et obseruare et nunquam contrafacere uel venire aliqua ratione uel causa sub pena quarti predicte pecunie quantitatis; et pena soluta uel non, nichilominus contractus iste ratus maneat atque firmus. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et firmiter obseruandis idem ser Gregorius obligauit predicte domine Pellegrine omnia sua bona presencia et lutura. Actum Jadre, presentibus ser Nicolao de Carbono et ser Damiano condam ser Phylipi de Begna, ciuibus Jadre, testibus ad hec vocatis et rogatis, et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus Damiani de (^adulinis, iudex exeminator(!) manum missi(!).

(Signum not).

Ego Beltramus de Tarsia, ciuis Justinopolitanus, imperiali auctoritate notarius Jadrensis iuratus, predictis omnibus interfui et rogatus scripsi ac solitum meum signum apossui(l).

Original na pergameni u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1360.

75.

1361. 15. februara. (U Zagrebu).

Pred kaptolom zagrebačkim očituju bratići Lorando i Ntkola u ime svoj'e i svojik potomaha, da privolj'uju darovanju posjeda Sospotok i Ztobicha, Što ga j'e učinio Nikola Grgurov Touth de Zornzed za korist svoje zene Katarine Grgurove de Busan.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Lorandus filius Dyonisii et Bartholomeus filius eiusdem, ac Nicolaus filius Martini filii dicti Dyonisii de Ztobicha, in nostri presencia personaliter constituti confessi extiterunt ministerio viue vocis, quod quia magister Nicolaus filius Gregorii dictus Touth de Zomzed, frater et proximus eorundem, volens anime sue salubriter prouidere peregre ad visitanda limi[n]a beatorum Petri et Pauli apostolorum proficisscens(l), mediantibus litteris nostris pendenti sigillo nostro consignatis nobili domine Katerina nuncupate, filie comittis(l) Gregorii de Busan, consorti sue, pro dote ac quibusdam rebus prompte pecunie in predictis litteris nostris priuilegialibus expresse contentis, quasdam possessiones suas, videlicet Sospotok et Ztobicha, in qua ecclesia in honore sancte Trinitatis constructa fore

dinoscitur, donasset et contulisset perpetuo possidendas, — ideo et ipst Lorandus ac Bartholomeus filius eiusdetn pro se personaliter et in personis filiorum eiusdem Lorandi, dictus vero Nicolaus similiter personaliter astantes amore fraternitatis huiusmodi donacioni, objjgacioni et perpetuacioni per ipsum magistrum Nicolaum facte in nullo contradicentes eorum consensum beniuolum prebuissent et coram nobis prebuerunt pariter et asensum(f), ac sibi ipsis et eorum heredibus perpetuum silencium super donacione seu ordinacione per ipsum magistrum Nicolaum sic facta inponentes, nichil iuris nichilque dominii et proprietatis in ipsis possessionibus habitis vel habendis pro se ipsis et eorum heredibus reseruantes. Litteras eciam seu instrumenta, quascumque vel quecumaue in contrarium premissorum emanari fecissent et occulte obseruassent, mortuas, friuolas, cassas et inanes ac viribus carituras reliquerunt earumque exhibitoribus in iudicio uel extra iudicium, si vnquam in lucem proferentur, vbique nocituras. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum feria secunda proxima post dominicam inuocauit, anno domini MCCC°LX° primo.

Original na pergameni u kr ugar, drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.872.; bivša zbirka Kukuljevićeva.*

Na hrptu vidi se trag pritisnuta šiljato-ovalna pečata.

76.

1361\ 19.[2] februara. U Zadru, **(Jađre).**

Zafiisnik sastavljen firigodorn uvedenja samostana sv. Krševana fs. Grixogoni) u posjed imanja Kokiana, dosuđenog mu presudom kralja Ljudevita od 21. decembra 1360.

In Christi nomine amen. Anno lncarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo sexagessimo, indicione quarta decima, die Martis, sexto decimo mensis februarii; regnante serenissimo principe domino nostro domino Lodouico dei gracia rege Hungarie; temporeque reuerendi patris domini Nicolav de Matafaris, decretorum doctoris, Jadre archiepiscopi, ac magnifici et potentis domini Nicolav de Zeech regnorum Dalmacie et Croachie bani generalis ac comitis ciuitatis Jadre. Cum per supradictum serenissimum dominum regem et gioriosissimam eius genitricem vna cum prelatis et baronibus regni Hungarie adiudicata fuisset

[1] Stylus annunciacionis. — Obzirom na XEV. indikciju, koja odgovara *godini* 1361.

[2] Datum listine nalazi se u eshatokoiu.

quedam possessio Kokiana nomihe cum omnibus suis iuribus et pertinenciis religiosso(l) viro domino fratri Johanni, abbati sancti Grixogoni de Jadra, vt patet per priuilegium regale dicte adiudicationis et diffinitiue sentencie sigilo(!) regio sigilatam. Cuius priuilegii tenor per singula talis est: *(Slijedi listina kralja Ljudevita od 21. decembra 1360).* Supradictus dominus rex volens suam et genitricis sue ac prelatorum et baronum regni sui supradtctorum sentenciam executioni mandari, suas regales et preceptorias literas(l) magnifico viro domino bano Nicolao de Zeech Dalmacie et Croachie destinauit. Quarum tenor per singula talis est: *(Slijedi listina kralja Ljudevita od 31, decembra 1360.).* Qui dominus banus auidus hobedire mandatis regaltbus tam pro ipsius honore, quam pro robore et firmitate rationum supradicti domini abbatis secundum morem et consuetudinem patrie capitulo ciuitatis None suas iitteras destinauit, ut-aliqualem nuncium siue hominem mitteret, qui vna cum Michaele de sancto Petro, nuncio dicti domini bani deputato per dictum dominum banum, et presente ipso homine dictus Michael statueret possessionem Kokiane supradlcto abbati. Quarum litterarum tenor per singula talis est: *(Slijedi hstina bana krvatskoga Zeča kaptolu ninskom od 7. februara 1361.)?* Capitulum vero None paratum hobedire mandatis supradicti domini bani destinauit venerabilem virum dominum presbiterum Stancium, archipresbiterum None, Qui in supradictis millesimo trecentesimo sexagessimo, indicione quarta decima, die Martis, sexto decimo mensis februarii, vna cum supradicto Michaele, nuncio destinato antedicti domini bani, et ser Zoue condam ser Gregorii de Botono, curie Jadrensis, procuratore supradicti domini abbatis et tocius capituli dicti monasterii sancti Grixogoni, ut patet publico instrumento dicte procurationis scripto manu Jacobi Bonacursii de Forliuio notarii et iurati Jadre in M° trecentesimo quinquagesimo octauo, indicione vndecima, die vigessimo septimo mensis augusti, Jadre, a me notario visso(!) et lecto, iuerunt ad dictam villam de Kokiana et ibidem ipsis commorantibus per tres dies, ut moris est, et nulloque contradicente, ac conuocatis infrascriptis villanis et testibus predictus Michael nuncius destinatus a supradicto domino bano, ut supra, in presencia supradicti domini presbiteri Stancii, archipresbiteri None, et infrascriptorum testium, videlicet: Vul^ete Lapzanini, Pripgi Rangnanine, Michouilli condam Juani Stupig et Stovani condam Stanoy, habitatoris in dicta villa de Kokiana, ac Dimnach filii Scorsse, habitatoris in Zerane, Mathei condam Johannis de villa Stoboli, Gruba^i Zudornich et Juani condam Stoyci de genere Rugnauac de Vstipach, Radigi condam Obradi de genere Zudomerich, Pribislaui filii Dragoslaui de Vstipach et Zipriani condam Nicole de

Stubollo(I) possuit supradictum ser Zouede Bono[1], procuratorem ut supra, in tenutam et possessionem tocius dicte ville de Kokiana et suorum iurium et pertinenciarum a celo usque ad abissum, intra infrascriptos confmes, videlicet: incipiendo de quirina terenum(!) Subich vile(I) Gelsane et veniendo per confinium de borea usque ad confines de trauersa; de borea est vnus puteus comunis villis Vstipach et Kokiane; et veniendo recto tramite per vnam viam conuicinalem dictarum duarum villarum Vstipach et Kokiane uersus trauersam per vnam valem(!) est una calcinara; et sic eundo recto tramite sunt duo lacus; et sic recto tramite continuando est una alia calcinara; et sic recto tramite continuando est vna fouea profunda; et sic continuando usque ad trauersam est una uia publica, que mediat inter terenum Kokiane et vilarum Buchonich et Chacichich; veniendo uersus austrum per dictam viam publicam est una calcinara; et sic veniendo recto tramite sunt multe masere super terenum Kokiane; et sic eundo recto tramite per dictam viam est terenum laboratum et non laboratum dicte ville Kokiane; et sic recto tramite eundo usque ad valem, que mediat inter uilam Kokiane et Butine; et eundo per dictam vallem usque ad quirinam sunt masere super terrenum dicte vile de Kokiana; et continuando recto tramite sunt terreni sine maseris usque ad quandam uiam publicam; et veniendo per dictam viam publicam est terrenum dicte vile Kokiane et terrenum Dupgane; et continuando recto tramite est unus lapis concauus sicut vna choncha; et sic recedendo a dicto lapide et veniendo recto tramite uerssus(!) quirinam est una masera; et recedendo a dicta masera et ueniendo uerssus quirinam est uia publica, per quam intratur jn quadam uia conuicinali, per quam viam conuicinalem itur ad puteum supradictum comunem dictis vilis de Kokiane et Vstipach. Et dum dictus ser Zoue procurator positus esset in tenutam et possessionem dicte ville et ipsius iurium et pertinenciarum, ut supra, secundum confines superius estenssos(!) et nominatos in presenciam (!) supradictorum testium ac infrascriptorum, videlicet: Diminich et Radichi, fratrum et filiorum condam Clapgii de genere Lapuch, Martini condam Toisse de genere Lasingich, Voyeni condam Perchi de genere Chacjgh, Vlaticj Radinich de genere Chacjgh et Galisse condam Draxoy de genere Vuorich, dixit dictus procurator, quod deceptus erat de confinio austri superius nominato ubi dicitur: et sic veniendo recto tramite per dictam viam publicam usque ad vnum lapidem concauum sicut vna choncha; quod in medio dicte vie et dicti lapidis erant circha viginti gognai terreni spectantes dicte vile de Kokiana, quibus confines: de borea

[1] T. j. Botono.

terrenum dicte vile de Kokiana, de trauersa terrenum illorum de Chacig, de austro terrenum Dupeane et domini Nicolay bani supradicti, et de quirina terrenum Johannis condam domini Petri, millitis(i) de Nona; et postea continuat a lapide supradicto ueniendo recto tramite uersus quirinam, ut superius continetur, usque in uiam publicam. Supradictus Michael nuncius destinatus, ut supra, habita fidedigna testificatione in presencia supradicti domini archipresbiteri possuit supradictum procuratorem in tenutam et possessionem dictorum circha viginti gognaiorum intra suprascriptos confines, ut de terreno et iuribus ac aliis pertinenciis dicte ville superius nominate ipsum procuratorem possuerat et possuit ad habendam, tenendum, gaudendum et possidendum, prout et sicut in priuikgiis et sentenciis regalibus continetur; et hoc die Mercurii, decimo septimo mensis februarii, subsequente die Martis, sexto decimo dicti mensis superius nominati. Die uero Jouis, decimo octauo dicti mensis, dictus procurator in presencia supradictorum testium dixit, quod eciam deceptus erat de confinio quirine ueniendo uerssus confines de borea. Qui Michael in presencia supradicti domini archipresbiteri respondit, quod dummodo dictus procurator haberet fidedignos testes pro [hoc], ipsum poneretur in tenutam tocius eius, quod spectaret supradicte uille. Dictus uero procurator respondens dixit, quod ad presens non habebat testes suficientes, sed pertestabatur, quod non esset sibi nomine dicti monasterii in preiudicium, quin suo loco et tempore posset dictos testes produoere pro iure dicti monasterii. Et de hiis omnibus supradictis vtraque pars, scilicet dictus nuncius Michael et dicti dominus archipresbiter destinatus pro capitulo None ac supradictus ser Zoue de Botono rogauit me notarium infrascriptum, ut de supradictis omnibus publicum deberem conficere instrumentum et hoc in presencia supradictorum testium superius nominatorum et plurium aliorum. Eo millesimo et indicione, die Veneris, decimo nono sepedicti mensis, in domo habitacionis infrascripti domini Georgii de Soppe examinatoris, presente domino fratre Rigardo, ordinis sancti Benedicti, abbate monasterii None, et me notario infrasscripto(!) supradictus dominus presbiter Stancius, archipresbiter None, nuncius destinatus a capitulo None, et Michael nuncius destinatus a supradicto domino bano, ut supra, retullerunt(l) supradictum procuratorem in tenutam posuisse, ut superius describitur, et rogauerunt dictum dominum examinatorem, ut in presenti instrumento deberet suam ponere manum et se subscribere rogatu ipsorum nunciorum ac consuetudine ciuitatis Jadre.

(Dntgi rukopisj.

•j* Ego Georgius de Soppe, iudex examinator audita et inteleta (!) relacione supranominatorum duorum Stancii, archipresbiteri Nonensis et

Michaelis' asserencium se omnia contenta in instrumento suprascripto fideliter et integraliter perfecisse, ut in eo legitur, rogatu eorum manum missi(!) et me subscripssi(!).

(Signum not.)

Ego Beltramus de Tarsia, ciuis Justinopolitanus, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, de uoluntate et conscensu(!) dominationis Jadre cum supradictis duobus nunciis, scilicet presbiteri Stancii et Michaelis ad supradicta fui et rogatus a predictis nunciis et procuratorc scripssi (!) ac solitum meum signum apossui (!).

Original na pergameni u gubern. arkivu n Zadru; odio samostana sv, Krševana kaps. I. br. 99. XIV. no. 179.

Original je na mnogim mjestima nečitljiv ; dopunjen fe iz savremene kopije notara zadarskog Bartolomeja iz Padove (kaps. XIV. no. 180.).

77.

1361, 21. februara. **U Ninu. (None).**

Dminach pokojnog Boška (condam Boschi) iz Nina sklapa sa Crisannom pok. Dminca (condam Dminchi) također iz Nina ugovor, po kojem je potonji dužan zemlju prvoga^ Što se nalazi kod Brisih-a, nasaditi. te imade prve Četiri godine pravo na sve plodove, dočim poslije toga ima pravo izbora, te ili sebi zadržati polovicu nasađene zemlje u vlasniUvo, a drugu polovicu vratiti vlasniku ili opet moze zadržati zemlju kao kolon, te vlasniku damti godišnje četvrtinu prihoda.

In dei nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo primo, indictione quarta decima, die vigessimo primo mensis februarii; regnante serenissimo principe domino nostro domino Lodouico dei gratia illustro rege Vngarie; et tempore reuerendi in Christo patris domini Demetrii de Mathafarris, dei et apostolice sedis gratia Nonensis episcopi, ac egregii et potentis viri domini Johannis de Grisogonis, militis regii et comitis honorabilis None. Dminach condam Boschi de Nona dedit, concessit et locauit ad pastinandum Crisanno condam Dminchi de Nona goniagos(l) tres et vnum passum terre sue proprie posite ad Brisih, — ciiius confines sunt: de trauersa terra Grubisse, de austro et de quirina terra dicti locatoris et de borea terra Gregorii Grubcig, — tali quidem pacto et conditione inter dictas partes firmatis, [quod] idem conductor dictam terram debeat et teneat hinc ad annos

quatuor proximos dictam(f) terram(!) de bonis vitibus et arboribus fructiferis integre percomplere, plantare, recipiendo et habendo totum vinum et reditus dicte terre vineate infra dictum tempus annorum quatuor sine contradictione dicti locatoris uel alterius cuiuscumque persone. Post dictum terminum si idem conductor uoluerit et sibi placuerit dimtctere(l) pacifice et dare ipsi Iocatori integram medietatem dicte terre vineate perpetuo et reliquam medietatem liberam ipsius vinee cum terra sibi perpetuo habere et retinere pro suo Jabore pastinationis, bene quidem; quod si non, tunc annuatim dictus conductor dictam terram vineatam bene et fideliter laborare, videiicet annuatim bis sappare et semel potare, et si quando et ubi necesse fuerit ponere poclados et grebenicas secundum ordines et statuta comunis None, et eidem locatori et suis heredibus et successoribus teneatur et debeat darc, tfadere et assignare integram quartam partem totius vini et fructus ex ea prouenientis, de vinea uel de tinna ad suam uoluntatem. Quam terram vineatam cum omnibus pertinentiis suis promisit dictus locator per se suosque heredes [et successores dicto] conductori et suis heredibus et successoribus excalump~niare [et defensjare in ratione ab omni persona, dum capita seu vites durabunt, super se et omnia bona sua presentia et futura. De qua vinea idem conductor possit facere omnem suam voluntatem dando quartum locatori predicto anno quolibet, ut supra; set(l) si quo tempore uellet uendere uel alienare laborem suum, non possit aliis, nisi dicto locatori et suis heredibus pro illo pretio, quo(!) ab aliis habere potuerit; quod si non, tunc uendat laborem suum cui uoluerit, saluo iure predicto dicti locatoris. Actum est hoc et firmatum None in platea comunis, presente ser Borssa Stoyani, nunc iudice et examinatore, Gregorio Segurino et Raticho Borsse, testibus uocatis et rogatis, et aliis.

(Drugi rukopis).

Et ego Borsa(!) Stovani, nunc iudex et examinator manum missi(!).

Et ego Egidius condam Symonis de Ripatranssi, ex apostolica et imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius publicus et nunc iuratus dicte ciuitatis, predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et publicaui et meum signum aposui consuetum.

(Signum not).

Original na pergam. u arkivu gubern. ti Zadru; odio samostana sv. Nikole no. 218.

e

78.

1361. 23. februara. (U Požegi).

Pred požeškim kaptolom očituju Ivan i Nikola sinovi Ivanovi, da se za oštetu od 5 maraka odriču svakog eventualnog prava> koje bi im pripadalo na posjedu Bornozvz po njihovom djedu Ivanki (nezakonitom ocu njihova oca), na korist Klare kčeri Stjepanove, a %ene Ladislava Tutheus-a.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in vero salutari. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Johannes et Nicolaus filii Twan filii Iwanka de Bornowz, comitatus Zagrabyensis, ad nostram personaliter accedentes presenciam confessi sunt oraculo viue vocis, quod iicet prenotatus Iwan, pater eorum, non fuerit legitimus filius ipsius Iwanka, tamen ipsi eandem possessionem, Bornowz nuncupatam, a Johanne filio Georgii de predicta Bornowz per nobilem dominam Clara vocatam, fiiiam condam magistri Stephani filii Chupor, consortem videlicet magistri Ladislai filii Tutheus, olym precio conparatam, in quantum ipsos dicta possessio ex predicta condicione paterna contingere dinosceretur, eidem nobili domine pro quinque marcis promptorum denariorum Vvennensium, quamlibet marcam cum quinque pensis conputando, per Jacobum filium Johannis, famulum et legitimum procuratorem ipsius domine, de rebus scrinialibus eiusdem domine tempore contractus nupciarum secum adductis, coram nobis integraJiter persolutis, consensissent et permisissent, ymmo consenserunt et permiserunt tenore presencium coram nobis in heredum heredes iure perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam ad peticionem predictorum Johannis et Nicolai filiorum Iwan ipsi nobili domine presentes concessimus litteras pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Petri Morauvensis, lectoris dicte ecclesie nostre, feria "tercia proxima post dominicam reminiscere, anno domini millesimo CCC°. sexagesimo primo.

Original na pergameni u kr. ugar.- državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D„ L. no. 33.743. — Stara signatura : N. R. A. fasc. 1539. no. 25, JVa listini visi crvena svilena vrvca bez pečata.
Fejer Cod. dipL flung. IX. 3. p. 275.

79.

1361, 8. marta. U Višegradu (Vjrssegrad).

Grrađani zagrebački zahtijevaju od Ivana tavernika, da provede osudu Lovrinca tavemika od n. aprila 1346., kojom je kaj>tol zagrelački osuđen radi potvore spomenutih gradana; tavemik Ivan njihovom zahtijevu ne udovoljuje, već spomenuti kaptol- temeljem amnestije kralja Ljudevita od 8. decembra 2351 odnosno kraljevog naloga riješava svake krivnje, ali mu nalaže, da plati gradanima sudbene troškove u iznosu od §0 budimskih maraka.*

Nos Johannes, filius Nicolai condam palatini, magister tavarnicorum domini Lodouici, dei gracia regis Hungarie, comes Zaladvensis et Wesprimiensis comitatuum, memorie commendarnus, quod cum iudex, iurati et universi cives montis Grecensis de Zagrabia honorabile capitulum ecclesie Zagrabiensis accepto homine regio, presente testimonio capituli de Posaga, mediante citacione, iuxta regni consvetudinem modum observando ad octavas festi omnium sanctorum, in anno domini MCCCXL octavo ad presenciam regie maiestatis in causam attraxissent, ipsaque causa iuxta continenciam regalium litterarum ab ipsis octavis festi omnium sanctorum ad octavas festi beati Georgii martiris annum predictum subsequentes, et abhinc simili modo mediantibus litteri* regalibus ad octavas festi beati Martini confessoris ad presenciam magistri Oliuerii, tunc ipso ex dileccione regia honore magisterii tavarnicorum prefulgente, protelata, et ab eisdem octavis per litteras ipsius magistri Oliuerii de termino ad terminum prorogata, et tandem ad quindenas festi beati Mvchaelis archangeli, in anno domini MCCCL. octavo, honore magisterii tavarnicatus ad magistrum Cyko conscendente(l), ad presenciam eiusdem deducta, et ab eisdem quindenis per litteras eiusdem magistri Cyko diversis prorogacionum cautelis de termino ad terminum, de anno ad annum protelata, ultimoque per ipsum magistrum Cyko ad octavas festi beati Georgti martiris, in anno domini MCCCLX, annuente divina clemencia et ex dilecctone regia nos ad honorem magisterii tavarnicatus sublimante, ad octavas festi beati Jacobi apostoli, et ab hiis de voluntate parcium ad octavas festi beati Mychaelis archangeli, et abhinc ad presentes octavas diei cvnerum propter arduitatem ipsius cause per nos prorogata exstitisset. Tandem ipsis octavis diei cvnerum occurrentibus Petrus filius Rubini, Mykus filius Iwan, Bartuch et Mathyas litteratus, filius Kucine, cives civitatis predicte, pro eisdem iudice, iuratis et universis civibus et hospitibus de Grech

cum litteris procuratoriis eorumdem ad nostram venientes presenciam in persona predictorum civium et hospitum, quasdam litteras privilegiales Nicolai, tocius Sclauonie et Croacie bani, transcribens (1) privilegium Laurencii, tunc magistri tavarnicorum regalium, feria quinta proxima post festum beati Johannis baptiste, anno domini MCCCL quarto confectas, nobis presentavit(l). In quarurn tenoribus inter cetera vidimus contineri, quod in anno domini MCCCXL. sexto, in die medie quadragesime, magister Demetrius archvdiaconus et Dyonisius, canonici ipsius ecclesie Zagrabiensis, tam pro se ipsis personaliter, quam cum litteris procuratoriis dicti capituli ecclesie Zagrabiensis pro eodem pleno capitulo coram eodem Laurencio, magistro tavarnicorum regalium, comparendo, in figura iudicii eiusdem magistri Laurencii proponendo egissent eo modo: quod cives et hospites de Grech quasdam particulas terre ad possessionem suam et ecclesie sue pertinentes, Kassyna vocatam, et intra metas eiusdem existentes, a tempore dominorum Stephani et Ladislai, illustrium regum Hungarie beatorum recordacionum, occupando detinerent et detinendo possiderent in grande preiudicium dicte ecclesie et iacturam; et per quoddam fossatum per eosdem hospites factum quandam aquam velocem, terram ipsorum destruentem, curere fecissent. Item quod contra libertatem ecclesie tributum de salibus et de cera ac aliis minutis rebus hiis similibus dicti cives et hospites propria sua cum potencia constituendo extorquerent; voluissent scire qua racione mediante. Et eo dicto ibidem coram eodem magistro Laurencio litteras privilegiales capituli ecclesie Albensis anno ab incarnacione domini MCC septuagesinao secundo emanatas, formam et tenorem domini Andree regis, similiter iliustris condam regis Hungarie excellentis memorie, in anno domini MCC septimo emanati, cuius series cursus metarum et possessionum terrarum dicte ecclesie per ordinem denotassent [et] demonstrassent; in quo inter cetera reperisset, quod quandam terram Kassina vocatam, quidam homo nomine Vta cum suis fratribus dicte ecclesie Zagrabiensi contulisset, cuius mete declarate fuissent privilegio in eodem. Quibus dictis et partibus tenorem ipsius privilegii ac cursus metarum dicte possessionis Kassina vocate luculenter expositis, Nicoleth condam iudex et Jaxe aurifaber, cives iurati de eadem Grech, tam pro se personaliter, quam cum procuratoriis litteris civium et hospitum de Grech predictorum, pro eisdem hospitibus coram eodem magistro Laurencio comparendo, in contrarium omnium premissorum respondissent eo modo: quod ipse particule terre, quas dictum capitulum ad possessionem suam Cassina vocatam pertinere, et dictos hospites dtxisset occupasse, Kobilia et alio nominis vocabulo Kvralouch, item Scyuibla seu Nart nuncupatas; et ipsam possessionem Kobilia serenissimus princeps dominus Ladislaus*

condam illustris rex Hungarie recollende memorie, ipsam vero possessionem Scyuiblam dominus Bela rex dictis hospitibus contulissent iure perpetuo possidendas; quas a tempore collacionis semper dicti hospites sine alicuius contradiccione pacifice possedissent; et quod aqua in preallegato fossato currens ad terram dictorum hospitum cucurisset et measset et nullam omnino destruccionem faceret in terra capitult prenotati; et quod promensuraciones salis atque cere ac aliarum rerum hiis similium tam communis iusticie atque boni in medio sui ordinassent quod dicto capitulo et ecclesie eorum in nullo derogaret, nec tributo ipsorum aliquod generaret preiudicium. Et eo dicto, privilegium serenissimi principis condam domini Stephani, incliti regis Hungarie beate memorie, sub anno domini MCCLXX ernanatum, confirmans privilegium magnifici principis domini Bele, eadem gracia condam illustris regis Hungarie, anno sub incarnacione domini MCCL octavo emanatum, eidem magistro Laurencio demonstrassent, in quibus reperisset, quod dominus Stephanus banus tocius Sclauonie, capitaneus Stiryensis, accipiens mandatum domini Bele regis debitum hospitum predictorum annuale ad ducentas tantummodo pensas monete usualis condescendendo commisisset in festo beati Martini confessoris bano pro tempore constituto soluturas, et quod silvam usui eorum competentem ac quandam terram Scybilian(!) vocatam cum silvis et quibuslibet aliis suis apendiciis, requisitis iobagionibus castri Zagrabiensis, assignasset hospitibus de Grech prenotatis. Quam quidem ordinacionem per ipsum dominum Stephanum banum provide factam ipse dominus Bela rex preallegatis fidelibus suis hospitibus perpetuo confirmasset duraturam. Presertim exhibuissent eidem magistro Laurencio aliud privilegium serenissimi principis domini Karoli, condam illustris regis Hungarie, in anno domini MCCCXX octavo emanatum, confirmans privilegium suum priori et antiquo sigillo suo consignatum, anno sub incarnacione domini MCCC decimo septimo confectum, quod confirmasse videbatur quasdam litteras privilegiales domini Stephani bani, tenorem privilegii domini Ladislai, condam illustris regis Hungarie felicis memorie, sub anno domini MCCLXX quinto super collacione possessionis Kobilia nuncupate, ville videlicet dicti castri Zagrabiensis, prememoratis hospitibus de Grech facta, emanati continentes, eciam tenorem domini Johannis bani et Innus comitis Zagrabiensis litterarum, in quibus inter cetera reperisset contineri, quod comes Farkasius, nepos comitis Gardun, in statucione cuiusdam possessionis Kobilia nuncupate per comitem Martinum, castellanum de Medue, quem dominus Stephanus banus Sclauonie, Johannes et Radizlaus, filii comitis Babanyk, accepto domini regis Karoli mandato, ad statuendam ipsam possessionem Kobi.lia transmiserat (!) sub testimonio hominis capituli ecclesie Zagra-

biensis civibus et hospitibus de Grech facienda, contradictor [extitisset][1], et pro eo ad terminum legittimum contra memoratos cives Grechenses ad'regie maiestatis presenciam citatus, repertum fuisset. Tandem dictis hospitibus sua instrumenta super eadem possessione confecta coram regia pietate regniaue sui nobilibuš exhibentibus, idem Farkasius in termino partibus assignato comparendo omni iuri, liti, accioni, contradicćioni et cuiuslibet materie questionis(!) orte vel oriende(!) occasione possessibnis annotate contra cives memoratos, recognoscens eosdem cives in possessione prefata integrum ius habere, nec ad alios preter ipsos solos cives pleno iure pertinere, renunciasset pure et simpliciter, ac in toto eandem possessionem pacifice ipsis civibus relinquendo possidere. Et quod Inus, comes Zagrabiensis, accepto domini Ladislai regis et domini Johannis, bani tocius Sćlauonie, domini sui, mandato et precepto ipsam terram Kobilia vocatam cum utilitatibus suis universis, sub metis antiquis, presente Paulo filio Boda, prestaldo, tunc terrestri comite existente, sub testimonio hominis capituli ecclesie Zagrabiensis iure perpetuo civibus de monte Grechensi sine contradiccione statuisset possidendam. Adhuc idem Nikoleth et Jaxe eiusdem Karoli regis litteras privilegiales sub anno domini MCCCXX. quarto emanatas, tenorem sui priuilegii antiquo suo sigillo consignati et tenorem litterarum privilegialium domini Bele regis in anno domini MCCLX. sexto emanati, libertatum prerogativas eisdem hospitibus de Grech concessas, nec non cursus metarum territorii eiusdem civitatis per ordinem continentes, asserentes dicti Nikoleth et Jaxe ipsum fossatum et terram, ad quam aqua de fine ipsius fossati cucurisset, inter metas in preallegato privilegio existentes adiacere; preterea quasdam duas litteras ecclesie Zagrabiensis patenter confectas eidem magistro Laurencio demonstrassent, in quarum unius tenore quarta feria proxima post octavas festi penthecostes sub anno domini MCC nonagesimo sexto emanato conspexisset contineri, quod Matheo filio Detreh de genere Aca ab una parte, item Gilione maiori ville, Symarkan, Petro Standalar, Mvchaele Bisseno et magistro Climente[2], civibus castri Grechensis, pro se et pro tota communitate eiusdem loci parte ex altera in eiusdem capituli presencia constitutis, idem Matheus confessus exstitisset, quod licet ipse super terra seu possessione Scuiblan vocata movisset accionem requirendo et repetendo eanđem titulo possessionis sue hereditarie, tamen propter bonum pacis, quam cum eisdem civibus maluit inviolabiliter observare, cedens et renuncians pro parte sua huiusmodi liti atque iuri super ipsa possessione suscitatis, eandem possessionem Scuiblan reliquisset et dimisisset prefatis civibus, prout in antea

[1] Očito izostavljeno.
[2] Vidi ova imena u spomenutoj Hstini od 1296. Cod. dipl. VII. 245.

libere et pacifice possidendam. In alterius vero tenore in octavis festi epiphanie domini anno eiusdem MCCCXL confecto reperisset, quod comite Farkasio, nepote comitis Gardun ex una parte, et Pechmano maiori ville pro se et civibus de monte Grech ex altera coram eodem capitulo - constitutis, idem Farkasius confessus exstitisset, quod licet ipse super quadam possessione Cobilia(!) vocata, in terram(I) eiusdem capituli similiter Cobilia dictam(I) ac possessionem(l) Cruciferorum de sancto Martino existentem(!),prefatis civibus per magnificum virumStephanum, banum tocius Sclauonie, ex precepto et mandato domini- Karoti, illustris regis Hungarie, mediante testimonio dicti capituli assignanda, contradictor extitisset, asserens se in ipsa possessione ius habere seu ad ipsum ex collacione regia pertinere, ipsumque negocium in presencia domini Stephani bani diucius extiterit inter partes ventilatum, tandem idem comes Farkasius, cognoscens prefatoa cives Grechenses in memorata possessione ius integrum habere, omni iuri suo, contradiccioni, liti vel materie cuiuslibet questionis(I) super prefata possessione. Cobilia dicta contra prefatos cives suscitatas(l) et in posterum suscitandas(I) coram capitulo per se et per suos successores liniales renunciasset pure et in toto, eandem possessionern cttm suis attinenciis, prout sepafatis(I) civibus ex gracia regalis celsitudinis extiterat collata, pacifice possidendam relinquendo; litteras, siquidem instrumenta si qua super ipsa possessione haberet quoquomodo optenta, frivola haberi voluisset et nullius efficacie vel momenti, quandocumque in contrarium predictorum civium per quempiam forent presentata. Verum quia idem magister Laurencius, hiis visis et ad plenum partibus expositis, idem Nikoleth et Jaxa sua et cohospitum suorum predictorum in persona de transcripto ipsius capituli ecclesie Albensis non contenti, originale eiusdem per ipsos magistros Demetrium archydiaconum et Dyonisium, procuratores capituli annotati, instanter exhibere postulassent et velle videre se et hospttes prenotatos, quo titulo, et quo iure dicta possessio Cobilia ipsius comitis Vta et fratrum suorum dicto capitulo data fuerit per eosdem, et quo homine regio seu prestaldo et sub testimonio cuius capituli vel conventus, ut regni consvetudo exigit ab antiquo, post collacionem eius factam, introierint in eandem, et si litteras prohibitorias, inquisicionales, protestacionales aut aliquas alias iuridicas cauciones a tempore preallegatorum dominorum Stephani et Ladislai, condam illustrium regum Hungarie, a quo prememorati Demetrius archydiaconus et Dyonisius magister sua et ipsius capituli in persona eosdem cives et hospites de Grech possedisse ipsam possessionem Cobilia vocatam et in eadem fuisse pnoprio ore fassi fuissent; et si a tempore Bele regis aliquis contra ipsos hospites de Grech in sui iuris patrocinium et defensionem, quod in eadem habere se sperassent; et si

obstacula prohibitoria tempore statucionis ipsius possessionis perprestaldum antedictum sub testimonio hominis dicti capituli hospitibus de Grech annotatis facte; et si tempore coneordie, quam cum preallegatis Mathee(!) et Farkasio super ipsis possessionibus Cobilia et Scuiblaan(l) vocatis fecerint hospites prenotati coram eodem capitulo ecclesie Zagrabiensis aliquo contradiccionis obstaculo obviaverint, nec ne, pluries a procuratoribus dicti capituli prenbtatis se et eosdem hospites voluissent informari. Idem Demetrius arcrrydiaeonus et Dyonisius, magistri, aliquas litteras exhibere vel iuridicas cauciones tunc presenti negocio ipsorum proficuas et ipsas possessiones suo iuri pertinere demonstrandas pretendere non valuissent, sed solum suorum verborum prolacione, sicut prius sic et tunc, omnes litteras in facto possessionum predictarum emanatas, quo supra, combustas fore allegassent. Unde quia prefati cives et hospites de Grech predictas possessiones Cobilia et Scuiblan(l) vocatas efficacium instrumentorum robore, mediantibus procuratoriis suis annotatis, sibi pertinere et a tempore collacionis earundem possessionum sibi facte, ut idem Demetrius archydiaconus et Dvonisius, magistri, fassi extitissent, semper in eisdem pacifice perstitisse et sine aliqua contradiccione capituii annotati luculentef demonstrassent, dictumque capitulum tam tempore statucionis eiusdem possessionis Cobilia, quam concordie prenotate. velud(l) nil iuris nilque proprietatis in possessionibus prenotatis considerantes se habere aliquo contradiccionis obstaculo minime reperiebantur civibus et hospitibus de Grech obviasse, et ex eo ipsas possessiones admisisse, consensisse propter sui taciturnitatem, iuxta illud: qui tacet consentire videtur, et propter temporis diuturnitatem bene merito potuit annotari; litterasque protestacionales, prohibitorias et alias quaslibet, que aiicuius efficacie viderentur vel momenti in facto prenotato, iidem procuratores capituli ecclesie Zagrabiensis per predictum magistrum Laurencium, ut iudici incumbit, officiose trina vice requisiti, nequivissent nec assumpsissent exhibere. Igitur ipse magister Laurencius una cum venerabili in Christo patre domino Petro, dei et apostolica gracia episcopo Sirmiensi; item magnificis viris Nicolao palatino et iudice Čumanorum, Thoma condam vayvoda Transilvano, Paulo magistro tavarnicorum reginalium, Nicolao dicto Trutul, comite Posoniensi, Johanne filio Gyleth, comite de Turuch, Deseu de Pok, viceiudice comitis Pauli> iudicis curie regie; item discretis viris Nicolao dicto Byka, domini palatini, Paulo de Vgal castellano de Warna, dicti comitis Pauli, prothonotariis et aliis quarnplurimis nobilibus regni una cum eodem magistro Laurencio in iudicio consedentibus, dictas possessiones Cobilia et Scuiblan vocatas sub eisdem metis, quibus ab olim ipsi cives easdem possedissent, de plenitudine iudiciarie potestatis adiudicando prenotatis civi-

bus et hospitibus de Grech dimisissent, reliquissent perpetuo possidere, tenere et habere regis nomine mediante; dictumque capitulum ecclesie Zagrabiensis, quod in statucione possessionis Cobilia prenotate, sub testimonio hominis ipsorum dictis civibus, item in concordia super dictis possessionibus Cobilia et Scuiblan inter ipsos cives et hospites ab Una, item Matheum et Farkasium parte ab altera coram iam dicto Zagrabiensis ecclesie capitulo mediantibus eiusdem capituli litteris facta, aliqua non obviante contradiccione consensum prebuisse et assensum denotatur; igitur ipsum capitulum velud(!) rei consensisse et admisisse, et propter taciturnitatem et temporis diuturnitatem eisdem civibus et hospitibus iuxta prescripcionis formam perpetuate, in facto calumpnie una cum prelatis, baronibus et nobilibus regni annotatis mature decernendo commisissent fore convictum contra hospites de Grech prenotatos. Quarum litterarum expedicionibus factis et earum tenoribus intellectis, predicti Petrus filius Rubini, Mykus filius Iwan, Bartuch et Mathyas litteratus filius Kuchne(I), procuratores predictorum civium et hospitum de Grech, ex parte predicti capituli Zagrabiensis iuxta tenorem et continenciarn predictarum litterarum ipsius magistri Laurencii iudicium et iusticiam ac omnimodam satisfaccionem postularent per nos impertiri. Quibus auditis et pcrceptis honorabiles viri Paulus cantor, Georgius decanus et magister Dyonisius, canonici ecclesie Zagrabiensis, tam pro se ipsis personaliter, quam pro pleno capitulo ecclesie Zagrabiensis cum litteris procuratoriis eorundem coram nobis exurgentes quasdam litteras predicti domini nostri Lodouici regis patentes, maiori sigillo suo consignatas, dominico die proximo post festum beati Mychaelis archangeli, anno domini MCCC. quinquagesimo quinto confectas nobis presentarunt, in quarum tenoribus vidimus contineri, quod licet ipse dominus noster rex pro tranquiliori statu regni sui universa iudicia et iudiciorum quevis gravamina, quorum mole regnicole regni sui per diversos regni sui iudices ante annum domini millesimum CCC quinquagesimum primum noscebantur aggravari, per suas litteras evidentes de eodem anno domini MCCCL. primo, in festo concepcionis virginis gloriose, de voluntate et beneplacito domine regine, genitricifs] sue karissime, nec non consensu prelatorum et baronum suorum emanatas, eisdem regnicolis suis et inter eosdem fidelibus et devotis suis episcopo et capitulo ecclesie Zagrabiensis omnia talia iudic[i]orum gravamina annullasset, exceptis solucionibus per partes inter se voluntarie assumptis, graciose relaxaverit; tamen quia in pretactis litteris suis graciosis de speciali gravamine iudiciali, utpute(!) calumpnie vel alterius generis, mencio in specie expressata non extiterit, ideo tam litigancium infestus, quam eciam iudicum dolus et cupiditas litteras suas pretactas graciosas cassarc niterentur et viribus vacuare, dicentes, quod ad tam

specialia et magna iudiciorum gravamina, sicut calumpniancium vel similium reatus exigunt, se non extenderent littere sue graciose pretacte, vel saltem sine preiudicio partis lese, actricis vel rei; id quod iudicum in persona regia spectat ad honorem, predicte littere haberent vel possent relaxare. Hac de causa iudex et iurati ac cives montis Grechensis fideles et devotos suos canonicos capituli ecclesie Zagrabiensis in iudicio calumpnie contra ipsos ante tempora predicte sue gracie generalis, in quo super facto possessionario in presencia condam magnifici viri Laurencii, tunc tavarnicorum suorum magistri, sentenciati extitissent, aggravare nitterentur contra formam premisse sue gracie generalis. Ipse itaque predictus dominus noster rex, qui ex officio suscepti sui regiminis et iuris equitate svadente suas litteras, vel alias graciose emanatas contrahere et extendere et quantum plus vel minus valerent interpretari haberet, de voluntate et beneplacito domine regine, genitricifs] sue karissime, et de consensu prelatorum et baronum regni sui matura cum eisdem deliberacione prehabita declarasset, quod eciam vigore et virtute litterarum suarum graciosarum pretactarum capitulum ecclesie Zagrabiensis a predicto iudiciali calumpnie gravamine, nec non aliis quibusvis gravaminibus iudicialibus pro anno domini et tempore prescriptis tam pro parte iudicum, quam pro.parte inlitigancium veniente comodum, extaret et ab eo tempore pro supra extitisset expeditum et immune. Ad uberiorem tamen cautelam, quia sanctam matrem ecclesiam et deo famulantes in eadem regem graciosius prosequi competeret, predictum capitulum Zagrabiense a predicto iudiciali calumpnie gravamine, in quo contra cives Grechenses ipsos canonicos seu capitulum iuxta sentenciam predicti magistri tavarnicorum suorum remansisse perhibentur, de gracia speciali, mero motu et de plenitudine regie pietatis, et ad largius, quo gracie regie possent interpretari, de bona voluntate et assensu dicte domine regine, genitrici[s] sue karissime, ac prelatorum et baronum regni sui, ex omni parte, tam ipsum dominum regem vel iudices vice sue persone, quam eciam adversarios pretactos tangente, penitus et omnino ex superhabundanti nova eciam donacione ex certa sciencia exhonerasset et absolvisset, reddidisset et comisisset expeditos precipiendo omnibus iudicibus tam infra confinia regni sui, quam eciam in dominio seu ducatu domini Johannis ducis, nepotis sui karissimi, constitutis vel constituendis in futurum, cuiusvis auctoritatis et preeminencie exstiterint et quovis honoris, et dignitatis nomine fulgerent regio firmo sub edicto, quod propter predictum iudiciale calumpnie gravamen contra cives Grechenses aliquo unquam tempore pretactos fideles suos canonicos et capitulum ecclesie Zagrabiensis in speciali vel generali, communiter vel divisim, realiter sive personaliter, in iudicio vel extra inquietare, mole-

stare, perturbare seu aliauo modo auderent dampnificare, revocando in irritum et quitquam(!) quocumque modo contra prescriptam formam sue gracie generalis contra predictos canonicos et capitulum ecclesie Zagrabiensis vel quospiam ipsorum actum fuerit vel acceptatum. Universas autem litteras tam suas, quam confirmatorias, quam alias quorumlibet privilegiales, et specialiter dicti Laurencii, magistri-tavarnicorum suorum, sentencionales, in quorumcumque verborum vel materiarum formis factum dicte calumpnie exprimentes, per iam dictos cives suos Grechenses contra capitulum ecclesie Zagrabiensis predictum quomodocumque et quovis colore optentas, acquisitas et emanatas ac emanari procuratas, tantummodo in ipso articulo calumpnie sive punctu(l) cassasset et reprobasset et viribus commisisset carituras et earum exhibitoribus ubique nocituras testimonio litterarum suarum mediante. Et ne sua gracia per ipsum racionabiliter ipsi capitulo facta, quia dominus Nicolaus, predicte ecclesie Zagrabiensis episcopus, aule sue vicecancellarius, in officio conservacionis sui matoris sigilli fungeretur, vicio alicuius dubietatis et suspicii obfuscaretur, sed semper salva permanens et inconcussa robur optineret perpetue firmitatis, nec per quernpiam valeret in irritum revocari, sigillum dicte domine regine, genitrici[s] sue karissime, anulare ex eiusdem domine regine et prelatorum ac baronum suorum predictorurn deliberato consilio sigillo adiuncto predicte littere statuisset appendendum in testimonium premissorurn. Quarum litterarum regalium graciose eidem capitulo Zagrabiensi datarum exhibicionibus factis et tenoribus earumdem revisis, quia predictum dominum nostrum regem de voluntate et beneplacito domine Elizabeth, dei gracia regine Hungarie, genitricis sue karissime, et de consensu ac consilio regni baronum, deliberacione cum eisdem prehabita, predictum capitulum Zagrabiense a predicto iudiciali calumpnie gravamine, in quo ipsi contra cives et hospites Grechenses premisso modo dinoscebantur fore quieti pro eo, quia sanctam matrem ecclesiam et viros deo famulantes regem et alios graciosius prosequi competit, de plenitudine sue regie potestatis ex omni parte tam iudicis, quam parcium adversarum penitus et omnino ex superhabundanti gracia et ex certa sciencia tantummodo in ipso calumpnie articulo absolvisse, reddidisse et commisisse expeditos ex serie predictarum litterarum regalium graciose eidem capitulo datarum manifeste intuebamur: ideo nos una cum Nicolao Strigoniensi, Thoma Cholochensi, archyepiscopis; Stephano Nitriensi, Dominico Chanadyensi, episcopis ; magnificis viris Nicolao Konch, regni Hungarie palatino et iudice Cumanorum, Stephano Bubek dicto, iudice curie regie, nec non aliis regni baronibus et nobilibus nobiscum in iudicio consedentibus ipsum capitulum Zagrabiense iuxta [continenciam] premissarum litterarum regalium generose eidem capitulo conces-

sarum, de eisdem dominorum regis et regine voluntate et consensu tam pro parte nostra, quam pro parte predictorum civium et hospitum de Grech solummodo in ipso articulo calumpnie et eius gravaminibus, nexibus et honeribus expeditos penitus et per omnia absolutos reddidimus et commisimus, ymo reddimus et committimus presencium serie mediante; predictis autem iudici, iuratis et universis civibus et hospitibus dicte civitatis Grechensis eorumque successoribus auctoritate eorundem dominorum regis et regine ac nostra iudiciaria potestate in* premisso solummodo calumpnie articulo iam sopito ex nunc perpetuum silencium duximus imponendum. Sed quia ipsi cives et hospites Grechenses in tam longinka(l) litis ventilacione et prosecucione predicte cause maiores labores perpessi extitisse, copiososque expensarum sumptus fecisse dinoscebantur, ideo de mandato et precepto predictorum dominorum regis et regine commisimus et committimus, ut idem capitulum ecclesie Zarabiensis eisdem civibus de Grech quinquaginta marcas Budenses in promptis denariis, medietatem in octavis festi beati Jacobi apostoli et medietatem in octavis festi beati Mychaelis archangeli post sese consequenter occurrentibus persolvere teneantur coram nobis, penam dupli incursuri, si aliquem dictorum terminorum obmiserint in solvendo. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eidem capitulo Zagrabiensi duximus concedendas. Datum in Wyssegrad, vigesimo die octavarum diei cinerum predtctarum, anno domini MCCC sexagesimo primo.

Kercselich Hist, eccl. 135.
Fejer Cod. dipl. Hung. IX., vol. 3, p. 264.
TkaJčić Mon. civ. Zagrab. I. 217.—226.

80.

1361, 23. marta. **(U Zagrebu).**

Pred kaptolom zagrebackim sklafiaju oftat samostana topuskoga Guillermo sa plemićima de Dolech et Radoztych nagodbu glede sveukupnih podavanja^ što su ih ovi plemići dužni rečenom samostanu. Ujedno su popisane međe prema ucinjenom razvodu između posjeda obiju nagodbenih stranaka.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod constitutis in nostra presencia viro religioso domino fratre Guillermo, abbate Toplicensi, sua et conuentus eiusdem monasterii in personis ab vna parte, ab altera vero Martino sacerdote, rectore ecclesie beate virginis de Zra-

chicha, Lucachio filio Luche et Gurdak filio Gerga, nobilibus de Dolech et Radoztvch, similiter suis, item Stephani dicti fili(!) Luchk, Benedieti fili Mychaelis, Andre fili Elye Gyurgek de Radoztich, Elia fili Raztomer, Myken fili Pecyna, Iwan fili Braysa, Wlk dictus Lucech et fratrum šiiorum, Demetrii fili Wlkman, Gurdona fili Jelk et Tomsa fili Jakmin ac fratrum suorum, nobilium de eisdem Dolech[1] et Radoztich in personis, cum sufficientibus litteris procuratoriis nostro sigillo consignatis, tamquam legittimi procuratores pari et vnanimi uoluntate per eosdem propositum extitit ministerio viue vocis pariter et consensum, quod cum inter ipsos occasione quorumdam negociorum, utputa pactis, censibus, seruiciis dicte ecclesie Toplicensis ex parte dictorum nobilium proueiiire debentibus graues discordie et litium questiones iudiciarie vsaue ad hec tempora suscitate et diucius ventillate extitissent, tandem propter bonum pacis et rancoris sedacionem, nec non per arbitratoriam conposicionem et ordinacionem viri honorabilis et discreti domini Jacobi, prepositi ecclesie nostre, partibus, mediantibus litteris nostris, sponte assummentibus, ađ perpetue pacis et concordie deuenissent vnionem et deuenerunt coram nobis sub condicionibus pacis et seruiciis infrascriptis, ita videlicet: quod prenominati nobiles de Dolech et Rađoztych singulis annis in festo videlicet beati Mychaelis archangeli, quilibet eorum ad vsum prefati' monasterii abbati uel procuratori eiusdem pro tempore constituto uel constituendo duas pensas denariorum monete pro tempore currentis, tria munera consueta cum vno descensu in quolibet anno, prout alie generaciones consueuerunt aministrare, soluere tenebuntur; tempore autem dicacionis porcorum, quicumque dictorum nobilium temporibus successiuis vnum porcum habuerit, de eodem dicatori domini abbatis nichil soluet; qui autem plures habuerit, de quolibet porco soluet denarios quatuor; iudicem autem seu maiorem eorum quemcumque voluerint de medio ipsorum eligere habebunt facultatem; qui iudex seu maior de tribus iudiciorum grauaminibus, videlicet violencia, furtu(!) et sanguinis eflušione duas partes dict'o abbati uel eius procuratori dare et aministrare debebit, tercia parte eorundem pro eodem iudice remanente. Retuierunt nichilominus ipse dominus abbas suo et conuentus verbo et nominibus, nec non prefatus Martinus sacerdos, Lucachius filius Luchk et Gurdak filius Gerga nomine procuratorio, quo supra, vt omnia litteralia munimenta regalia, baronum aut cuiusuis collegiati capituli seu conuentus racione premissorum pro qualibet parte contra alteram vsquemodo emanata, nullius facultatis, efiicacie et vigoris reliquerunt, sed omnino cassas, mortuas, friuolas et inanes ac viribus carituras, earumque

[1] Vidi glede irnena Iistinu bana Leustahija od g. 1361. 16. maja.

exhibicionibus (l) vbique riocituras. Mete autem possessionum dictorum nobilium de Dolech et Radoztych a grangiis seu villis prescripti domini abbatis de nouo separate, prout nobis eedem partes concorditer recitarunt, hoc ordine distinguntur: prima enim meta terrea incipit a parte meridionali, a metis videlicet generacionis Ratechich, iuxta quendam riuulum Odolenak vocatum; deinde directe supra quandam viam wlgo Clanech dictam versus septentrionem; abhinc inffa ad quandam longarh lonkam(l), ubi est meta terrea; inde uersus septentrionem vltra quendam riuulum Bolhad dictum directe procedit ad vnum montem, ubi est arbor harazt meta terrea circumfusa; et per eundem montem versus septentrionem superius in cacumine montis, ubi est meta terrea iuxta viam publicam; deinđe per uiam in magno spacio versus orientem peruenit ad duas vias in modum crucis existentes, vbi est meta terrea; deinde per uiam versus montem in bono spacio venit ad caput cuiusdam vinee, ubi est meta terrea; abhinc versus orientem per uiam uenit ad arborem zlauonharazt[1] dictum; inde ad arborem wlgo brezt peruenit. Et. sic separantur: possessio super a parte dextra dictorum(l) nobilium(i), a parte uero sinistra possessio prenominato domino abbati et conuentui dicti monasterii remanente(l). In cuius. rei testimonium et firmitatem perpetuam presentes ad peticionem parcium pendentis sigilii nostri munimine, roboratas duximus concedendas; Datum feria tercia proxima post dominicam ramispalmarum, anno domini MCCCLX° primo.

Iz kodeksa: Priuilegia mon. b. virg. Marie de Toplica fio. 44. Kodeks- se nalazi u arkivu nadbiskupije u Zagrebtt : I. B. XL 15.

81.

1361, 23. marta. (U Zagrebu).

Pred kaptolom zagrebačkim sklapaju opat samostana topuskoga Guilermo sa plemičima de Srachicha nagodbu glede sveukupnih podavanja Što su ih ovi plemići dužni rečenom samostanu.*

Nos capitulum[2] ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes tenore presencium signiflcamus quibus expedit vniuersis, quod constitutis in nostri preseucia viro religioso domino fratre Guylermo, abbate Toplicensi, sua et tocius conuentus dicti monasterii in personis ab vna parte,

[1] U listtni od god. 1361. 16. maja Zlanouharazt.
[2] Slijedi praznina u retku.

ab altera vero Martino sacerdote, rectore ecclesie beate virginis de Srachicha similiter sua, item Gurdak filii Gerge, Radech filii Wlkozlai, Rahk(I) filii Wlk, Johannis filii Gregorii, Stephani filii Radun et Nycolai filii Elye, nobilium de eadem Srachicha[3], cum sufficientibus litteris nostris procuratoriis tamquam procurator legittimus, in personis, pari et vnanimi voluntate per eosdem propositum extitit 'ministerio viue uocis pariter et consensum, quod cum inter eosdem super quibusdam negociis, utputa pactis, censu et seruiciis predicto domino abbati ex parte dictorum nobilium ad vsum dicti monasterii prouenientibus, graues discordie et licium questiones iudiciarie vsque ad hec tempora suscitate fuissent et diucius ventilate, tandem propter bonum pacis, nec non per arbitratoriam conposicionem et ordinacionem honorabilis et discreti viri domini Jacobi, prepositi ecclesie nostre, ad hec partibus, mediantibus litteris nostris, sponte assumpti, ad perpetue pacis et concordie vnionem deuenissent et deuenerunt coram nobis sub condicionibus, pactis et seruiciis infrascriptis, ita videlicet: quod predicti nobiles de Srachicha iudicem seu maiorem inter se temporibus successiuis, quem eis placuerit eligere habebunt facultatem; qui iudex de tribus iudiciorum grauaminibus videlicet poten.cie, furtu(!) et sanguinis effusione duas partes abbati dicti monasterii uel procuratori eius dare et aministare tenebitur et terciam partem pro se obtinebit; item dicti nobiles singulis annis circa festum sancti Martini prefato domino abbati ad vsum dicti monasterii tres pensas denariorum pro tempore currencium cum descensu consueto soluere tenebuntur; item de porcis, tempore dicacionis porcorum vbi fuerint decem, decimum porcum assignabit ad vsum monasterii prenotati; item, quicumque dominus rex aut banus in eodem monasterio đescensum habuerit, de qualibet mansione quilibet eorum solueret denarios quatuor; .item, quicumque eorum in sua porcione colonos habuerit, solus de sua sessione pro marturinis consuetis nichil soluet; qui uero non habuerit, solus pro dictis marturinis soluet denarios nouem, cum denariis pro tempore currentibus. Voluerunt nichilominus eedem partes, vt premissa ordinacio inviolabilis, illesa atque firma perseueret in futurum et si qua(l) parcium aliqua litteralia munimenta contra partem alteram quoquo modo vsque nunc emanata fraudulenter occultasset, vigore presencium mortuas, cassas et inanes reliquerunt et viribus carituras eorumque exhibitoribus vbique nocituras. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presentes litteras pendentis sigilli nostri munimine

[1] Glede imena vidi listinu bana Leustahija od g. 1361. 16. maja.

roboratas duximus concedendas. Datum. feria tercia proxima post dominicam ramispalmarum, anno domini MCCCLX°. primo.

Iz kodeksa: Priuilegia mon. b. virg. de Toplica no. 18. Kodeks se nalazi u arkivu nadbiskupije u Zagrebu; I. /?. Xl. /•>.

82.

1361, 31. marta. Ancona, (Ancone).

Namira Egidija, biskupa sabinskog i poslanika papinskog, vr/iu 40 dukata zlata, Što ih je primio od nadbiskupa i klera spljetskoga u ime poslaničke prokuracije za treču godinu drugog poslanstva.

Nos Egidius miseratione diuina episcopus Sabinensis, apostolice sedis legatus, reconoscimus habuisse et recepisse a venerabili in Christo patre archiepiscopo Spalatensi et eius clero per manus Johannis Jacobi de Podiobonici quadraginta florenos auri boni et iusti ponderis nobis debitos ab eisdem ratione procurationum nostrarum tertii anni presentis nostre secunde legationis. Quos quidem quadraginta florenos auri dictus Johannes Jacobi thesaurariis nostris de mandato nostro effectualiter asignauit. De auibus auidem auadraginta florenis auri dictum archiepiscopum et eius clerum quitamus, seu etiam absoluimus per presentes. In cuius reii(l) testimonium presentes nostras litteras fieri fecimus nostrique sigilii apensione rhuniri. Datum Ancone, die ultima mensis martii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Innocentii pape Vf. anno nono.

Johanries Martinus, thesaurarius domini nostri legati.

Original na pergam. u arkivu kapiola u Spljetu XVI. t 48. Na hstmi vidi se trag, gdje je o vrvci visio peČat.

83,

1361, 5. aprila. U Zađru. (Jađre).

Braća Krsio i Petar, sinovi Franje de Lemessio^ građant zadarski, prodaju svoju 'kuću sa dvorom i vrtom. braći Stjepanu i Filipu, sinovima Franje Stiefianovog, za 800 libra uz običajne uvjete.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo sexagessimo primo, indictione quarta decima, die quinto mensis

aprilis, Jadre; regnante domino nostro domino Lodouico dei gratia serenissimo rege Vngarie; et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro, decretorum doetoris, archiepiscopi Jadrensis, ac magnifici domini Nicolai See. totius Dalrnatie et Crohacie(l) generalis bani et comitis Jadre. Christoforus et Petrus, fratres et filii olim Francisci de Lernessio, ciues Jadre, iure proprio et in perpetuum dederunt, uendiderunt et tradiderunt domino Stephano milliti (!) et Phylippo, fratribus et filiis ser Francisci Stephani, ciuibus Jadre, pro se ipsis et eorum heredibus et sucessoribus (!) ementibus et recipientibus totam et integram eorum domum cum loco, super quo posita est, cum curia et orto(!) et omnibus suis iuribus et pertinentiis positis Jadre in confinio Arsane. Et eiusdem hos dixerunt esse confines: de borea possident ser Franciscus Stephani, pater dictorum emptorum; de trauersa uia publtca; de austro partim possidet Johannes Segarella et partim possident heredes Cressii de Calcina; et de quirina partim possidet Damianus de Matessa et partim possidet Produl aurifex condam Andree Prodani. *Kt* cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines uel alios, si qui forent ueriores, accessibus et egressibus suis, usque in uiam publicam, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid eis et eorum heredibus et sucessoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus et singulis, que dicta domus cum curia et orto habet super se uel infra seu intra se in integrum omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex eis uel pro eis aut ipsis rebus de iure uel consuetudine modo aliquo pertinentibus. Et hoc pro precio et nomine precii octingentarum librarum denariorum paruorum; quod totum et integrum dictum precium dicti uenditores confessi fuerunt et contenti se a dictis emptoribus habuisse, et recepisse ac eis integre datum, solutum et numeratum esse in bona, usuali et legali moneta; exceptioni non eis dati, non soluti, non habiti et numerati et non recepti dicti precii, ut dictum est, et omni alii legum et iurium auxilio, canonico et ciuili, et omnibus statutis, prouisionibus, reformationibus, ordinationibus et consuetudinibus ciuitatis Jadre pro eis uel eorum altero in aliquo facientibus, omnino renuntiantes. Quam domum cum curia et orto et omnibus suis iuribus et pertinenciis dicti uenditores se dictorum emptorum nomine constituerunt possidere, donec ipsorum rerum posessionem(I) acceperint corporalem; quam accipiendi eorum auctoritate et retinendi deinceps eis licentiam omnimodam dederunt atque contullerunt (!). Cedentes et mandantes dicti uenditores eisdem emptoribus omnia iura eis et eorum heredibus et sucessoribus in ipsis rebus uenditis competentia, vndecumque et qualitercumque, aliqua ratione uel causa, nulla in se ipsis exceptatione uel reseruatione facta; constituentes eos procuratores ut in eorum

res et ponentes eos in locum eorum, ut deinceps in iudicio et extra> actionibus utillibus(!) et directis ubi et experiri ualeant tam in agendo, quam in defendendo; et omnia et singula facere, que ueri domini proprietarii et posessores in rebus et de rebus suis faeere possunt; asserentes prefati uenditores dictam domum cum loco, super quo constructa est curia, et orto et omnibus suis iuribus et pertinenciis uenditam liberam esse et habere licere et nulli obligatam esse; et si contrarium appareret, promiserunt ipsos emptores indempnes conseruare. Nec non promittentes prefati uenditores per se et eorum heredes et sucessores dictis emptoribus pro se ipsis et eorum heredibus et sucessoribus stipulantibus et recipientibus litem, questionem aut controuersiam eis uel eorum heredibus aut sucessoribus de dictis rebus seu parte earum, uel alterius ipsorum ullo tempore non inferre, nec inferenti consentire, set(!) ipsam domum cum loco, curia et orto et omnibus suis iuribus et pertinenciis tam in proprietate, quam in posessione eis et eorum heredibus et sucessoribus ab omni homine et persona, comuni, collegio et uniuersitate legittime deffendere et excalumpniare in ratione, et uacuam posessionem eis tradere et ipsos emptores in posessione facere potiores; et predictam uenditionem et precii šolutionem et omnia et singula supra et infrascripta firma.et rata habere et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure" uel de facto, sub pena quarti dicti precii stipulatione promissa; et pena predicta, soluta uel non, rata maneant omnia et singula supra et infrascripta; item reficere et restituere eis omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis obligauerunt dicti uenditores eisdem emptoribus omnia eorum bona pressencia (!) et fuctura(l), renunciantes insuper statuto, quod loquitur: volentes petitionem etc, et unicuique alii statuto, ordinamento et consuetudini ciuitatis Jadre, per quod seu quam se possent ipsi uel eorum alter aliqualiter contra predicta uel aliquod predictorum defendere uel tueri. Actum est hoc et firmatum presentibus Johanne condam Nicolai de Segarella et Paulo Marci de Gerardo, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis.

(Dritgi rukopis).

Ego Nicolaus Damiani de (^adulinis, iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original na pergam. u gubern arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana, kaps. XIX. no. 475.*

84.

1361. 8. aprila. (Siimeg).

Pred šimeškim konventom sv. Egidija prosvj'eduju punomoćnici grada Zagreba proti osudi, što ju fe izrekao' u njihovoj parnici proti zagrebačkom kaptolu kraljevski tavernik Ivan, sin palatina Nikole, zajedno sa velikaškim prisjednicima, te očituju, da prizivlju na sabor plemiča županije zagrebačke, koji se ima doskora sastati.

Nos conuentus monasterii sancti Egidii de Symigio memorie commendamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Petrus fiiius Rubini, Stephanus filius Farkasii et Mathias filius Kuchyne, procuratores ciuium de Grech Zagrabiensi, coram nobis conparentes per modum protestacionis nobis significare curarunt, quod in causa, que inter ipsos ciues de Grech et capitulum ecclesie Zagrabiensis iuxta continenciam literarum quondam magistri Laurencii, magistri thauernicorum regalium, in presencia magnifici viri Johannis, filii quondam Nicolai palatini, vertebatur, per ipsum magistrum Johannem et barones nulla iusticia eisdem ciuibus fuisset impensa, et ipsi ad congregacionem nobilium comttatus Zagrabiensis tunc fiendam ipsam causam instantissime peciissent ab eisdem baronibus prorogari; qui peticionem ipsorum in hac parte admittere recusassent. Vnde ne ipsis ciuibus grande preiudicium generaretur in hac parte in futurum, sicut tunc, ita nunc, ipsum magistrum Johannem et omnes barones, ne in ipsa causa vlterius procederent uel literas eorum contra ipsos ciues emanari facerent uel in aliquo eisdem ciuibus iniuriam facerent, prohiberent(!) contradicendo et contradixerunt prohibendo coram nobis appellantes ipsam causam in congregacionem prenotatam. Datum feria quinta proxima post octauas festi pasche domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo primo.

Original na papiru u kaptotskom arkivu; vidi se na leđima trag, gdje je bio pritismit pečat.

TkalČić Mon civ. Zagrab. I. 453.*

85.

1361.[1] 17. aprila. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka tuži kralju Ljudevitu Marina de Goge, koji da se j'e ogriješio o ustav dubrovački time, što fe na svoju ruku kralja informirao o stvarima, koje se tiču izbora dubrovačkog kneza, opoziva dubrovačkih trgovaca iz Srbife (de Rassia) i zabrane Mlečanima, da dolaze u Dubrovnik, te mole, da im kralf saopći, Što o tome misli. Ujedno Šalfe ista općina pisma jednakog sadriaja nadbiskupu ostrogonskomu, palatinu, banu Leustahiju (Leustasio) i Jakobu Saracenu^ u kofima im preporučufe stvar, radi kofe šalfu kralfu postanika,

Anno domini MCCCLX., indictione XIV., die XVII. mense(!) aprilis. Exemplum literarum missarum domino nostro *" regi Hungarie, domino archiepiscopo Strigoniensi, domino comiti palatino, domino Leustasio bano et domino Jacobo Saraceno.

Serenissimo principi et domino domino Ludouico, dei gracia regi Hungarie, eorum domino et patrono, vniuersitas hominum vestre ciuitatis Ragusii, vestrorum ndelium vassallorum, cum humili recomendacione et reuerencia promptos imperiis viriliter famulare. Quoniam maiestati vestre regie de cotidianis affliccionibus illatis nobis a comite Voyslauo vocato pro habendo vestro salutari remedio nuper literas per diuersos cursores scripsimus frequentatas, de quibus super vexacione dicti comitis Voyslaui a vestra maiestate non habuimus per dictos cursores aliquam rcsponsionem, nisi tantumodo a vestra domina genitrice asserendo, quod vestra maiestate absente, illa tunc de premissis procurare volebat nobis litteras responsales. Et pro responsione huiusmodi a vestra maiestate regia nobis, vestris fidelibus, apportan ia, Vita de Goce, noster conciuis de Ragusio, unum dictorum cursorum secum retinuit, quem ad vestram ciuitatem Ragusii cum vno famulo Marini de Goc[e], fratris sui, Luxa nomine, in die Veneris sancto prope preterito destinauit, a quo nostro cursore cum magna instancia postulando, si vestram responsionem nobis desideratam apportasset, idem cursor habuit respondere, quod omnes litteras apportauerat dictus Luxa, famulus

[1] Godina i indikcija u datum ! ne odgova^aju si, jir g. 13fi0. odgovara indikcija XIII. Uvrstili smo I stinu prema indikciji u g. 1361. iz razloga, što se razabira iz listine dubro^aćk^ «»pćn od 12- maja 1361. banu Nikoli Seču, da je poslanik dubrovački s ovim pis n > n poš 10 na put 21. aprila 1361., i nadal e s razloga, što je odgovor kraljev a ovo p smo uslijedo 8., maja 136L

Marini de Gocje], et quod sibi nulla littera fuerat data. Nos autem vestram responsionem super premissis nimium affectantes, a predicto famulo [et] Marino de Goc[e] scire volumus, si vestra predicta magestas(!) nobis scripserat aliauam responsionem. Qui Marinus in nostro minori consilio ostendit vnam litteram vestre magestatis sibi missam, inter cetera continentem: »Ceterum eleccionem comitis Ragusinensis, reuocacionem merchatorum Ragu^iensium de Rassia et prohibicionem Venetorum ab ingressu ciuitatis Ragusi commictimus(I) disponi nostrorum fidelium consilii(I) et communis ciuitatis eiusdem, quod et ipsis pro parte vestra (!) poteris vive vocis oraculo recitare«. Quibus clausulis dicte vestre littere per nos plenius intellectis, quia premissas eleccionem, reuocacionem et prohibitionern, nobis res arduissimas, vestra magestas benigna nobis non tantis nostris precedentibus meritis, sed sua solummodo bonitate et sapientia ineffabili in nostra disposicione commictit, repleti fuimus infinito gaudio, quia manifeste perpendimus vestram magestatem habere de nobis illarn confidenciam, quam ad ipsam fidelissime gerimus et inter ceteros vestros subditos ampliamus; de quibus regraziando vobis cum oracionibus ad deum pro diurnitate vestre vite et status ampliatione, super dictum Marinum de Goce habemus verisimilem suspeccionem, quod de predictis quidem eleccione, reuocacione et prohibicione ex suo capite vestre maiestati scripserit ignorantibus nobis et non requisitis, quod est contra nostros ordines, per quos conseruamus nos sub vestro dominio et cotidie(!) ampliamus, quia non fiunt tractamenta vestre(I) terre ab uno ciue, sed a multis ciuibus in nostris consiliis ordinatis. Et sic murmurantes contra dictum Mannum de hoc, quod ipsum credimus perfecisse, illum pu;>lice per nostrum preconem in locis solitis fecimus proclamari, ut infra certum terminum iam elapsum coram nobis in maiori consilio debuisset legitime comparere ad faciendum suam responsioiiem siue excusacionem in premissis. Qui Marinus infra dictum terminum non curauit aliqualiter comparere. Et quia contra ipsum non presumimus procedere, nisi a vestra magestate de premissis certitudinem habeamus, idcirco vestre magestari humiliter suplicamus, auatenus de premissis nos cetos dignemini reddere per vestras litteras responsiuas.

Reuerendissimo in Christo pitri et domino domino Nicolao, dei gracia archiepiscopo ^Stri^oniensi, vniuersitas hominum ciuitatis Ragusii cum recomendacione salutem et quidquid possunt seruicii vel honoris. Quoniam de vestra paternitate confidimus, quod non nostris meritis, sed vestra benignitate largiflua prompta semper reddere ad conseruationem ciuitatis Ragusii pariter et honorem, et nunc ad serenissimum dominum nostrum dominum regem Hungarie, pro quodam casu, qui

nobis emersit nouiter, nostrum cancellarium, latorem presencium, personaliter destinamus, idcirco paternitati vestre humiliter supplicamus, quatenus dictam ciuitatem Ragusii more solito recomendatam habentes, erga expedicionem nostri cancellarii apud dictum dominum nostrum regem ad habendam responsionem super dicto casu dignernini, si placeat, viriliter laborare.

Et similes littere facte fuerunt: domino comiti palatino, domino bano Leustasio et domino Jacobo Saraceno.

Lettere e commissiani di Levånte vol. 1359.—1380. fol. 20. i 21,
Libri reformationum III 71.—72, i 73,
Gekich-Thallo'czy Dipl. Ragus. br. 13, 17,—19.; datira 1360.

86.

1361. 20. aprila. (U Dubrovniku).

Dubrovačka općina moli kralja Ljudevita, da ih zaštiti proti nepravednim novčanim potrazivanjima> što ih od njih zahtijeva> kao neki dug Marina de Goge, kralj srpski (rex Raxie), dok za taf dug oni posjeduju namiru kralja srpskog (Rassie) Stjepana.

Exemplum cuiusdam litere serenissimo presenti regi Hungarie, domino nostro naturali, destinate, die' XX. mensis aprilis.

Serenissime domine noster, reverenti ac debita recomendacione premissa! Uestre regie magestati(!) per presentes denotamus, quod die XIX. mensis huius recepimus literas **III.** regis Raxie, quas per nostrum cancellarium, latorem presencium, vestre serenitati destinamus, ut de ipsi[s] continentiam habere possitis. Et iam est annus elapsus, quod similes literas nobis destinavit per quendam eius nuncium specialem inter cetera continentes, quod Marinus de Goge erat eius debitor de certis parasidibus auri et de certa quantitate pecunie. Et nos ostendi fecimus eidem nuncio suo quandam appotissam, que erat in actis nostre cancellarie registrata, factam per regem Stephanum, patrem istius regis Rassie, continentem, quod ipse rex Stephanus faciebat eidem Marino de Go$e finem et remissipnem de tempore preterito usque ad diem illum, quo ipsa appotissa facta fuit. Et eidem regi Rassie tunc scripsimus de dicta appotissa, quam inuenimus in nostram(!) cancellariam(I) registratam. Et ip'se postea nichil nobis respondidit (!), nisi nunc replicauit per suas literas, prout super continetur. Quapropter uestre regie magestati suppli-

camus, quatenus dignemini de hac terra uestra et de nobis, uestris fideiibus, prouidere, quoniam eius potencie infideli resistere non ualemus.

Lettere e commissioni di Levante vol. 1359.—1380. fol. 22.
Libri reformationum IIL t. 74.
Gelcich-Thalloczy Dipl. Rag. br. 18., 23.-24.

87.

1361, 21. aprila.[1] (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka daje naputak svomu poslaniku Todoru, koga Šalju kralju Ljudevitu, nadbiskupu ostrogonskomu^ palatinu, banu hrvatskom i Jakobu Saracenu.

In nomine domini amen. Die XXI. madit(i).

Nos Sauinus de Bonda, rector Ragusii, curn nostro paruo consilio committimus tibi Tuodoro, cancellario nostro dilecto, quatenus ire debeas ad serenissimum dominum nostrum dominum regem Hungarie, cui debeas terram Ragusii et nos recommendare cum illis verbis, que tue discrecioni videbuntur conuenire tante regie maiestati.

Et facta recomendacione debeas eidem regie maiestati litteram, quam tibi dedimus, presentare. Et de omnibus, que sciueris et te interrogabit, debeas dicere veritatem.

Item committimus tibi, quatenus debeas nos et terram nostram recommendare archiepiscopo Strigoniensi, comiti palatino, Leonstaco(l) bano Sclauonie et domino Jacobo Saraceno, et ei nostras literas presentare; quos debeas informare de contentis in litteram (l), quam domino nostro domino regi destinamus, cuius tibi dedimus exemplum scriptum cum veritate. Et aliquibus aliis, nisi dominabus reginis, tuam commissionem manifestare non debeas.

Item committimus tibi, auatenus debeas procurare maximo posse habere responsiuam de predictis a domino nostro domino rege, quam cicius esse potest. Et habita responsione per litteram ipsius debeas venire Ragussii(l). Et inde recedere non debeas sine nostro mandato, nisi habita responsione. Et si dominus tardetur ad dandam responsionem nolens ipsam tibi dare, et tu mitte nobis Jacobum cum hiis, que habueris vel audiueris, et expecta responsionem nostram.

[1] U originalu dolazi: madii, ali pošto je pismo kralju i drugoj gospodi bilo datirano 17. aprila (vidi pređašnju listinu), a kraljev odgovor 8. maja (vidi listinu no, 93.), mora se ovaj napatak kancelaru metnuti u april.

Item committimus tibi, quod debeas explicare domino regi de facto equorum acceptorum nostris ciuibus per Stephanum magistrum de Couino, si dicti ciues mitterent tecum eorum nuncium; et aliter non debeas aliquid experimentare.

Item debeas informare similiter banum Dalmacie et Crohacie de predictis et sibi litteras presentare.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. foL 21.
*Libri reformationttm **III.** 74.—75.*
Getcich-Tha//o'czy DipL Ragus. br. 15., 20.—21.

88.

1361. 26. aprila. (U Zagrebu).

Pred kaptolom zagrebačkim izjavljuje Bank sin Vintherov (filius Vintherii) kao zastupnik Dujma Radoslavovog de B/agay, da je potonji izgubio u Budimu (Bude) svoj' veliki pečat; oduzimlje izgubljenom pečatu krepost. te određuje rok od godine dana, unutar kojeg imadu svi posjedntci hstina izdanih od spomenutog Dujma dati ih ovjeroviti novim pečatom.

Nos capitulum [Zagrabiensis ecclesie] memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod Bank filius Vintherii, familiaris et procuratofr viri] nobilis comitis Duymi filii Radozlau de Blagay vice et nomine dicti domini sui, nomine procuratorio ad nostram personaliter accedendo presentiam [retjulit et exposuit seriatim coram nobis in hunc modum: quod nuper in quadragesima proxime preterita predicto comite Doymo, domino suo, Bude in negotiis suis apud regiam maiestatem existente, sigillum eiusdem comitis Doymi maius, quo utebatur, casualiter perditum extitisset. Quare idem Bank nomine dicti comitis Doymi domini sui protestabatur, quod predictus dominus suus propter amissionem dicti sigilli sui formidaret, ne aliquid sinistri in hac parte temporum in processu sibi posset evenire, ipsum sigillum, in cuius medio medius leo cum capite et in circumferentia: Sigillum comitis Doymi de Blagay — existebat, pronunciavit nullius esse vigoris et efficacie, committens illud nomine dicti domini sui frivolum, cassum et inane ac viribus cariturum; insuper publice coram nobis publice(!) proclamavit ac pronunciavit, ut si qui aliquas literas de voluntate eiusdem comitis Doymi emanatas haberent, ad eundem comitem a data presentium usque ad anni revolutionem deberent reportare et eas suo sigillo nunc de novo ordinato sigillare. In cuius rei testimonium pre-

sentes duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum beati Georgii martyris, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo.

Thalloczy-Barabas Coa. Blag. 148.—149.

89.

1361. mjeseea aprila. (U Dubrovniku).

Općina dubrovadka moli dulda mletačkoga za privolu, da se ugovor sa protomagistrom brodogradilišta Marinom de Murano produlji na daljnu godinu dana. Ujedno Šalju poslanika Gjorgja u Mesinu, da nade vještog brodograditelja.

Exemplum littere destinate domino duci Venetiarum per dominum rectorem ser Savinum de Bonda et parvum consilium cum adictione X. sapientum.

Serenissime domine! Vestre dominationi libuit nobis concedere de gracia speciali magistrum Marinum de Murano pro prothomagistro nostri arsenatus, et ipse teneatur nobiscum stare usque ad X. dies mensis septembris proxime venturi. Quapropter vestre magnitudini suplicamus^ quatenus et vobis placeat ipsum magtstrum Marinum pro uno alio anno subsequenti nobis relaxare.

Nuy Savino de Bonda cum lo nostro picolo conseio cometemo a ti Zorzi, che tu debi andar a Missina ad acordar algun bon maistro de galie et de mangani, et debi lo fermar per L anno, o per $l^{x}j_{2}$ o per IL, al meio che tu poy, e per lo meior merchado che tu porasi et saverasi. E se quel maistro, che tu acordarasi, volese denari alguni avanti, demo ti arbitrio, che tu possi tuor da algun per chambio per dar al dito maistro infino a duchati L. Et va per parte nostra a ser Roberto de Blancha, al qual mandemo la lettera che te avemo dada, et prega lo, che el te debia conseiar et aiutar a trovar questo maistro. Et sapi che nuy avemo intieso, che questi che son scriti de soto son boni rnaistri: Nicola Badolato, Piero suo patre, Bertu^o Chalenado cum li sui frateli. Et debi confermar quello che tu acordarasi cum questo pato, che el sia tenuto de far tuti queli servici, che lo comun li chomandara, sen§a algun preso(!) de la arte sua. Et debi prometer de salario tanto, chomo nuy te avemo ordenado a bocha.

Lettere e commisstoni di Levante vol. 1359.—1380. fol. 19. b.
Libri reformationum III. 70.

90.

1361, mjeseca aprila. (U Dubrovniku).

DubrovaČka općina moli dužda za fiosredovanje, fioHo su, firema firimjeru Kotorano, mletački gradani fiokušali firevariti kod carine u Dubrovniku na taj način, što su si za fioslovoćte uzimali strance.

Serenissime domine! Sicut novit uestra excellentia cum doana nostra maiori facimus omnes expensas, quas substinet civitas nostra Ragusina; et prout invenimus et certitudinaliter scivimus, aliqui cives nostri fecerunt aliqua tractamenta et composiciones cum Catarensibus in detrimentum non modicum doane nostre antedicte. Et simile facere conantur aliqui, qui pro civibus vestris se reputant, mittentes eorum factores forenses ad hanc civitatem nostram, qui sub specie factorie expediunt mercationes expediendas et non expediendas cum dampno nostro nimio et detrimento. Et pluries audivimus a multis vestris nobilibus, qui comites nostri fuerunt, quod nullus ciuis vester potest forenses habere factores. Quapropter vestre magnitudini supplicamus, quatenus dignemini et velitis taliter providere et ordinare de predictis, quod tales fraudes vel similes nobis de cetero non comittantur, — dantes si placet de predictis vestras litteras responsales Dymitrio de Mence et Michaeli de Bobalio(1), civibus nostris Ragusinis.

Lettere e commissioni di Levante vol. 1359.—1380. foL 19. a.
Libri reformationum III. 69.

91.

1361, 1. maja, U Ninu. (None).

Jakov fiokojnog Gjure de Lubavag, građanin zadarski, daruje inter vivos svu fiokretnu i nepokretnu imovinu, Što se nalazi u Zadru i zadarskoj oblastt\ te na Pagu i u fiaškoj obtasti, nadalje sve svoje traibine svome sinu Gjuri uz uvjet, da njegova (darovateljeva) žena Jelisava imade firavo doživotnog uživanja darovanih dobara zajedno sa obdarenikom.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexsagesimo (!) primo, indictione quarta decima, die primo mensis maii; temporibus serenissimi principis et domini nostri domini

Lodoici, dei gracia excellentissimi Hungarie regis, reuerendi patris domini Demetrii de Matafaris, dei et apostolice sedis gracia episcopi None, ac egregii et potentis viri domini Johanis de Grixoganis (!), militis regii ac ciuitatis None honorabilis comitis. Ser Jacobus condam Georgii de Lubaua<j, ciuis Jadre, sponte et ex certa sciencia dedit, tradidit et donauit ac cessit nomine donacionis, que dicitur 'fnter viuos, que donatio nula(j) ingratitudine uel ofenssa(i) magna uel parva ualeat reuocari, Georgio, filio suo, pro se suisque heredibus et sucessoribus (!) recipienti, omnia et singula sua bona, tam mobilia, quam inmobilia posita in ciuitate Jadre et eius districtu, ac'in terra Pagi et eius districtu ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid ipsi Georgio eiusaue hefedibus et sucessoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, tamquam de re sua propria, sine condicione cuiusquam; cum omnibus et stngulis suis iuribus, adiecenciis (!) et pertinenciis sibi spectantibus et pertinentibus quoquo modo, tam de consuetudine, quam de iure. Item dedit, cessit, transtulit et donauit ipsi Georgio donacione, que dicitur inter viuos, que, ut superius dictum est, nulatenus(l) ualeat reuocari, omnia et singuia sua iura et actiones reales et personales, debita et credita, ubicumque reperta, tam tacita, quam expressa, que, quas, quantas et quales habet uel habere aparet aduerssus(I) quamcumque personam; constituens eum procuratorem ut in rem suam [et] ponens eum in locum suum, ita quod amodo suo nomine possit et ualeat aduersus quemcum(!) agere et experiri, excipere et replicare, consequi, se tueri, ac omnia et singula facere quemadmodum ipse Jacobus ante presentem cessionem facere potuisset et poterat; hac tamen conditione videlicet, quod domina Elizabet, vxor ipsius Jacobi et mater dicti Georgii, debeat et possit gaudere et possidere ipsa bona insimul cum dicto filio suo in vita sua, stando et habitando insimul cum familia in eadem domo; et post obitum ipsius domine Elisabet dicta bona debeant libere et integraliter remanere filio suo predicto. Promittens idem Jacobus hanc donacionem et omnia et singula supradicta perpetuo firma et rata habere et tenere et ea atendere et obseruare et nunquam contrafacere uel venire per se uel alios, aliqua racione uel causa, de iure uel de facto, super se et bonis suis omnibus presentibus et futuris. Actum None, presentibus Ratcho filio Borsse, iudice None, Borssa eius patre, examinatore, Bogdano Dusich et Duiamo Grintoceuich, ciuibus None, testibus rogatis.

(Drugi rukopisj.

Et ego Borsa Stovani, examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego Rangerius filius Coradi de Padua, imperiali auctoritate notarius et ciuitatis None cancellarius, hiis omnibus interfui et rogatus scripssi(l) et publicaui et meum signum aposui consuetum.

Original na perg. u gubemiaL ark. u Zadru ; odio samostana sv. Krsevana, kaps. XV. no. 313.

92.

1361. 1. maja. U Trogiru. (Tragurii)

Notarski izvadak iz oporuke, Helize lene Matije Franjevog de Tragurio, koji sadrlaje legal ostaviteljice crkvi sv. Ivana trogirskog (de Tragurio) i imenovanje izvršitel/a oporuke.

Li nomine domini dei eterni. Anno eiusdem natiuitatis mi'llesimo trecentesimo sesagesimo(l) primo, indicione quarta decima; regnante domino Lodoyco serenissimo rege Ungarie; temporibus venerabilis patris domini Bartholomei, episcopi Traguriensis, et egregii et potentis viri domini Francisci de Jeorgio de Jadra, regii militis et de eius mandato honorabilis comitis ciuitatis Tfagurii, suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Johannis Matiche, Zupriani Johannis et Augustini Caxoti et Petri Micacii; die primo madii. Heliza, uxor Mathei Francii de Traguriio, sana mente et intellectu nollens decedere intestata disposicionem suorum bonorum per hoc presens testamentum facere procurauit. In quo inter cetera legauit ecclesie sancti Johannis de Tragurio, que est in ecclesia sancti Laurencii, vnum duplerium quinque librarum cere; suos autem fideicommissarios et procuratores dicti sui testamenti constituit dictam(l) Mariam matrem suam, Matheum maritum suum et Petrum fratrem ipsius testatricis ad predicta distribuenda et ordinanda. Actum Tragurii in domo ipsius testatricis, presentibus Matheo Pechi, Casoto Nicole, testibus vocatis et rogatis et Johanne Matiche examinatore.

(Drugi rukopis).

Ego Johannes condam Matiche Tonpsi conscius examinaui.

(Signum not,)

Ego VHuerius filius condam domini domini Jacobi de Zauarino, ciuia Paduanus et notarius iuratus comunis Tragurii, hanc particulam testamenti, prout i[n]veni in notis Rugerii de Parma, olim notarii iurati dicti comunis, in formam publicam redegi, curente(I) anno domini milie-

simo trecentesimo sesagesimo [secundo], indicione quinta decima, die penultimo iulii.

Original na pergameni u arkivu kaptola u Trogiru no. 89.

93.

1361, 8. maja. U Koprivnici. (In Caproniza).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski odgovara dubrovačkoj općini na njezina pisma od IJ. i 20. aprila; na prvo pismo odvrača, da na Marinu de Goge ne ima nikakove krivnje, već mu je ovaj davao upute onako, kako mu ih davapu i u drugim gradovima Dalmacije pouzdane osobe; na drugo opet, da je Marin de Goce potpuno namirio svoj dug srpskom kralju.

Exemplum littere responsiue domini nostri domini regis ad literam superscriptam.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie etc. Fideles nostri dilecti! Litteras vestras, quas nobis cancellarius vester presentauit solita benignitate recepimus et in eis contenta pleno collegimus intellectu. Sane super eo, quod scribitis Marinum de Goce nobis aliqua ciuitatem Ragusii contingencia per suas litteras nunciasse, que pocius per vos iuxta morem ciuitatis eiusdem nunciari debebant, vestre fidelitati sic respondemus in verbo veritatis affirmantes, quod idem Marinus nunquam scripsit nobis aliquid, que vestro seu ciuitatis Ragusiensis honori vel fidelitati in aliquo possent derogari, dum ipse, sicut per alias ciuitatum nostrarum Dalmacie singulares et fideles personas(l) de cetero, sicut volumus, significauit nobis ea, que nostro et ciuitatis, vestro quoque honori, comodo et utilitati prouenire possent. Quare fidelitati vestre mandamus seriose, quatenus prefatum Marinum super hiis, que nobis scripsit habeatis excusatum; processus, quos contra eum occasione premissorum fecistis seu facere veletis(!) penitus annihilando. Super eo autem, quod rex Rassie vos pro restitucione quarundam scutellarum et pecuniarum, quibus dicitur prefatum Marinum oiim patri suo debitorem remansisse, trinis literis suis, sicut scribitur, amonuit et rogauit, vobis taliter duximus rescribendum, quod prefati regis Rassie pater superdictum Marinum, habita cum eo de singulis racione, reddidit de his omnibus expeditum, prout litterarum vestrarum series et eciam multorum fida relatio continet et testatur. Et imo (!) mandamus vobis, ut super questionem ipsam Marinum pro huiusmodi scutellis et pecuniis nullatenus infestetis, sed habeatis eum in hiis

et in aliis, sicut ceteros vestros conciues, fauorabiliter recommissum. Data in Caproniza, VIII. die mensis madii, anno LXI.(!)

, *Lettere e commissioni di Levante 1359.—-1380. fol. 21.*
Libri reformaiionum III. 81.
Gelcich-Thalloczy Dipl. Ragus. br. 14, 19.—20.

94.

1361, 12. maja. (U Dubrovniku).

Dubrovačka općina odgovarajuć banu Nikoli de Zeck na njegovo pisnto tzvješćuj'e o stanju tu%bi, što ih je podignuo s jedne strane Marin de Goge pred spomenutim banom prott dubrovačkoj općini, a s druge strane ova potonj'a proti Marinu de Goge pred kraljem.

Exemplum litere destinate bano de Zech regaorum Dalmacie et Crohacie, die XII. mensis madii.

Magnifice domine, debita recomendatione premissa! Vestre magnitudini notum facimus per presentes, quod die X. mensis huius recepimus uestras literas credenciales continentes, quod uerbis pro parte uestra nobis prolatis per nobiles viros Jadratinos, ser Georgium de Georgio, et ser Philippum Francisci, uestrum castellanum Dalmissii, debemus fidem plenariam adhibere. Et ipsi, tanquam viri sapientes et discreti, ambaxiatam per uestram magnificenciam, prout ipsi dixerunt, eisdem comissam ordinate retulerunt, videlicet super facto querele uobis facte per Marinum de Go^e, nostrum ciuem contra nos de litera domini nostri regis Hungarie, quam nobis ostendidit(!). Quapropter sic uestre magnitudini duximus respondendum, quod ex uerbis pro parte uestra nobis explicatis clare et manifeste perpendimus, quod non ullis nostris meritis, sed sollumodo(!) uestra bonitate, nos semper dilexistis et diligitis. Et idcirco vobis tanquam nostro maiori, quantum possumus et tenemur refferimus gracias infinitas. Super facto uero processus facti per nos contra dictum Marinum de Go^e occasione illius litere nobis ostense sic uobis respondemus, quod domino nostro, naturali domino regi Hungarie, super hoc scripsimus per unum nostrum cancellarium omnia ordinate et cum ueritate, quomodo inceperunt et processerunt, ut exectamus regie magestatis(!) responsiuam supremam, et quidquid nobis precipiendo mandabit, toto corde curabimus obedire. Qui quidem noster cancellarius recessit hinc die XXI. mensis aprilis. Rogantes demum uestram magnificenciam, quatenus dignemini et uelitis nos et terram

nostram semper habere recomandatos, auoniam assidue parati sumus ad omnia uestra beneplacita et honores.

Lettere e commissioni di Levante voL 1359.—1380. f. 22.
Gelcick-Tkalioczp DifiL Rag< br. 19, 24.—25.

95.

1361. 16. maja. U Zagrebu. (Zagrabie).

Leustahije ban slavonski svjedoči, da su plemiči de Srachicha s jedne, a opat Guillermo, kao zastupnik samostana topuskog (Toplicensis) s druge sirane, pred njim izjavili, da su voljni dr&ati se ugovora sklopljenog među njima pred kaptolom zagrebačkim 23. marta 1361.

Nos Leustachius regni Sclauonie banus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum Martinus sacerdos, rector ecclesie beate virginis de Srachyćha, Gerdak filius Gerve[1], Radech filius Wlkyzlai[2], Radk filius Wlk, Johannes filius Gregorii, Stephanus filius Radwn et Nycolaus filius Elye de eadem Srachicha in congregacione nostra generali, *de regio speciali mandato vniuersis nobilibus alterius[que] cuiusuis status hominibus inter fluuium Zawa et Gwozd existentibus publica proclamacione facta, feria secunda proxima post festum Martini confessoris nunc preteritum per nos Zagrabie celebrata, religiosum virum fratrem Guvlermum, abbatem ecclesie Toplicensis, super facto libertatis eorum ordine iuris attraxissent in causarri ipsaque causa ab eadem nostra congregacione sub forma haberde pacis [ad] presentes octauas festi beati Georgii martiris dilatiue attraxissent(l). Ipso tandem termino occurrente predictus Martinus sacerdos pro se personaliter, pro predictis uero aliis suis proximis cum litteris procuratoriis capituli ecclesie Za^rabiensis ab vna, nec non predictus dominus abbas similiter personaliter parte ex altera ad nostrum iudiciarium accedens conspectum litteras dicti capituli Zagrabiensis composicionales feria tercia proxima post dominicam ramispalmarum[3] similiter nunc transactam priuilegialiter confectas nobis presentauit continentes, quod constitutis in eiusdem capituli presencia vtro religioso fratre Guy-

[1] U Hstini od g. 1361. 23. marta Gerga.
[2] Pisano: Wkyzlai.
* Vidi listinu od £. 1361. 23. marta.

lermo, abbate Toplicensi, sua et tocius conuentus dicti monasterii in personis ab vna parte, ex altera uero parte Martino sacerdote, rectore ecclesie beate virginis de Strachicha(l), similiter sua, item Gerdak filius(!) Gerge[1], Radech filii Wlkyzlai, Radk filii Wlk, Johannis filii Gregorii, Stephani fiiii Radwn et Nicolai filii Elye, nobilium de eadem Strachicha cum sufficientibus litteris eiusdern capituli Zagrabiensis procuratoriis, tamquam procuratoriis(l) legittimis(l) in personis pari et vnanimi voluntate per eosdem propositum extitisset ministerio viue uocis pariter et consensum, quod cum inter eosdem super quibusdam negociis vtquta pactis, censu et seruiciis predicio domino abbati ex parte dictorum nobiiium ad usum dicti monasterii prouenientibus graues discordie et licium questiones iudiciarie vsque suscitate fuissent et diucius ventilate, tandem propter pacis(!), nec non per arbitratoriam conposicionem et ordinacionem discreti viri domini Jacobi, eiusdem ecclesie prepositi, ad hec partibus, mediantibus litteris ipsius capituli, sponte assumpti(l) ad perpetue pacis et concordie coram predicto capitulo deuenissent vnionem sub condicionibus, pactis et seruiciis infrascriptis, ita videlicet: quod predicti nobiles de eadem Strachicha iudicem seu maiorem inter se temporibus successiuis, qui eis placeret, eligere haberent facultatem; qui iudex de tribus iudiciorum grauaminibus, videlicet potencie[2](!), furtu (1) et sanguinis effusione duas partes abbati dicti monasterii vel eius procuratori dare et aministrare teneretur et terciam partem pro se obtineret; item dicti nobiles singulis annis circa festum sancti Martini prefato domino abbati ad usum dicti monasterii tres pensas denariorum pro tempore currencium cum descen.su consueto soluere tenerentur; item de porcis tempore dicacionis porcorum, vbi fierent decem, decimum porcum assignaret ad vsum monasterii prenotati; item. quicumque dominus rex aut banus in eodem monasterio descensum haberet, de qualibet mansione quilibet eorum solueret denarios quatuor; item, quicum }ue eorum in sua porcione colonos haberet, solus de sua sessione pro marturinis consuetis nil solueret; qui uero non haberet, solus pro predictis marturinis solueret denarios nouem pro tempore currentes. Voluissent nichilominus eedem partes, vt premissa ordinacio inuiolabilis, illesa atque firma perseueraret in futurum; et si qua(!) parcium aliqua litteraiia munimenta contra partem alteram quoquo modo vsque tunc emanata fraudulenter occultasset, mortua, cassa et inania reliquissent et viribus caritura, eorumque exhibitoribus vbique nocitura. Quarum litterarum perlectis continenciis cum nos [partes] prenominatas in eo, vtrutn premissam concordialem

[1] Vjdi *ii* re pod *l*.
[2] ^otonjom rukom ispravljeno u vioh»nci*.

conposicionem inter ipsos, modo quo supra, factam, stabilitam et ordinatam, iuxta seriem predictarum litterarum dicti capituli Zagrabiensis conposicionalium, inter se perpetuo duraturam velint obseruare, uel ne, iuxta banatus nostri officium quesiuissemus, mox idem Martinus sacerdos in sua ac eorumdem proximorum suorum, quorum legittimus existebat procurator, personis, nec non prefatus dominus abbas similiter suo, viceque et nomine dicti conuentus sui premissam concordialem conposicionem inter ipsos quomodo supra factam et stabilitam iuxta seriem predictarum litterarum capituli Zagrabiensis priuilegionalium conposicionalium perpetuo sine diminucione aliquali se inmutabiliter obseruare velle in nulloque eandem se retractaturos fore allegarunt, pluries replicando coram nobis. In cuius rei testimonium presentes partibus earundem ad instanciam sub appensione sigilli nostri autentici duximus concedendas[1]. Datum Zagrabie, sedecimo [die][2] termini prenotati, anno domini MCCC LX° primo.

Is kodeksa: Pnvilegia mon. b. virg. Marie de Toplica no. 47. Kodeks se nalazi u arkivit nadbiskupije u Zagrebu: L. B. XI, 15.

96.

1361, 16, maja. U Zagrebu. (Zagrabie).

Leustahije ban slavonski svjedoci, da su plemići de Dolech et Radoztych s jedne, a opat Guillermo, kao zastupnik topuskog (Toplicensis) samostana s druge strane, pred njim izjavili, da su voljni driati se ugovora sklopljenog među njima pred zagrebačkim kaptolo?n 23. marta 1361.

Nos Leustachius regni Sclauonie banus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum Lucachius et Scephanus filii Luchk, B^nedictus filius Michaelis, Endre filius Helye et Gyurge fiiius Kurse de Rad >ztych, Elya filius Raztomer, Mykou filius Pecyna, Iwan filius Braysa, Wlk dictus Luch fratresque eiusdem, Demetrius filius VVlkman, Gerdona filius Jelk ac Thomsa filius Jakmyn, nec-non fratres eiusdem de Dolech[3] in congregacione nostra generali, de regio speciali mandato vniuersis nobilibus alteriusque cuiusuis status homtnibus inter fluuium Zawa et Gvvozd existentibus publica

[1] Pisano: cogedtendas; ispuštena kratica.
[8] Manjka.
[3] Vidi glede imena listinu od *u,* 1361. 23. marta.

proclamacione facta, feria secunda proxima post festum beati Martini confessoris nunc preteritum per nos Zagrabie celebrata, religiosum virum fratrem Gvllermum, abbatem ecclesie Toplicensis, super facto libertatis eorum ordine iuris attraxissent in causam, ipsaque causa ab eadem nostra congregacione sub forma habende pacis [adj presentes octauas festi beati Georgii martiris dilatiue attraxissent (1). Ipso tandem termino occurente predicti Lucachius et Stephanus filii Luchk pro se personaliter, pro predictis uero aliis proximis suis cum litteris procuratoriis capituli Zagrabiensis ecclesie ab vna, nec non dictus dominus abbas similiter personaliter parte ex altera ad nostrum iudiciarium accedentes conspectum, litteras dicti capituli Zagrabiensis conposicionales feria tercia proxima post dominicam ramispalmarum similiter nunc transactam priuilegialiter confectas[1] nobis presentarunt continentes, quod constitutis in eiusdem capituli presencia religioso viro domino fratre Guillermo abbate Toplicensi, sua et conuentus eiusdem monasterii in personis ab una parte, ab altera vero Lucachio filio Luchk de Radoztich in sua, ac Stephani filii eiusdem Luchk, Benedicti filii Michaelis, Endree filii Elye, Gyurgek de Radoztich, Elye filii Raztomer, Mykou filii Pecyna, Iwan filii Braysa, Wlk dicti Luchk(I) fratrumque suorum, Demetrii filii VVlkrnan, Gerdonya(!) filii Jelk, Thomsa filii Jekmyni(l), nec non fratrum suorum nobilium de Dolech et Radoztvch in personis cum sufficientibus litteris procuratoriis eiusdem capituli pari et vnanimi voluntate per eosdem propositum extitisset ministerio viue vocis pariter et consensum, quod cum inter ipsos occasione quorundam negociorum, vtputa pactis, censibus et seruiciis dicte ecelesie Toplicensis ex parte dictorum nobilium prouenire debentibus, graues discordie et licium questiones iudiciarie vsque tunc suscitate et diucius ventilate extitissent, tandem propter bonum pacis, nec non per arbitratoriam conposicionem et ordinacionem discreti viri domini Jacobi, eiusdem ecclesie prepositi, partibus, mediantibus litteris ipsius capituli, sponte assumentibus ad perpetue pacis et concordie coram ipso capitulo deuenissent vnionem sub eondicionibus, pactis, seruiciis infrascriptis, videlicet: quod prenominati nobiles de Dolech et Radoztich singulis annis in festo beati Michaelis archangeli quilibet eorum ad vsum prefati monasterii abbati uel procuratori eiusdem pro tempore constituti(l) vel constituendi(i) duas pensas denariorum monete pro tempore currentis et tria munera consueta cum vno descensu in quolibet anno, prout alie generaciones consueuerunt, aministrare et soluere teneantur; tempore autem dicacionis porcorum, quicumque dictorum nobilium temporibus successiuis vnum porcum haberet, de eodem

[1] Vidi listinu od g. 1361. 23. marta.

dicatori dicti domini abbatis nil solueret; qui autem plures haberet, de quolibet porco solueret denarios quatuor; iudicem autem seu maiorem eorum quem vellent de medio ipsorum eligere haberent facultatem; qul iudex seu maior de tribus iudiciorum grauaminibus, videlicet violencia, furtu(!) et sanguinis effusione duas partes domino abbati uel eius procuratori dare et aministrare deberet, tercia parte ipsorum pro eodem iudice remanente; retulissent nichilominus ipse dominus abbas suo et dicti conuentus sui verbo et nominibus, nec non prefatus Lucacius nomine procuratorio, quo supra, vt omnia litteraiia munimenta regia, baronum aut cuiusuis collegiati capituli seu conuentus racione premissorum pro qualibet parte contra alteram vsque tunc emanata nullius facultatis, efficacie et vigoris reliquissent, set(!) omnino commisissent cassa, mortua, friuola et inania, ac viribus caritura eorumque exhibitoribus vbique nocitura. Mete autem possessionum dictorum nobilium de Dolech et Radoztich a grangiis seu villis prescripti domini abbatis de nouo separate, prout ipsl capituli(I) eedem partes concorditer retulissent, hoc ordine distinguntur: prima meta terrea inciperet a parte meridionaii, a metis videlicet generacionis Ratetvch iuxta quendam riuulum Odolenak vocatum; đeinde directe supra quandam viam wlgo Clanech dictam versus septentrionem; abhinc infra ad quandam longam lonkam(I), ubi esset meta terrea; inde uersus septemtrionem vltra quendam riuulum Bolhad dictum directe procederet ad vnum montem, vbi esset arbor harazt meta terrea circumfusa; et per eundem montem versus septentrionem superius in cacumine montis, ubi esset meta terrea iuxta uiam publicam; inde per uiam in magno spacio versus orientem perueniret ad duas vias in modum crucis existentes et ibi esset meta terrea; deinde per uiam uersus montem in bono spacio veniret ad caput cuiusdam vinee, vbi esset meta; abhinc versus orientem per viam veniret ad arborem zlanouharazt[1] dictam; deinde ad arborem brezt perueniret. Et sic separentur: possessio super a parte dextra dictorum nobilium, a parte vero sinistra possessione dicto abbati et conuentui dicti monasterii remanente. Quarum litterarum perlectis continenciis, cum nos partes prenominatas in eo, vtrum premissam concordialem conposicionem inter ipsos, modo quo supra, factam, stabilitam et ordinatam iuxta seriem predictarum litterarum dieti capituli Zagrabiensis conposicionalium[2] inter se perpetuo duraturam velint obseruare, uel ne, iuxta banatus nostri officii(l) quesiuissent(l), mox idem Lucachius in sua ac eorundem proximorum suorum, quorum legittimus existebat procurator personis, nec

[1] U listini od 1361. 23. marta; Zlauonharazt
[2] Navodnim znakom umetnuto n tekstu.

non predictus abbas similiter suo viceque et nomine dicti conuentus sui premissam concordialem conposicionem, modo quo supra inter ipsos factam et stabilitam iuxta seriem predictarum capituli Zagrabiensis litterarum priuilegialium conposicionalium perpetuo sine diminucione aliquaii se inmutabiliter obseruare velle, in nulloque eandemque(!) se retractaturos fore allegarunt, piuries replicando coram nobis. In cuius rei testimonium presentes partibus ad earundem instanciam sub appensione nostri sigilli autentici duximus concedendas. Datum Zagrabie. sedecimo die termini prenotati, anno domini MCCCLX° prirno.

Iz koaeksa; Priuiiegia mon. b. vir. Marie de Tofrlica no. 45. Kodeks se nalazi 74 arkivu nadbiskupije u Zagrebu: f. B, XL 15. Kukuljević jfura Regni 1T. S.—10.

97.

1361, 17. maja. U Zadru. (Jadre).

Petar Franjin de Lemessio prodaje svoju suvlasničku polovicu kuće, što se nalazi u Zadru (Jadre) kraj sv. Marije de Posterula za cijenu od 200 libra uz običajne uvjete Matiji zvanom Drapaio, sinu Ivana Barbi-a.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo sexagessimo(!) primo, indictione quarta decima, die decimo septimo mensis madii, Jadre; regnante domino nostro domino Lodouico, dei gratia serenissimo rege Vngarie; et tempore reuerendi patris domtni Nicolai de Matafarro, decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac magnifici domini Nicolai de Sec, totius Dalmatie et Crohatie generalis bani et comitis Tadre. Petrus condam Fraacisci de Lemessio, ciuis Jadre, iure proprio et in perpetuum dedit, uendidit et tradidit Matheo uocato Drapaio condam Johannis Barbi de Jadra pro se et suts heredibus et sucessoribus(l) ementi et recipienti medietatem pro indiuiso unius domus, que olim fuit Marini de Lemessio, posite Jadre in confinio sancte Marie de Posterula cum medietate loci et muraliaris contingentis, simul se tenentis cum domo pre[dicta]; cuius domus, loci et muraliaris reliqua medietas pro indiuiso est Matige, filie olim dicti [MJarini de Lemessio. Et eidem toti domui sic indiuise sunt confines: de austro uia con[uicin]alis partim et partim possidet Barthoiomeus de Grisogonis mediante muro comuni; de trauersa possidet [dictus] Bartholomeus de Grisogonis mediante frontali comuni; de borea possident

heredes Miche de Rosa, de . . . . hospitalis sancti Martini et partim Stephanus Michaelis de Soppe; confines uero dicti . . . . locus sancte Marie de Posterula, de trauersa dicta domus, de austro . . . . [Mic]haelis de Soppe et de quirina uia publica; et cum omnibus et singulis, que inter hos continentur confines uel alios, si qui forent ueriores, accessibus et egressibus suis . . . . . . v . . . . [ad h]abendum, tenendum, possidendum et quicquid ei et suis heredibus et sucessoribus deinceps [perpetuo placuerit fa]ciendum, cum omnibus et singulis, que dicta medietas domus, loci et muraliaris ha[bet supra se seu] infra, seu intra [se in] integrum, omni iure et actione, usu seu requisitione, sibi ex eis uel pro eis aut ipsis rebus de iure uel consuetudine modo aliauo pertinentibus. Et hoc pro precio et nomine precii ducentarum librarum denariorum paruorum; quod precium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicto emptore habuisse et reeepisse ac sibi integre datum, solutum et numeratum esse in bona, usuali et legali moneta? Quas rem(!) dictus uenditor se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec ipsarum rerum omnium posessionem(l) acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licenciam omnimodam contulit atque dedit; nec non promittens prefatus uenditor [per se] et suos heredes et sucessores dicto emptori pro se et suis heredibus et sucessoribus stipulanti et recipienti, litem, [questio]nem aut controuersiam ei uel suis heredibus aut sucessoribus de dictis rebus seu parte ipsarum uel . . • . earum ullo tempore non inferre, nec inferenti(l) consentire, set(l) ipsas res et quamlibet earum . . . . in posessione ei et suis heredibus et sucessoribus ab otnni homine et persona legittime [deffendere et excalumpniare] in ratione super se et bonis suis omnibus pressentibus (!) et fucturis(l), omni exceptione [remota], [Actum est hoc] et firmatum pressentibus(l) Nicolao Creste de Grobogna, Thomassio de • . . . . [Djonati de Millano, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drngi rukopis).

Ego Nicolaus Damiani de Qadulinis, iudex examinator manum misi.

(Signum not),

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui, et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Originai na pergameni n gubern. arkivu u Zađru; odio samostana sv. Krsevana, kapsula XXIV. no. 628.

98.

1361, 20. maja. U Zagrebu. (Zagrabie).

Leustahije ban slavonski vraća Ivanu Nikolinom unuku Dominikovom sva dobra njegova strica Filipa Dominikova de Pribych, što . ih je u ime banovo kao ošasna posvojio Ladislav Tomin, Župan zagrebacki i kastelan de Lypouch; ban obrazlaže svoj'u odluku time$_y$ da poslije smrti njegova strica prelazi ova nepokretna imovina po zakonu na stnovca Ivana,

Nos Leustachius regni Sclauonie banus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod licet magister Ladizlaus filius Thome, comes noster Zagrabiensis et castellanus de Lypouch, possessionarias porciones quondam Philipi filii Dominici de Pribych in eadem.Pribvch habitas et existentes, tanquam possessiones hominis sine herede decessi pro nobis occupauerit, tamen quia certa relacione quamplurimorum nobilium edocente Johannem filium Nicolai, filii eiusdem Dominici, filium fratris ipsius Philipi carnalis, qui in heredem eiusdem Philipi succedere debere perhybetur et in quem vniuersa possessionaria iura dicti Philipi per mortem eiusdem de iure noscuntur descendisse fore agnouimus et fuisse. Ideo nos, qui ex debito nostri officii vnicuique quod suum est atribui debemus, neminem iure suo priuare volentes, predictas possessionarias porciones quondam dicti Philipi in dicta Pribvch existentes cum omnibus earum vsibus eidem Johanni filio Nicolai lilii eiusdem Dominici eo iuris titulo, quo ad ipsum dinoscuntur pertinere relinquimus, restituimus et resignamus perpetuo possidendas. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie, feria quinta proxima post festum pentecostes, anno domini M°CCC° sexagesimo primo.

Iz originalnog prijepisa kaptola zagrebačkoga odg, 1361, 23. augusta na pergameni u kr, ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L, no. 33,344. — Stara signat.: N. R. A. fasc. 458. no. 18.

99.

1361. 1. juna. (U Zagrebu).

Kaptol zagrebački oprašta Novojvesi (Nove ville de sancto Joanne de Zagrabia) na molbu starješine Mladena i drugih stanovnika dužna podavanj'a; ujedno određuje, da će novi naseljenici biti tri godine slobodni od svih daća i siužbi.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos considerata nimia desolacione Nove Ville nostre de sancto Joanne de Zagrabia, volentesque eandem diligenter populare, de nostra gracia specialiter facta ac ad instantissimas peticiones Mladen viilici et ceterorum civium nostrorum de eadem, matura deliberacione prehabita, unanimique consensu et pari voluntate universa munera nobis ex parte eorum et a quolibet ipsorum singulis annis proveniencia, ad quorum iustam racionem se iidem cives nostri mediantibus aliis literis nostris privilegialibus, prout alii iobagiones nostri administrare consveverunt, exaccius obligantur, nunc in eadem commorantibus, quam eciam omnibus et singulis in eadem causa commorandi advenientibus, eis et eorum heredibus perpetuo et irrevocabiliter, penitus et omnino duximus relaxanda. Ordinavimus insuper, ut quicumque hominum amodo ad predictam villam nostram ad loca desolata venerit ad commorandum, a die sui adventus per tres annos integros ab omnibus collectis et serviciis nobis debitis sint omnino liberi, quieti et securi. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presentes litteras pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria tercia proxima post festum corj^oris Christi, anno domini millesimo tercentesimo (!) sexagesimo primo.

Prijepis XVII. v. u arkivu kaptola zagrebačkoga.
*Tkalcić Mon. * civ. Zagrab, I. 453. — 454,*

100.

1361, 6, jima. (U Dubrovniku),

Dubrovačka općina šalj'e poruku Mihi de Buckia, te njegovim sinovima ***i*** *nečaku, Kotoranima, koji su stekli dubrovačko građanstvo, da imadu za mjesec dana doći u Dubrovnik, da sudjeluju kod obrane grada, što ga je podsjeo knez Vojislav.*

Exemplum litterarum transmisarum Catarenis(f) civibus, factis Raguseis, habitantibus Cathari.

Nicola de Sara[ca] retor de Ragusa, iudici et chonsellieri de la dita terra al riobile et savio Micho de Buchia cum li fioli sui et suo nievo, fio de Piero, cjtadini nostri de Ragusa, salude et amor. Li fideli et boni citadini in tempo de aversitade cum animo et cum corpo et cum tuto Jor poder deuo essere a defensione et aydo della lor patria. E pero volemo et chomandemo soto pena de non essere eamai nostri ^itadini de Ragusa, che infra I. mese regevando questo nostro chomandamento debie esser cum le persone et cum lo aver vostro a defender et aiutare la citade de Ragusa, la quale contra dio et iusticia e assediada da la oste del conte Vovslavo. Altramente vignando lo termine procederemo contra de vuy sichomo rechia lo ordene de raxion. Sapiando che daremo plena fe a li portadori de questo nostro chomandamento de la presentacion d'esso.

Paulo
Piero de Tripe
£ure de Buchia
Lucha
Jache de Drago
Silvestro de Macedauro
Mico de Marino de Mehxa
Marco fioli de Piero
gugno de Trucolo
Blaxio fiole de Dome de Menze
Marcho de Basseio

Modo suprascripto scripte fuerunt littere.

Lettere e commissioni di Levante vol. 1359.—1380. f. 2b. a.
Libri reformdtiomtm III. 90.—91.

101.

1361. 26. juna. Dopsa.

Na saboru zupanije srijemske pod predsjedništvom Nikole de Gara izriču plemićki suci i prisežnici na tužbu Artiolda de Pochy proti Dioniziju sinu Stjepana bana de Zeurinio osudu, da je tuieni duian povratiti tuiitelju miraz i paraferne njegove maj'ke Jelene,

Nos Nicolaus de Gara, banus de Machou et inter ceteros comitatus comes Svrmiensis, memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali vniuersitati (!) baronum et cuiusuis status eiusdem comitatus Svrmiensis hominibus(!), magistro Mvchaele dicto Petres, homine domini nostri regis et testimonio honorabilis capituli ecclesie Bachiensis[1] presentibus, in villa Dopsa, feria tercia proxima post festum beati Barrabe(!) apostoli celebrata, Johannes filius Arnoldy de Pochy personaliter de medio aliorum personaliter (!) exsurgendo proposuit eo modo, quod magister Dyonisius filius Stephani quondam bani de Zeurinio dotem et res p[ar]orpharnales (!) nobilis domine Elene matris sue karissime de possessione Ewsy vocata dare et soluere teneretur sibi iure regni obseruato; quas quidem res p[ar]orpharnales idem magister Dyonisius eidem soluere non curaret; petendo nos cum instancia, vt iudices nobilium iuratique et assessores dicti comitatus, qualem de premissis scirent veritatem per nos requisiti faterentur. Cumque nos eosdem iudices nobilium iuratosque et assessores predicti comitatus ad fidem deo debitam fidelitatemque domino nostro regi sueque sacre corone regie pro dicenda veritate tacto viuifice crucis ligno nobis prestitam super premissis reauisitos habuissemus, iidem iudices nobilium iuratiaue et assessores iamdicti comitatus Svrrniensis ad prescriptam fidem eorum taliter vnanimi et concordi [attestajcione affirmarunt, quod prenotatus magister Dyonisius de possessione sua Ewsy dotem et res p[ar]orpharnales d[icte nobilijs domine eidem Johanni dare et soluere tenefretujr iure admittente. In cuius attestacionis testimonium pfresentes] litteras nostras patentes eidem duxirnus concedendas communi iusticia suadente. Datum sexto die congregacionis [nostre] antedtcte, in loco prenotato, anno domini millesimo CCC° LX° primo.

Original dosta trošan u knjiznici narod. muzeja u Buditnpešti, iz arkiva barnna Ba/aše.

[1] Slijedi točkama ispušteno: hominibus.

Na hrptu vidi se trag okrugla srednjega pečata u obicnom vosku.
Vjesnik krv. zemalj. arkiva VIIL 168.—169.
Varpi Eleme'r Okleveltdr a tomaj nemzetsegbeli Losonczi Bdnffy csaldd tortenetehez, t. I str. 289. (Budapest 1908.J.

102.

1361, 21. juna. U Zadru. (Jadre).

Marija, udova Miche de Genano, prodaje Tomasi/u de Chugilla svoju kuću u Zadru u kotaru sv. Franje, za 125 libra uz običajne uvjete.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo s[exage]ssimo primo, indicione quarta decima, die vigessimo primo mensis iunii; regnante serenissimo principe domino nostro domino Lodouico, dei gracia rege Hungarie; temporeque reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris, decretorum doctoris, Jadre archiepiscopi, ac magnifici et potentis domini Nicolav de Zeech, regnorum Dalmacie et Croachie bani generalis ac comitis Jadre. Domina Maria, uxor condam ser Miche Genano, ciuis Jadre, dedit, vendidit atque tradidit ser Thomasio de Chugilla, ciui Jadre, ementi et recipienti pro se suisque heredibus et successoribus domum unam positam in ciuitate Jadre in contrata sancti Francisci, cui hii sunt confines: de austro et trauersa domus dicti ser Thom[asii] partim et partim muralie commissarie olim Nicolai condam Marci olim Nicolai comitis; de quirina via publica et de borea muralia dicte commissarie, — ad habendum, tenendum, gaudendum, possidendum et quicquid sibi suisque heredibus et successoribus melius placuerit faciendum deinceps, cum omnibus et singulis suis iuribus et pertinenciis* intra dictos confines ac intra veriores, si qui essent. Et hoc pro precio et nomine precii librarum centum et viginti quinque denariorum paruorum, quas dicta venditrix fuit contenta et confessa a predicto emptore habuisse et recepisse in bona, vsuali et legali moneta. Quam domum dicta venditrix se nomine dicti emptoris constituit possidere, donec de dicta domo cum suis iuribus et actionibus possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps eidem licenciam omnimodam contullit(l) atque dedit. Nec non promittens per se suosque heredes et successores dicto emptori suisque heredibus et successoribus litem, questionem uel controuersiam ei uel suis lieredibus aut successoribus de dicta domo seu parte ipsius ullo tempore non inferre, nec inferrenti consentire, sed ipsam domum dicto emptori suisque heredibus et successoribus ab omni homine et persona legiptime deffen-

dere et excalumpniare, Et predictam vendicionem et precii solucionem et omnia et singula supradicta firma et rata habere et tenere perpetuo, et non contrafacere uel venire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, sub pena quarti dicti precii quociens contrafactum fuerit in singulis capitulis huius contractus; qua soluta uel non, omnia et singula suprascripta et infrascripta firma perdurent; item reficere et restituere sibi omnia et singula dampna et expensas litis et extra, ac interesse. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis dicta venditrix pro se suisque heredibus et successoribus eidem emptori suisque heredibus et successoribus obligauit omnia sua bona presencia et futura. Actum Jadre, presentibus ser Petro de Lemesso et ser Augustino de Zigallis, ciuibus Jadre, testibus ad hec vocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopisj.

Ego Nicolaus Damiani de Qadulinis, iudex examiuator manum misi.

(Signum noU)

Ego Beltramus de Tarsia, ciuis Justinopolitanus, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus interfui et rogatus scripsi ac sollitum(l) meum signum apossui(l).

Original na pergam, u arkivu grof, Begna u Posedarju: P. no. 94.

103.

1361, 24. juna. U Dubici. (Dubycha).

Bandonus Cornuti prior Ivanovaca i pretstavnici toga reda u Ugarskoj i Hrvatskoj (Slavoniji), sakupljeni u svečanom kaptolu toga reda u DuHci, daju županu Brokunu Aleksandrovom de Gora svoj' posjed Kuzepztaynicka u zupaniji dubičkoj (Dubycha)y kao predij uz odredena godišnja podavanja.

Nos frater Bandonus Cornuti, sacre domus hospitalis sancti Johannis Jerosolvmitani per Hungariam et Sclavoniam prior humilis, tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium servitiorum preclaris meritis, que comes Brokun, filius Alexandri de Gora, nobis et domui nostre predicte exhibuit locis et temporibus opportunis et exhibiturum se promisit in futurum, volentes eidem pro huiusmodi suis fidelibus servitiis aliqualiter respondere, de consilio, consensu et assensu religiosorum in Christo nobis karissimorum : fratris Donati, viceprioris nostri et preceptoris domorum nostrarum Albensis, de Crassow et de Gvanich, fratris Petri, castellani nostri castri

sancti Johannis et preceptoris de Rasosa, fratris Albertini, castellani nostri de Moschenvcha et preceptoris domorum de Dubvcha, Suprunio et de Gora, fratris Gwyllermi dicti Altanvz, castellani nostri de Bela et preceptoris de Glogonvcha et de sancto Martino, fratris Raymundi, preceptoris domus nostre de Nona civitate, fratris Bernardini, preceptoris domus nostre de Nasvcha et aliorum fratrum et procerum nostrorum in capitulo nostro in domo nostra de eadem Dubycha, sub infrascriptis anno domini et die solempniter celebrato nobis assistentium in hac parte, quandam possessionem nostram Kuzepztaynycha vocatam, in comitatu nostro de dicta Dubycha sitam et existentem, sub suis metis prioribus et antiquis, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, quoquo modo vocitatis, eidem comiti Brokun et per eum suis heredibus damus, donamus et conferimus ac presentium auctoritate dedimus et contulimus more aliorum fidelium predialium nostrorum regendam, meliorandam, augmentandam, possidendam, tenendam et habendam. Volumus tamen, quod dictus comes Brokun et sui heredes ratione census de dicta possessione quolibet anno in festo beati Martini confessoris unam marcam denariorum in presentia currentium nobis aut preceptori nostro de Dubycha dare, item tria munera consueta annuatim similiter solvere teaeatur; reservando nobis tria iudicia, videlicet violentie, furti et incendii, de quibus due partes nobis vel preceptori nostro de eadem Dubvcha, tertia vero pars ipsi comiti Brokun et suis posteris debeant evenire. Hanc autem donationem et collationem valere volumus et tenere tamdiu, donec prefatus comes Brokun et sui heredes nobis et domui nostre predicte fideles extiterint et predictum censum solverint cum effectu, reservata nobis gratia et libertate per dominum regem de facto predialium facta et comissa. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas sigilli prioratus nostri Hungarie et Sclavonie appensione munitas et roboratas. Datum in domo nostra de eadem Dubvcha, in festo nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M°CCC° sexagesimo primo.

Tkalloczy-Horvath Also Szlavoniai okmdnytdr no. 46₉ p. 66.—67.

104.

1361. 29. juna. (U Dubrovniku).

Zamjenik rektora Nikola Grede sa mahm dubrovačkim vijećem imenuje Nifficho de Gallog-a vrhovnim vojvodom kopnenih ipomorskih sila, koje se šalju na obranu Stona (Stagno); dodjelj'uju mu se dva savjetnika, označuju punovlasti i odreduje opskrba, što je mora svojim vojnicima davati.

In nomine domini amen. Anno domini MIIICLXL, indictione XIIII., die penultimo iunii. Nuy Nicola de Grede, tenendo luogo de misser lo rettor ser Johanne de (Jirieva amalado, cum lo pigolo conseio per auctoritade de lo grande conseyo chomettemo ad ti Nifficho de Gallog, nobel et diletto <jetadino nostro, che al nome de dio tu debi andare capitaneo de tutta la gente de Ragusi et dele III. isole et de la Melita et de Lagusta, le quaie mandemo alla defesa de Stagno; et deli navili armadi, li quali mandamo per defesa del ditto luogo. Et appresso de ti volemo, che sia toi consillieri: Vita de Resti et Michel de Dersa, li quali vien cum ti. Et demovi plenb arbitrio de poder metter pena et pene a caschadun chi ui parera, per esser ben obedidi, et per ben et chonservamento de quel luogo, sichomo poressimo far nuy medesimi circha li homeni a vuy concessi.

Et chometemo vi, che vuy debie star die XV. alla defesa del dito luogo cum la dita gente.

Anchora ve chomettemo, che eongando vuy a Stagno, metendo]a jente in terra, debie mandar la galia in dredo ad Ragusi et scrivene de novelle, et se alguna chosa ve fosse bisogno.

Anchora ve comettemo, che vuy debie dar omne di alli homeni dele III. isole et de la Melita et de Lagusta et del povolo de Ragusa I. libra de biscotto per gaschun et onee III. di forma^o, et me<jo tereier de vino puro, et follari XV. omne di.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380, foL 24. b.
Libri reformationum III. 85. — 86.

105.

1361. 1. jula.[1] U Zagrebu. (Zagrabie).

Leustahije ban slavonski izjavljuje^ da je u posjed dobra u križevačkoj (Crisyensi) iupaniji zvanog Othna, koje je uslijed okupacije po banu Mikcu (Mykch) devolviralo kralju, uveo po nalogu kralja Petra Jakovljevog unuka Henrikovog (Herrici).

Nos Leustachius regni Sclauonie banus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod quia excellentissimus princeps dominus Lodouicus, dei gracia illustris rex Hungarie, dominus noster naturalis, nobis tunc in eius conspectu presencialiter existentibus, audita lamentabili querćla Petri filii Jacobi filii Herrici visisque litteralium instrumentorum eiusdem tenoribus, ex innata sue regie maiestatis munificencia, misericordia motus possessionem eiusdem Othna vocatam, in comitatu Crisyensi existentem, que post mortem predicti Jacobi patris ipsius Petri, — qui tempore expugnacionis castri Lypouch, quod tunc per filios Stephani bani, regie magnitudinis et sacre corone notorios infideles, contra regium honorem minus iuste occupatum detinebatur, in exercitu domini Mykch, quondam bani Sclauonie, et in seruicio regio pro regii honoris exaltacione viriliter dimicando diuersas wlnerum plagas in se assumpmens ex plurium litterarum atestatoriarum et nobilium regni certa atestatiua notificacione miserabili nece interemptus fuisse perhibebatur, — per eundem dominum Mykch banum occupata extitisse et vsque nunc per huiusmodi occupacionem dicti domini Mykch bani erga regias manus fuisse dinoscebatur, quam prefatus dominus rex exhibicione litterarum priuilegialium serenissimi principis domini Karoli, quondam incliti regis Hungarie, genitoris dicti domini nostri regis clare recordacionis, et aliarum quamplurimarum litterarum atestatoriarum coram sua regia maiestate, prelatis et baronibus regni sui per ipsum Petrum exhibitarum ad eundem Petrum omni iure agnoscens pertinere, ad eiusdem Petri humilimam supplicacionem baronumaue et aliorum quamplurimorum regni procerum ac nostram deuotam interuencionem eidem Petro filio Jacobi cum omni plenitudine sui iuris sub suis veris metis et antiquis per nos reddi, resignari et remitti mandauit pacifice tenendam. Ideo nos regiis mandatis cum omni fidelitatis constancia obtemperare volentes predictam possessionem Othna vocatam, que post huiusmodi eiusdem occupacionem hactenus sub nomine regio racione

[1] V. opasku kod listine od 25. februara 1362.

honoris nostri banatus per nos extitit conseruata, cum omni iuris sui plenitudine et vtilitatum integritate sub suis veris et certis metis eidem Petro filio Jacobi eo iure, quo ipsum tangere dinoscitur, manus nostras ex nunc ab eadem vtique retrahendo, iuxta premissum regie maiestatis edictum reddimus, resignauimus et remittimus perhempnali iure possidendam. In cuius dominium eundem Petrum per Johannem Barbatum, familiarem et hominem nostrum, ad hoc specialiter deputatum, legitime introducendo eandem predicto Petro filio Jacobi statui fecimus presencium auctoritate mediante. In cuius possessionarie resignacionis testimonium presentes eidem sigilli nostri banatus autentici pendentis munimine roboratas duximus concedendas. Datum Zagrabie, in octauis festi natiuitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° LX° primo.

Original na pergamem u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti : M. 0. D. L. no. 33.968. — Stara signatura: N R. A. fasc. 1598, no. 19. Na zelenoj svilenoj vrvci visi ošiećeni pečai.

106.

1361, 3. i 9. jula. **(U Spljetu).**

Oporuka Rade Nocosine uđove Rakote l^udrouich (u dalmatinskoj talijanštini).

In Christi nomine araen. Hec sunt particule cuiusdam testamenti publici, cuius tenor talis est:

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem milesimo trecentesimo sexagesimo primo, indicione XIIIL, regnante domino nostro domino Lodouico, benissimo rege Hungarie; temporibus reuerendi patris domini Hugolini, archiepiscopi Spalatensis, magnifici et potentis viri domini Nicolai de Zech, regnorum Dalmacie et Croacie bani generalis, et nobilium virorum dominorum Duymi Bertani, Zuzii Bucca maioris et Theofdosii Leonis] iudicum ciuitatis Spaleti, die tertio iulii. Rada uxor Racotte iacens infirma in domo sua, tamen sane mentis, tradidit in manibus(!) mei Johannis notarii Spalatensis suum testamentum in scriptis, in quadam carta bombacina, clausum et sigillatum, presentibus Radosta Nadalini et Nicola Cherminich, testibus, et Petro Cristoli Papalis examinatore. Post cuius mortem, die nono eiusdem mensis per Franciscum de Bona, notarium communis Spalatensis, coram iudicibus apertum fuit. Cuius tenor per omnia talis est: »Queste Io testamento de Rada Nocosina moglier de Racota (!) Tudrouich. Item sic in prima, a Radman sartor libras

XXX. in monede; item iterum ali frari Menori che se dia per animam de Juane libras X.; item iterum della terra de Sirobugla, che se uenda e che se dia in prima a messer T abade de Solta libras V.; e lo resto che se dia en aiutorio de lo lauorero che fara logo ali frari Menori; item ancora si uol che se uenda meza casa ampresso(!) de ser Josep Marini pro tanto che costa, e se vinda o so figlol Martino Pora conparar questa meza casa, ch'elli si aspetta deschi per anni V.; e che se dia questi denari in aiutorio dela clesia de santo Francescho; item ancora si vol che si dea(!) a cantar le messe libras III., zo che ai della ustra (!); item iterum soura queste cose si vot dicta Rada che siano procuradori: in prima Tolin filius Ceperne Casetich et Radouane filius Stipani calegar et Stipan calegar Zaratino e Vidosclaua mater Martini; item ancora« etc.

Ego Petrus condam Bartholomei de Annobonis de Perzana, imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius inter iuratos communis Spalatensis, predictas particulas, prout in orriginali(f) publico manu[1] magistri Johannis de Ancona, olim notarii iurati dicti communis, inueni, ita hic fideliter assumpsi et transcripsi, nil addens uel minuens per fraudem, que sensum mutet uel uariet intellectum.

(Signum not.).

Originai na pergameni u arkivu jugosl. akademije u Zap'ebu.

107.

1361, 18. jula. (U Dubrovniku).

Rektor Nikola de Saracha sa malim dubrovačkim viječem šalj'e. Lonu de Dersa banu dalmatinskom uz ostalo sa uputom, da ga zamoli za pomorsku vojnu pomoć proti Vojislavu; uj'edno neka oprezno izvidi, je ii bi ban bio volj'an nereivansku (de Narento) trgovinu dati u zakup Dubrovčanima, i uz koj'u cijenu.

Exemplum commissioni (!) facte Lone de Dersa, die XVIII. mensis iulii, XIIIL indictione, quando iuit ad dominum banum Dalmacie.

Nuy Nicola de Saracha, rector de Ragusa, cum lo pizolo consello de la dicta terra commettemo ad ti ser Lone de Dersa, nostro cetadino che al nome de dio debi andar a messer lo ban de Dalmacia et

[1] Pisano dva puta.

fattali la reuerencia, chi li conuien, li debi recomendar intimamente la cetade de Ragusa et tuti li Ragusini, soi cordialt seruidori, et despuo li presentarai la nostra letera.

Et despuo li hauerai presentata la nostra letera se uederai desposto misser lo ban et parerati luogo et tempo, tu saviamente, lo mellor chi parera ala tua discrecion, lo debi informar de queste cose infrascripte; et se non lo vederai disposto, tu "andarai fin ca o trouaray disposto per darti bona audiencia.

Primaramente lo intormarai delo gran dampno, chi ni a fatto conto Voyslauo senza nostra culpa et nessuna occasion arobando, abrusando et destrusando finalmente tuto lo nostro contado, et chomo ne tene assizadi.

Ancora, ca lo dicto Voyslauo fai tutto lo suo podere requirando tuctf sui parenti et amisi, et cum tuta la sua ultima potencia intende de venire a Ragusa et a Stangno a dar vaccalia et prender, se porra.

Et ca de Ragusa non hauemo nienti pagura, ma de Stangno nuy dubitemo per zo, ca za e gran luogo a defender. Debi supplicare da parte nostra a dicto misser lo bano che ii piaqua de darni tosto alguno aydo per mare in lo dicto luogo de Stangno, ca fara placimento et honor de misser lo re, bona fama et curtesia de sua parte, et a nuy grande vttlitate et conforto.

Anchora significarli, chomo hauemo tegnudo Stiepho(!) Qicurič̌h per offender questo nostro inimico. Lo qual Stiepho ha troppo bona zente usada ale nostre contrade, et sa tutti li passi et li luogi. Et questa zente cum alguno aido porria fare grandenissimo damnazion al nostro inimico, chi seria honor de messer lo re et suo, et nostra gloria et vendicta.

Et per questa occasion li debie recomendar da parte nostra lo dito Stiepcho £icurich.

Ancora, chomo dubitemo et verisimilemente eredemo, che lo re de Raxa habia fatto pillare in lu suo tenere tuti li nostri merchadanti. Et perzo li piaqua de hauer bona guardia de quelli de Catharo et de tutti li altri vasalli de re de Raxa, chi se in lo tener de misser lo ban.

Ancora lo informaray, ca la pezor guera, chi nuy podemo fare a quelli de Sclauonia si est de uetare, che non possano hauere sale da nessuna parte, Et debielo tastar perzo sauiamente per bello muodo se volesse dare lo merchado de Narento al comune de Raguxa, et per quanto precio, non affirmando ti nessuna cosa. Et quel chi porray conprender de lu suo volere despuo tu diray a nuy a Raguxa alla tua turnada.

Tutto lo 'auantazo chi ei honor et in aydo dela nostra terra conmettemo a la tua discrecion; ca a sauio, sicho tu, si poco parole se mistieri.

Lettere e commissioui di Levante voL 1359, —1380. f. 27. b. —27 a.
Libri reformationum III. 96.-—-97.
Gelcich~Thalloczy Dipl. Ragus. br. 20, 25—26,

108.

1361. **23. jula.** (U Dubrovniku).

*Općina dubrovačka zabranjuje dubrovačkim trgovcima u Valoni i Draču, te u okolnim mfestima, da uvoze sol u zemlje srpskog kralja (terras subiectas regi Raxie) ili da sudjeluju kod ovake trgovine**

Anno domini 1361., indictione XIIII, die XXIII. mensis iulii. Ex parte domini rectoris ser Nicole de Saraca, parvi consilii et comunis Ragusii misse fuerunt littere Tripe de Goliebo, Mateho de VIta de Georgio, et aiiis merchatoribus de Ragusio existentibus in Auelona et locis circumpositis precipiendo eis, quod nullus ipsorum Ragusinorum vel aliorum, qui pro Raguseis se appellant, audeat vel presumat portare vel mittere sal ad flumina vel terras subiectas regi Raxie, nec habere partem salis, quod mittetur ad dicta loca a!iquo modo vel ingenio, sub pena de ypperperis M. pro quolibet et qualibet vice; et qui accusabit aliquem contrafacientem, habeat medietatem pene et tenebitur de credentia.

Et simile preceptum fuit factum Pasche de Gleya presenti, ut ipsemet precipere debeat per simile preceptum pro parte comunis et dominationis Ragusii omnibus merchatoribus Ragusinis existentibus in Duracyo et locis circumpositis et omnibus aliis, quos poterint aliqualiter reperire.

Lettere e commissioni di Levante 1359-1380. f. 27. a.
Libn reformaiionum IIL 167.

109.

1361. mjeseca jula. (D Dubrovniku).

DubrovaSka općina Šalje Clime de Dersa kao svpg poslanika Stražimiru i Gjuri Balšićima, da sklopi s njima savez proti Vojislavu i Kotoranima, a osim toga da uredi s njima pitanje prod.aje soli na Pločama, i da ih pods/eti$_{f}$ da namire stvari, sto su ih nekim osobama dili oduzeli.

In nomine domini amen. Nuy Nicola de Saracha rector de Ragusa cum lo picolo conseio per auctoritade del maior conseio chomettemo a ti Clime de Dersa, nobile et dilecto citadin nostro, che al nome de dio tu debi andare a li eentili homeni Straoimiri et a £ura de Balsa o che li sera, et queli chomo amici nostri charissimi et gitadini debi li saludar per parte nostra et de tuta la terra cum quele belle parole, che a ti parera, che se convegna.

Et fata la salutacion debi li dir, chomo nuy regevesimo la lor carta per lo abado de Retec, et intendesimo le parole, ch' ello ne dise per parte vostra, bene et saviamentre, E pero a mandado mi da vuy a deverve re^ever in sui cjtadini et a far union cum vuy ad insembre contra li nostri inimici; et a darue sacramento, che vuy, <^ure, cum li nostri(l) Sentili homeni, a mi per nome de tuta la terra, chomo lo rector cum lo suo consello ha gurado al abado de Rotez(!) per nostro nome per parte de la terra nostra. Et de questo sacramento debi far fare una littera simile et per auello muedo, che nuy havemo fatto alor: la qual littera nuy ti havemo data che debi dare a loro; ^oe, che elli debia essere cum noy et noy cum loro, si in tempo de guerra, chomo in tempo de paxe; et che elli possa cum li soi homeni vegnire a Ragusa et deponere et salvare le sue chose et quelle trahere de Ragusa liberamenta, sichomo Ragusei et citadini nostri.

Et fatto lo sacramento debi procurare, quanto tu say et poy, cum li dicti Stra^imiri et (Jura, che elli debia andare sovra li Catharini inimisi nostri per terra cum lo so poder a destrucione et consumamento loro.

Et faremo hanc[1] nuy per mare quello, che potremo contra li dicti Catharini; et che li debia desradigare et consumare le loro vigne et tutto lo suo contado.

[1] Mj. hanco (anchc).

Anchora ti chomettemo che tu li debie dir, che nuy havemo per certa novella, che Voyslavo se sforga de havere a le sue mani la contrada de Budoa per suo dextro et de li nostri inimi^i Catharini. Et se eilo habesse Budoa in le sue mani, a vuy sera destrugione et dampno grandissimo, et conforto de li dicti nostri inimisi. Et nuy desiderando tutto quello, che fosse loro bene et acressemento, li consellemo et confortemo, che li debia mettere tal guardia in lo castello de Budoa et in quella contrada, che non possa essere tolto da sua mano.

Anchora te chomettemo, che tu debi procurar cum li dicti Straeimir et £ura, che, per bene nostro, a lor piaqua de fare si, che sale non se venda per nessuno muedo a Ploca; et questo procura de optenir quanto che tu poy; che questo sera a nuy grandessemo dextro per li fatti nostri.

Anchora ti chomettemo, che habi ad memoria de dire a li diti Straclmir et Qura, che li piaqua de far pagare quelli, a chi tolse le lor chose, chomo elli ha proferto. Et auellv, a chi ha tolto. sono le cedule a ti date, de lor mani scritte.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. f. 28.
Za oznaku datuma gl. Libri reformationum III„ 298.
Gelcich-Tkalloczv DipL Ragus. br. 21,, 26.—28.

110.

1361. koncem jula ili početkom augusta. (U Dubrovniku).

Dubrovačka općina šalje svoga poslanika Lona (Držića) banu dalmatinskome i hrvatskome^ da ga zamoli za posredovanje kod MleČana radi nj'ihova neprijatelj'skog drianja prema Dubrovčanima, a na korist Vojislavu i Kotoranima; osim toga ima poslanik i drugih zanimivih uputd.

Nuy Zoan de Polo de Gondola. retor de Ragusa, cum lo pizolo conseio cometemo a ti, Lono, nostro ambaxador, che al nome de dio debi andar a misser lo ban de Dalmacia et de Croacia per auctoritade a nuy data da lo gran conseio. Et fatali la reuerencia che conuien et recomendatali la citade de Ragusa sauiamentre cum quele bele et ordenate parole chi parera ala tua discrecion li dici:

Primamentre soura lo fato de Stepco Zicurich, de lo qual, tu Lone, ni fasiesti responsion a bocha per parte del dito misser lo ban. Ca nui chamasirno (!) et facesimo venir lo dito Stepco Zicurich a Ragusa ala

nostra presencia et dicessimoli le parole le qual, tu Lone, ne dicesti per parte de misser lo ban. Et ello resposse, ca e contento de esser ala raxon cum Philippo. Et se se trouera torto al dito Philippo, se contenta de esser condanado segondo l' ordene de la razon.

Veramentre perzo che lo dito Stepco e homo de tera de Chelmo et chosi se appella, supplica a misser lo ban, et.chosi domanda, che, misser lo ban li faza raxion segondo usanza de tera [de] Chelmo, dela qual raxon esso uso et sa. Et che non li faza razon segondo usanza Ungarescha ouer de Dalmacia ouer de Croacia, la qual non sa, ni e uso d' auer; che rasoneuel cossa e, che zaschuna raxion debia eser zudegado segondo sua leze et sue usanze.

Et se misser lo ban se contentara et promettera de tenerlo ala raxon de Chelmo, et tu adomandaray una letera aperta de misser lo ban de questa permission per seguritade et cautela de dito Stepco Zicurich.

Ancora recordaray al dito misser lo ban, che in Venetia per la ducal signoria de Venexia ni so arestadi nauili cum nostre mercadandie de valor de duchati XV. M. et pluy, senza nesuna iusta et raxioneuele chasion, solamentre perche tolesimo algune cosse de una condura de Venexia, le qual cosse trouasimo manifestamentre che erano de Voyslauo et de Catarini, nostri capitali inimici. Et pero supplica de parte de tuta la terra a misser lo ban, che li plaqua de scriuer -ala signoria de Venexia de auesta nouitade, che ni fa senza caxion, et che non ni tegna li nostri nauili et le nostre mercadandie senza iusta raxion impazate. Che tute le cosse, che foro. de Veneziani et de altri, ca de nostri inimici, sero integramentre rendute.

Anchora tu diray a misser lo ban, che Io capetanio de le galie de la guardia de Venexia ne scrisse una lettera, dela quale tu li darai la copia, amenazando, che procedera contra la nostra armada sicho contra curseri, se ne mouessimo a far alcuna nouitade contra alcun nauilio, quasi tacitamentre concludando, che remouesemo la nostra armada, cum la qual offendemo li inimici del nostro signor misser lo re et nostri. Et che nuy cum la dita armada fasemo one plaxier et honor tanto a Veneciani quanto a caschaduni altri, saluo ali diti nostri inimisi. Et 'che dalo nostro signor misser lo re de Ongaria, perzo che lontano, non podemo cusi tosto auer remedio sopra questa cossa. Et perzo piaqua a misser lo ban de scriuer ala signoria de Venesia, che debia chomandar alo suo capetanio de le galie, che non se debia niente impazar dela nostra armada et dela nostra guera, che fasiemo contra li inimisi delo nostro signor et nostri. Che plasiera tropo a misser lo re, in loco delo qual e in queste parte de Dalmacia, fara suo honor

et curtesia, et nuy hauera de zo perpetualmentre obligadi. Et hanco misser lo ban debia scriuer una lettera aperta tanto a capitanei de galie de Venexia presenti et futuri, quanto a zascaduni altri capitanei d' altri exerciti de galie, che per honor de misser lo re debiano auer caramentre recomandata *[V* armada dela citade de Ragusa delo nostro signor misser lo re, la qual sta in seruicio contra li inimisi de misser lo re et nostri.

Ancora dirai a misser lo ban, che in fina alla tua partita de Ragusa ancora non era zonto l' omo, chi dixe ca voleua mandar a Ragusa et che nuy aspetamo cum gran brama,

Ancora dirai a misser lo ban, che la oste de Voyslauo, abiando vendemiato et guasto tuto lo nostro contado, se parti. Et perzocha(l) so- nostri vicini niente de men quasi one di certa parte de lor ni discore per tuto lo nostro contado et fanno gran dano de homini et de altre cosse.

Anchora ti cometemo, che sauiamentre quanto porai debi tratar cum misser lo ban per auer lo mercado de Narento per un anno per lo melior precio, che puorai, prometandoli per lo dito mercado fin a la suma de duchati II. M. V. C in zoso. Et ordena se tu poray, che se lo dito merchado ni sera mestieri per uno altro ano, che misser lo ban non ni lo possa toller ni montar ultra questo precio, che li daremo questo anno. Et se lo dito rnercado non li sera mistieri per un altro anno, che lo possiamo refutar liberamentre in man de missier lo ban.

Lettere e commissioni di Leva7tte 1359.—1380. fol. 29, b.—30 b.
Libri reformationum III. 111.—112.
Gelcich Thalloczy DipL Rag. br. 23,, 29.—31.

lii.

1361. 6. augusta. U Zagrebu. (Zagrabie).

Ljudevit kralj' ugarski i hrvatski potvrduj'e osudu Ivana tavernika u parnici grada Zagreba proti kaptolu zagrebačkom radi potvore (v ispravu od 1361. 8< martaj.*

Ludouicus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris [ac] montis sancti Angelt dominus, omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. De singulorum provisione sive comodo solliciti, circa

sanctam matrem ecclesiam, quam cultu veneramur precipuo, curam debemus impendere specialem, ut in ea deo famulantes regio fav.ore sive beneficio adiuti quiete vivant et placabilem ostiam offere valeant salvatori. Prdinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod honorabiles viri Jacobus prepositus ecclesie Zagrabiensis et Gallus archydiacorius Kamarcensis, eiusdem ecclesie canohici, in suis et tocius capituli ecclesie Zagrabiensis predicte personis, ad nostre celsitudinis accedentes conspectum exhibuerint nobis quasdam litteras magnifici viri Johannis, magistri tavarnicorum nostrorum, iudiciarios suos processus ac tenorem quarumdam litterarum nostrarum patencium, super quadam gracia dicto capitulo facta transumptive in se continentes, tenoris infrascripti; petentes nostram excellentiam precibus humillirnis et devotis, ut easdem litteras dicti magistri tavarnicorum nostrorum ac processus iuridicos predictos in eisdem expressos acceptare, approbare et ratificare, pro iam dicto capitulo nostro dignaremur privilegio perpetue confirmare. Quarum tenor is est: *(Slijedi listina od S. marta 1361J.* Nos itaque iustis et modestis supplicacionibus prefatorum Jacobi prepositi et Galli archydiaconi, nostre humiliter porrectis maiestati favorabili pietate inclinati ob spem potissime et devocionem nostram, quam ad beatissimum Stephanum regem et confessorem, regni nostri tutorem et dominum, in cuius nomine glorioso dicta Zagrabiensis ecclesia constructa existit et fundata, gerimus et habemus specialem, cuiusque precum suffragiis devotarum nedum in terris, verum eciam refoveri speramus patria in celesti, pretactas litteras ipsius magistri tavarnicorum nostrorum non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas presentibus de verbo ad verbum insertas, simul cum dicta gracia ac processibus iuridicis expressis in eisdem et contentis acceptamus, approbamus, ratificamus, et de beneplacita voluntate et consensu serenissime principisse domine Elizabet, regine Hungarie, genitricis nostre karissime, ac ex prelatorum et baronum regni nostri consilio prematuro, pro annotato capitulo mera regia auctoritate et ex certa sciencia nostre maiestads perpetue valituras confirmamus presentis nostri privilegii patrocinio mediante. In cuius confirmacionis nostre testimonium firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai, archiepiscopi Strigoniensis, locique eiusdem comitis perpetui et aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, octavo idus augusti, regni autem nostri anno vicesimo. Venerabilibus in Christo patribus et dominis, eodem Nicolao Strigoniensi, Thomo(I) Colochensi, Ugulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi, archyepiscopis; Nicolao Agriensi, Demetrio Wa-

circuitu in metis per medium milliare Theothonicum, cum duabus villis sue regie, ut diceretur, collationi pertinentibus, Banyawaz et Cassich vocatis, ibidem existentibus eidem Jacobo Cesani, et per eum suis heredibus heredumque successoribus nove donationis sue titulo cum omnibus ipsius montis et villarum utilitatibus et pertinentiis universis, sub suis veris metis et antiquis, quibus per priores suos possessores habite extitissent et possesse, eo iure et titulo, quo ad suam regiam dinoscerentur pertinere collationem, dedisset, donasset et contulisset perpetuo et irrevocabiliter possidendas, salvis iuribus alienis. Quarum quidem litterarum exhibitionibus factis, licet in premissa causa inter dictas partes iudicium facere voluerimus et valuerimus, tamen quia idem magister Jacobus adhuc quasdam litteras serenissimi principis dicti domini nostri regis patentes sub suo secreto sigillo in dominica oculi tunc proxime preterita emanatas nobis exhibuerat, in quibus idem dominus noster rex firmis dabat nobis mandatis, quatenus causas, si quas homines seu villani de Banyavaz et de Cassich nostri in presentia contra Jacobum de Cesanis de Jadra militem suum movissent vel moverent, iudicare nullatenus presumpmeremus, sed easdem causas statu in eodem absque iudicali gravamine ad curiam suam in sue maiestatis presentiam transmitteremus iudicandas. Ideo regiis preceptis obtemperare cupientes dictam causam ad curiam regiam in ipsius domini nostri regis presentiam iuxta suum regium edictum duxeramus transmittendam, octavas festi nativitatis virinis gloriose tunc affuturas pro termino coram regia maiestate comparendi assignando. Denique secundo die festi omnium sanctorum proxime elapso nobis Jadre iudiciario pro tribunali assidentibus et causales processus coram nobis litigantium equo liberamine pandetibus (!), prout similiter per alias priores nostras litteras edocebamur, prenotatis Vladiha in sua et predictorum fratrum et proximorum suorum personis et annotato magistro Jacobo in nostri iudicii figura comparentibus et premissam causam ipsorum per regiam maiestatem denuo in nostram presentiam per nos dirimendam transmissam fuisse parili voce referentibus, confessi fuerunt viva voce, quod utraque partium in festo beati Martini confessoris tunc venturo absque crastinatione coram nobis comparere ac universa eorum iura et instrumenta super illo facto possessionario, super quo videlicet inter ipsos materia questionis extita, excitata et incoata, quomodocunque emanata in noštri presentia omni dissimulationis cautela postergata producere et exhibere tenerentur, ambe partes in premissa causa iudicium finale assumpmere. Tandem ipso die festi beati Martini confessoris adveniente prenotatus Vladiha, item Barcha, Dmynek et Bogdan, fratres et proximi eiusdem Vladiha, qui dictam causam pos-

sessionariam sic, quemadmodum annotatus Vladiha contra ipsum magistrum Jacobum exequi velle unanimiter referebant, in personis autem ceterorum fratrum et proximorum suorum absentium sine litteris procuratoriis ad nostram accedentes presentiam, prescripto magistro Jacobo similiter coram nobis astante, quasdam litteras predicti domini nostri Lodovici regis clausas suo secreto sigillo consignatas in festo beati Michaelis archangeli proxime transacto in Zolio emanatas nobis curarunt exhibere, per quarum tenores prefatus dominus noster rex nobis dabat in mandatis, quatenus causam inter magistrum Jacobum Subych, militem suum de Jadra ab una, parte vero ab altera Vladiha filium Vladissa et Dmynek filium Radovani ac fratres eorundem in facto possessionario vertentem, visis ambarum partium instrumentis cognitaque iustitia non more aut secundum consuetudinem Croatorum an Dalmaticorum, sed iuxta legem et consuetudinern Hungaricalem iudicare deberemus. Quarum litterarum tenoribus perceptis et premissis aliis omflibus instrumentis partium per partes coratn nobis in specie reinhibitis earumque continentiis perlectis, predicti Vladiha, Barcha, Drriynek et Bogdan ex parte dicti magistri Jacobi super premisso facto possessionario iudicium et iustitiam per nos sibi postulabant elargiri. In quorum contrarium annotatus magister Jacobus obiciebat(l) in hunc modum: quod, prout ex serie litterarum privilegialium dicti domini regis appareret, dictas possessiones regia maiestas sibi pro suis fidelibus servitiis condonasset, tandemque comes Konth, qui tunc castrum Oztrovicha et alia castra regalia in regno Croatie existentia de regia benignitate tenebat pro honore, easdem possessiones, eo quod ad dictum castrum Oztrovicha pertinebant, recepto litteratorio regio edicto sibi perpetuo statuisset; prenominati autem Vladiha, Barcha, Dmynek et Bogdan, ac omnes alii fratres et proximi ipsorum tunc in superficie ipsarum possessionum residentes, tempore premisse possesšionarie statutionis nullius contradictionis obstaculo sibi obviassent, sed omnium frugum et vinorum ipsorum quartam partem et alia debita et proventus ab anno emanationis dictarum litterarum regalium sibi plenarie aministrassent et servitia cuncta tamquam sui iobagiones ei impendissent; nam antequam easdem possessiones regia maiestaš sibi contulisset, premissa debita et servitia et quartam partem suorum vinoriim et frugum castellario dicti castri Oztrovicha successive existenti semper et ab antiquo persolvissent. Nunc autem, cum ipse

tempore messis et,etiam post messem ad petendum quartam partem frugum ipsorum in dictas villas suas accessisset, predicti Vladiha, Barcha, Dmynet(!) et Bogdan cum omnibus ffatribus et proximis eorum, contra ipsum manibus armatis insurgendo de dictis villis expulisserit, et si non fuge presidio se defendisset, utique ipsum interfecissent; vdvarnicum etiam

suum, qui in sua persona dictos suos census ab eisdem extorquere voluisset, diris verberum plagijs affecissent, duos etiam [famulos suos similiter letaliter wlnerassent, equos eorumdem interficiendo; et sic a festo riativitatis beati Joannis baptiste nunc preterito ipsum in dictas suas viilas non intromisissent, sed easdem pro se ipsis potentialiter occupassent et nunc detinerent occupatas. Que omnia sibl modo prescripto per eosdem fuisse perpetrata exhibitionibus quarundam litterarum, inquisitionalium videlicet capituli Nonensis et conventus de Wrana ecclesiarum, quodammodo declaravit precans nos humiliter, ut de huiusmodi violenta exclusione de dictis suis possessionibus sibi per predictos homines litis intermedio, facto iuris ordine rigorem dignaremur impertire, Hiisque auditis prememorati Vladiha, Dmynek, Barcha et Bogdanus in contrarium ipsius magistri Jacobi respondebant in hunc modum: quod ipsi semper et ab antiquo easdem villas tanquam veri nobiles possedissent, licet vi coacti et potentialiter conpulsi census et debita ac servitia castro Oztrovicha impendissent Eo tamen tempore, quo Konth castellanus dicti castri existendo dictas possessiones ipsi magistro Jacobo titulo regie collationis statuisset, pro eo ipsi eidem magistro Jacobo velamine contradictionis in earundem statutionem non institissent, quia ipse magister Jacobus ipsos universaliter talibus verbis mellicibus et blandiosis leniter allocutus fuisset, ut ipsos in antiquis eorum libertatibus conservaret et semper pauciores census et leviora debita super ipsos extorqueret. Et sic suorum verborum creduli facti existentes statutioni dictarum villarum non fecissent prohibitionem, et usque nunc eidem dictas villas ex causis premissis pacifice uti permisissent. Nunc autem idem magister Jacobus, licet reginalis excellentia nobis ex parte ipsius super facto dictarum villarum eis iudicium et iustitiam facere edixerit, tamen tot et tanta debita ac census ab eis recipere voluisset, que et quanta videlicet castellani dicti castri Oztrovicha tempore primevo super eos extorsissent, que et quos ipsi de premissa regali et reginali gratia confisi dare recusassent, et sic ipsum magistrum Jacobum pro premissis eorum pignora potentialiter recipere volentem de dictis villis expulissent; nec nunc ipsum in easdem intromitterent fruiturum eo, quod dicte ville titulo iuris hereditarii eis pertinerent; ipse etiam magister Jacobus dictas villas ex eorum benivola anuentia usque nunc tenuisset et usus fuisset; nunc autem ipsas villas eorum eidem non sinerent uti et possidere. Verum quia predictus Vladicha in sua et dictorum fratrum suorum personis se de dominio dictarum possessionum Cassich et Banyavaz vocatarum per ipsum magistrum Jacobum exclusos et easdem pro se occupatas fuisse reginali excellentie retulisse, ipsaque reginalis excellentia eisdem Vladicha et suis fratribus per viam iuridi-

cam dictas possessiones seu villas ab eodem magistro Jacobo in nostri presentia requirere, nobisque eisdem iustitiam super premissarum possessionum facto impendere precepisse, ex serie predictarum litterarum seriose reperiebatur. Nunc autem, licet predicti Wladiha et sui fratres per formam iuris contra eundem magistrum Jacobum procedere inceperint, tamen ipsi iuris deffinitionem per nos eis inpartiendam respuentes, sed protinus ex proprie temeritatis audacia innodati contra eundem magistrum Jacobum insurgere cupientes, quamqam etiam eundem magistrum Jacobum in dominium dictarum possessionum per Konth, tunc castellanum Oztroviche, habita ipsa regali donatione, ipsis non contradicentibus proprie vocis oraculo introductum fuisse, et ab eo tempore easdem pacifice possedisse ac se ipsos eidem debita et census persolvisse prenotati Vladiha, Barcha, Dmvnek et Bogdan in nostri presentia affirmabant, tamen eundem magistrum Jacobum de dictarum duarum villarum dominio seu possessione se potentialiter exclusisse non abnegabant, nec nunc eundem in ipsas intromittere velle pluries coram nobis replicando referebant et sic premissam potentiariam exclusionem per ipsos perpetrata (!) fuisse unanimiter conformabant, seque nunc in dominio ipsarum villarum existere referebant. Ideo ne tantarum potentiariarum (!) perpatratores impuniti possint pertransire, nec ipsorum impunitatis audacia similia perpetratoribus queat(!) preberi in exemplum advertentes, ex consuetudine regni Hungarie, qua mediante regalis excellentia premissam causam diffinire et determinare iniunxerat, ac etiam lege regni Croatie approbata per iudices ac nobiles regni Croatie nobiscum assedentes consulta perpendentes, ut si quis in quarumcunque iurium et proprietatum dominio repertus extiterit, non vi vel potentialiter, sed per iuris formam et iustitie processum, per quoscunque iura in eisdem sperant habere, de eorundem dominio excludi possunt et removere, eosdem Vladiha, Barcha, Dmynek et Bogdan personaliter coram nobis astantes pro premissi potentiarii delicti commissione ex utriusque regni consuetudine eosdem in facto potentie et amissione omnium proprietatum et bonorum ipsorum eosdem solum ubique intra limites dictorum regnorum Dalmatie et Croatie contingentium, commisimus et decrevimus fore convictos et condempnatos exstitisse, vigore presentium mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes Jitteras nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum Tvninii, quinto die festi beati Martini prenotati, anno domini M°CCC°LX° primo.

Thaildczv-Horvaih Also-Szlavoniai Okmdnytdr no. 48. p. 09.—76.

128.

1361. 23. novembra. U Zadru (Jadre).

Kresije Rajnerijev de Varicassis prima od svoga tasta Ivana Tomaševog de Petrico miraz svoje žene Fumije uz običajne uglavke.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo primo, indicione quinta decima, die vigesimo tercio mensis nouembris, Jadre; regnante domino nostro domino Lodouico, dei gracia serenissimo rege Vngarie; et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro, decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, et magnifici domini Nicolai de Sec totius Dalmatie et Crohatie generalis bani et comitis Jadre, Cressius condam Raynerii de Varicassis, ciuis Jadre, sponte confessus fuit et contentus se a Johanne Thomassi de Petrigo, ciue Jadre, dante et soluente in dote, pro dote et dotis nomine Fumie, eius filie, sponse et uxoris dicti Cressii pro matrimonio, quod contentus est cum ea, habuisse et recepisse trecentos septuaginta quinque ducatos auri bonos, legales et iusti ponderis; exceptioni non habite, non recepte, non numerate et non sibi date dicte quantitatis ducatorum auri siue dotis, ut dictum est, et omni alii legum et iurium auxilio et omnibus statutis, prouissionibus, reformationibus, ordinationibus et consuetudinibus ciuitatis Jadre pro eo in aliquo facientibus omnino renuncians. Nec non promittens prefatus Cressius per se et suos heredes et successores dicto Johanni uice et nomine dicte Fumie eius filie et suorum heredum et successorum stipulanti et recipienti dictos trecentos septuaginta quinque ducatos auri siue dotes, ut dictum est, tenere, custodire et saluare pro dote et dotis nomine dicte Fumie eius sponse et uxoris secundum consuetudines et statuta Jadre, ac dare, soluere, reddere et restituere dicte Fumie uel suis heredibus aut sucessoribus(I), siue cui ius et casus dederit ipsos trecentos septuaginta quinque ducatos auri, siue dotes in omnem casum et euentum dotis restituende, sub pena quarti stipulata promissa et refectione dampnorum et expensarum litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis obligauit eidem omnia sua bona, presentibus et fucturis; et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum presentibus Nicolao de Uitchoro et Johanne Francisco de Varicassis, ciuibus Jadre, testibus ad hec vocatis et rogatis, et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Jacobus condam Gregori de (^adulinis, iudex examinator manum missi(!).

(Signum not).

Ego jacobus Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius, Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fuit(!) et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P, no. 100.

129.

1361. 3. decembra. (D Zagrebu).

Kaptol zagrebacki svj'edoci, da j'e Dionizij'e Mirkov de Chanouch prosvjedovao na licu> mjesta pred Salomonom Petrovim, povjerentkom banovim, i svečenikom Petrom, povjerenikom kaptola zagrebačkog, proti gradnji mlina na rijeci Razyna, koj'u je zasnovao ispod nj'egovog (Dionizijevog) mlina Dimitrije pok. Dominika bana.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie memorie commendamus per presentes, quod cum nos ad requisicionem Dyonisii filii Emrici de Chanouch pro quibusdam negociis peragendis vna cum Salomone filio Petri, homine domini bani, nostrum hominem fidedignum Petrum sacerdotem, prebendarium ecclesie nostre, pro testimonio transrnisissemus, tandem iidem ad nos reuersi inter cetera nobis retulerunt seriatim, quod magister Demetrius filius condam Dominici bani per homines suos[1] quoddam molendinum in fluuio Razyna subtus molendinum dicti Dyonisii colocasset, per quod sibi dampnum non modicum intulisset. Ideo idem Dyonisius coram eisdem tunc prefatum magistrum Demetrium et homines suos facie ad faciem a collocacione dicti molendini toto posse contradicendo prohibuisset. Et ne silencium eidem temporibus successiuis preiudicet in hac parte, presentes in testimonium premissorum a nobis sibi dari postulauit; quas eidem concessimus iusticia suadente. Datum feria sexta proxima post festum beati Andfree] apostoli, anno domini M°CCC°LX° primo.

Original nft papiru u biblioteci narodnog muzeju u Budimpešti s. a 1361. (pridosao ovamo g. 1897.).*

Na hrptu vidi se trag pritisnuta šiljato-ovalna pečaia.

[1] Slijedt precrtano: »quod«.

130.

1361. 15. decembra. (U Trogiru).

U trogirskom gradskom vijeću upozoruje poslanik kralja Ljudevita Jakov de Arpeano Trogirane, da car njemački (imperator Romanus) i vojvoda austrijski prijete kraljevstvu ratom, te da je s toga potrebno, da se poduzmu mjere za obranu grada,

1301. die 15. decembris. Convocato consilio *etc.* In quo auidem consilio egregius miles dominus Jacobus de Arpeano, ambasciator serenissimi principis domini nostri naturalis, domini regis Ungariae, infrascripta exposuit pro parte predicti domini nostri regis. Primo videlicet: quod prefatus dominus rex, quanto carius potest, salutat nobiles et commune civitatis predicte et fidelitatem eorum, tanquam illos, quos idem dominus rex inter ceteros sibi caros et fideles reputat.

Secundo, quod cum suprascriptus dominus rex plenam gerens fidem de fidelitate civitatis et hominum Tragurii vellit quecumque occurentia sibi cum ipsa civitate participare, infrascripra nova facit suprescriptus(l) dominus rex eisdem ctvibus notificare, videlicet: quod dominus imperator Romanus et dux Austrie videntur velle movere guerram dicto domino nostro regi indebite et iniuste, volentes libertatem regni Unganrie(l) suis viribus usurpare. Unde suprascriptus dominus Jacobus pro parte suprascripti domini nostri regis mandat expresse nobilibus et consilio civitatis predicte, quatenus curam et mentem vigilem habere debeant talem, quod nullus inimicus ocultus corone Ungarie audeat uel presumat nocere domini(l) nostri(!) regis(l) aliquo modo.

Tertio, quod ipsi nobiles et consilium et commune ordinent et disponant talem custodiam dicte civitati et burgo et in omnibus locis oportunis pro tutella et conservatione honoris regis et defensione predicte civitatis, quod nihil de ipsa in sinistrum venire possit, sed ut ipsa civitas provisa et munita valeat statum suum et honorem regis, uti decet, viriliter concervare (!).

Quarto, quod adhibeatur optime mens et talis cautella prudenter habeatur super forensibus euntibus et discurrentibus per ipsam civitatem, quod nihil possent tractare aut disponere contra statum civitatis et honorem corone Ungarie; similiter cautellam et curam continuam habendo de hominibus dicte civitatis, ne aliqui a recto tramite delirantes disponerent se ad aliqua commitenda, que statum civitatis destruerent, et que possint honorem regium aliqualiter defraudare.

Pro executione ordinum predictorum ellecti fuerunt octo etc.

Marinus Quarchi, Nicola Marini, Danoe Cichi, Petrus Joseph, Petrus Cipci, Nicola Zuve, Nicola Azolini, Sode Joannis.

Lucius Memor. di Trau lib. V. cap. 7. p. 277.—278.

131.

1361. 28. decembra.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski daje Dioniziju i Pavlu, sinovima Stjepana bana$_f$ za mnoge zasluge grad Kruftu.

Lodovicus dei gracia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, p[rinceps Saliernitajnus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus [presentibus] pariter et futuris, [presentium notitiam] habituris, salutem in omnium sal-[vatore]. Cum benemeritis favor debitus impenditur et sinus dilectionis panditur, iifsdem] digna merces redditur, deus placari creditur [et sub-diti ad fidelit]atis opera exercenda ferventius incitantur accendunturque spe et desiderio retributionis ampli[oris. Proinde ad universorum] noti-tiam harum serie [volumus pervenire, quod] nos, qui ex preassumpti regii regiminis nostri officio cuncto[rum fidelium] nostrorum subditorum merita animo mfetiri debemus pietatis] et hiis, quos opera sue virtutis regali remuneratione dignos efficiunt, grata [solemus impendere] premia meritorum, reco[rdatis] fidelitatibus et fidelium obsequiorum preclaris et sinceris meritis nobilium [ac strjenuorum virorum comitum Dionvsh et [Pauli], filiorum quondam Stephani bani, fidelium nobis et dilectorum, que ipsos in cunctis nostris et r[egni nostri arduis] expeditionibus pro-speris pfariter] et adversis continue vestigia nostre maiestatis imitantes, sud[oro]sosque lab[ores et] honera(!) expensarum pro exaltatione nostri cuflminis] et honoris incremento semper actu strenuo cum effusione sanguinis suorum proximorum et familiarium virilit[er et constanter] nobis exhibuisse scimus, exhibere sentimus de presenti et exhibituros pro firmo credimus in futurum, vol[entes] eosdem pro premissis eorum obsequiorum laudabilibus servitiis regio prosequi donativo, quoddam castrum nostrum Kruppa nuncupatum, quod ipsi ex nostre regie liberali-tatis clementia, titulo nostri honoris hactenus conservarunt, cum omnibus villis ad ipsum^y pertinentibus [cunctisjque suis utilitatibus et utilitatum quarumljbet [integrit]atibus et pertinentiis universis sub eisdem metis veris et antiquis, quibus ipsum castrum ab olim hfabitum] extitit et possessum, nove donationis nostre titulo dedimus, donavimus et contu-

limus prefatis c[omiti]bus Dionvsio et Paulo, filiis dicti Stephani b[ani], eorumque heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum presentis privilegii nostri patrocinio mediante, salvis iuribus alienis. In cuius donationis [te]stimonium firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri dupiicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre caneellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC. sexagesimo primo, quinto kalendas mensis ianuarii, regni autem nostri anno vicesimo; venerabilibus in Christo patribus et dominis, eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Nicolao Jadrensi, [arc]hiepiscopis; Ragusiensi sede vacante; Nicolao Agriensis, Demetrio Waradiensis, Dominico Transsilvano, Colomano Jauriensis, Dominico electo Chanadiensis confirmato, Ladizlao Wesprimiensis, Stephano Zagrabiensis, Michaele Wachiensis, Petro B[ozn]ensis, fratribus S[tephano] Nitriensis, Thoma Syrmiensis, Johanne Tvnniniensis, Bartholomeo Traguriensis, Demetrio Nonensis, Stephano Farensis, Valentino Macarensis, Matheo Sybinicensis, Michaele Scardonensis, Portiva[1] Sceniensis ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Quinqueecclesiensi et Corbaviensi sedibus vacantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dionvsio voyvoda Transsilvano, comite Stephano Bubek, iudice curie nostre, Johanne magistro tavarnicorum nostrorum, Leustachio Sclavonie, Nicolao de Zeech Dalmatie et Croatie, Nicolao de Machow, banis; Petro Zudor pincernarum, Paulo de Lyzka dapiferorum et' Emerico agasonum nostrorum magistris, ac magistro Konya, comite Posoniensi, aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Thalloczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay 116.—148.

Listina je potvrđena novim kraljevim pečatom u poznatoj formuli 26. februara 1365.

[1] U orig. grješkom Portina

132.[1]

1361.* U Zadru. (Jađre).

[Damjan] sin Pavla de Milegosto prima u ime nasljednika pok. Dobre dug od Matije de Fanfogna:

. . . . [millesimo tre]centessimo sexsagesimo(!) primo, indicione quinta decima, die . . . ., ... [princjipis et domini nostri domini Lodouici, *dei [gracia regis Vngarie] . . . . [nec] non Nicolai de Matafaris, dei et apostolice [sedis gracia archiepiscopi Jadrensis], [et magnifici et p]otentis viri domini Nicolai de Zeech, Dalma[tie et Croacie generalis bani et comitis Jadre], [Damianus] filius condam Pauli de Milegosto, ciuis Jadre, [nomine proprio] et ut procurator Slauige filie sue et Nicola . . . ., [ut de hac] procuracione patet duobus publicis instrumentis, vno scripto manu Beltrami de Tarssia, [ciuis Justinopolitani et] Jadre iurati notarii in millesimo trecentesimo sexagesimo, indicione quarta decima, die quindecimo mensis . . . . [altero] manu Blaxino Brochi, imperiali auctoritate notarii et dicte ciuitatis iurati, in millesimo trecentesimo sexagesimo . . . . quarto decimo mensis februarii et dfomini] . . . . Bartoli de Milano, heredis ipsi . . . . Damiani olim domine [Dobre uxoris ser] Francisci Marci de Visolino, ut paftet instrumento] scripto manu Frfancisci Simeonis] de Mestre, [publici et] imperiali auctoritate notarii et [iura]ti Jadfrensis, sub anno mi]ilesimo trecentesimo quadragesimo . . . . die vigesimo mensis maii. Que quidem domina [Do]bra fuit instituta heres testamento . . . . [ut] patet testamento ipsius condam Francisci, scripfto] . . . . , [du]odecimo mensis octobris manu Michaelis Leofnardi] . . . . [nominijbus heredum predictorum dicte condam domine Dobre et . . . Bartoli supradicti sponte et ex certa sciencia fuit contentus et confessus se habuišse et recepisse ac [sibi inte]gre datum, solutum et numeratum esse a ser Matheo condam Jacobi de Fafogaa, ciue Jadre, libras decem . . . . . . paruorum; quos denarios idem ser Matheus sibi dare tenebatur pro restitucioni librarum centum paruorum, in qua [summa peccunie] ser Jacobus, pater ipsius Mathei, supradicto ser Francisco extiterat obligatus; excepcioni n[on sibi date] et non recepte dicte pecunie quantitatis ab ipso [ser] Matheo occasione predicta idem Damianus [nominibus] omnibus

[1] Mećemo ovu listinu prema naznaci godine u datumu u g. 1361.; indikcija XV. biti će indictio Bedana.. Prema stilu annuneiacionis ne datiramo s razloga, jer za Ljudevita ovo datiranje popušta.

supradictis omnino renuncians. Faciensque i[dem ser Damianus] eidem ser Matheo stipulacione solempni plenam et irreuocabilem securitatem, finem rfemissionem] et pactum de vmquam ipsi Matheo [uel] eiiis heredibus et successoribus ulterius aliquid [petendo de dicti]s libris decem octo paruorum occasione predicta. . . . .[Quam] quidem securitatem, finem, remissionem [ser Damianus] supradictus ipsi ser Matheo solempni stipulatione promisit firmam et ratam, et rata et firma habere et tenere perpetuo et ea atendere et obseruare et nunquam [contra]-facere uel venire per se uel alios aliqua racione uel causa de iure uel de facto. Pro quibus omnibus et singulis supradictis [attjendendis et obseruandis idem Damianus nominibus supfadictis obligauit ipsi ser Matheo omnia bona herefdum condam] Dobre predićtorum ac etiam bona sua propria omnia presencia et futura. Actum Jadre presentibus ser Simone".. . . . . .et Petro filio condam Georgii Grintauc, ciuibus Jadre, [testibus] rogatis.

(Signum not.)

Ego Rangerius. . . . . .imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus notarius. . . . . .interfui et rogatus scripsi et publicaui.

[1] *Onginal na perg. u arkivu grofa Begne u Posedarju: P. no. 101a. Listina fe sva od miševa izjedena.*

133.

1362. 12. januara.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđuje Stjepanu, Ivanu, Nikoli i Ladislavu sinovima bana Nikole, a unucima Stjepana de Lyndva privilegijem svoju ispravu od j§. decembra 1351., kojom daruje spomenutom banu Nikoli posjede Zenthpetur i Markfulde u zaladskoj iupaniji.

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Cum a nobis petitur, quod iustum et honestum est, decet maiestatem regiam facilem prebere consensurn presertim in hiis, que videntur suorum subditorum comodis vtiliter conuenire. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magister Stephanus filius condam

Nicolai bani, filii Stephani de Lyndva in sua, item Johannis, Nicolai et Ladislai fratrum suorum personis ad nostre serenitatis accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes super collacione cuiusdam possessionarie porcionis condam Chene filii Bank de Zenthpetur in eadem possessione Zenthpetur vocata, ipsum olym contingenti(l) et terra(l) seu possessione(l) Mark filii Buza, MarkMde vocata in comitatu Zaladiensi existencium, eidem Nicolao bano patri ipsorum per nos facta, confectas, tenoris infrascripti; supplicans nostre maiestati humiliter et deuote, ut easdem acceptare, approbare, ratificare et pro eodem suisque fratribus predictis eorumque posterys nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Ljudevita od god. 13ol. 15. decembra).* Nos itaque humilimis et deuotis supplicacionibus prefati magistri Stephani benigniter exauditis regiaque fauorabilitate admissis prefatas litteras nostras patentes omni prorsus suspicione et vicio carentes de uerbo ad uerbum presentibus insertas acceptamus, approbamus, ratificamus, easdemque recordatis fidelitatibus et seruiciorum preclaris meritis eiusdem magistri Stephani indefinenti(I) virtute exhibitis nostre maiestati et inpensis simul cum primaria nostra collacione in tenore earundem expressa pro eodem et fratribus suis predictis eorumque heredibus et posteritatibus vniuersis mera regia auctoritate perpetue valituras confirmamus presentis priuilegii nostri patrocinio mediante, saluo iure alieno. In cuius confirmacionis nostre testimonium presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai, archiepiscopi Strigoniensis, locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCC°LX° secundo, pridie idus ianuarii, regni autem nostri anno vigesimo primo; venerabilibus in Christo patribus et dominis eodem Nicolao Strigonienši, Thoma Colocensi, Wgolino Spalatensi, Nicolao Jadrensi, archiepiscopis; Demetrio Waradiensi, Dominico Transsiluano, Colomano Jauriensi, Stephano Zagrabiensi, Ladislao Wesprimiensi, Michaele Vacyensi, Dominico Chanadiensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Syrimiensi, Johanne Tininiensi, Demetrio Nonensi, Valentino Macarensi, Stephano Farensi, Matheo Sibinicensi, Michaele Scardonensi et Portiua Senniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Villermo electo confirmato Quinqueecclesiensi; Ragusiensi, Agriensi, Traguriensi et Corbauiensi sedibus vacantibus; magnificis viris Nicolao Kont palatino, Dyonisio woyuoda Transsiluano, comite Stephano Bubek, iudice curie nostre, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Leustachio regni Sclauonie, Nicolao de Machou banis, Petro Zudar pin-

cernarum, Paulo dapiferorum, Emerico agasonum, Johanne ianitorum nostrorum magistris ac magistro Konya comite Posoniensi, aHisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original na pergameni u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 4240. — Stara signatura : N. R. A. fasc. 540. no. 19.

Na listini visi o svilenoj vrvci tamnoljubičaste boje nešto krnji pecat kraljev s jednostavnim redom legende na obje. strane.

Lisiina je potvrđena novim pečatom o svilenoj vrvci zelene i crvene boje (s dvosirukim redom legende) g. 1365. 6. fammra.

Na hrptu savremena bilješka: Super possessione Markfeulde.

134.

1362. 12. januara. U Zadru (Jadre).

Krševan (Grisogonus) arciđakon zadarski i službenik nadbiskupa zadarskoga potvrđuje, da je primio od opata samostana sv> Krševana u Zadru četrnaest dukata zlata u ime prokuracije za papinskog legata Egidija, biskupa sabinskoga, i to za četvrtu godinu drugog poslaništva.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentessimo(!) LX. secundo, indicione XV., die XII. mensis ianuarii, Jadre; regnante serenissimo principe domino nostro domino Lodouico, illustrissimo rege Vngarie; temporeque reuerendissimi patris domini Nicolay de Mathafaris, decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac magnifici et potentis viri domini Nicolay de Qech, Dalmacie et Crouacie bani generalis et comitis Jadre. Discretus et honestus vir dominus Grisogonus, archidiaconus Jadrensis et officialis domini archiepiscopi Jadrensis, contentus fuit et confessus se habuisse et recepisse ac sibi infrascripto nomine integre datos, numeratos et solutos fore a venerabili in Christo patre domino fratre Johanne de Onciaco, dei et apostolice sedis gracia abbate monasterii sancti Grisogoni de Jadra, ordinis sancti Benedicti, soluente et dante pro quarto anno secunde legacionis reuerendissimi in Christo patris et domini domini Egidii mtseracione diuina episcopi Sabinensis, apostolice sedis legati ad partes Italie, florenos XIIII auri boni, iusti et legalis ponderis. Vnde et pro quibus idem dominus Grisogonus archidiaconus, ut supra, renunciando excepcioni non habitorum et non receptorum dictorum ducatorum dicta occaxione et omni alii auxilio promisit solempniter sine aliqua excepcione iuris uel facti predicto do-

mino abbati stipulanti uice et nomine dicti monasterii ac successorum suorum ulterius dictos ducatos XIIII. auri dicta occaxione non petere nec peti facere per se uel alios, aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, nec eum seu eius successores in perpetuum inquietare uel molestare modo aliquo; faciens eidem domino abbati stipulanti, ut supra, finem, remisšionem, securitatem plenariam de predictis omnibus et singulis, nec non promittens predictum finem, absolucionem et securitatem, omnia et singula predicta firma, rata et grata perpetuo babere et tenere et non contrafacere [uel uenire] per se uel alios aliquo modo, sub pena quarti dicte, quan[titatis pecunie et re]fecione(!) omnium expensarum, dampnorum et interesse litis et [extra; et pena soluta] uel non, nichilominus presens securitatis instrumentum in sua permaneat firmitate. Actum est hoc Jadre, rogatis testibus, scilicet presente Radogo condam Laurencii et Radagio condam Quirini de Jadra et aliis.

(Signum not.)

Ego presbiter Damiani de Pago, nunc morans Jadre in titulo ecclesie sancte Marie maioris, notarius imperiali auctoritate et scriba curie domini archiepiscopi Jadrensis, rogatus scripsi et signo meo consueto roboraui.

Original na pergameni u gubern. arkivu u Zadm; odio samostana sv. Krševana kaps. XXIII. no, 585.

135.

1362. 13. januara. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka upućuje svoje poslanike kod kralja ugarskog Simu de Resti i Ivana Pavlovog de Gondola u stanje mirovnih pregovora između Dubrovnika s Jedne, a Kotorana i kneza Vojtslava s druge strane^ te im nalaže da se povrate, dobiv od kralja konačni odgovor, kuči.

Anno domini MCCCLXII.,indictione XV., die XIII. ianuariL Registrum littere ambaxiatoribus Ungariam destinate. Laurenzo de Volcasso, rettore de Ragusa, iudeci et chonsellieri de la dita terra cum lo consello deli pregadi, ali nobeli et savy Sime de Resti et Johane de Paulo de Gondola, nostri ambaxadori de Ragusa, salute cum sincero amore. Fasemovi a saver ca la signoria ducal de Venexia volse cum integritade tute le chose, che foro tolte dala condura, tanto le chose de Vovslavo, quanto de li Catharini et de cascuno altro, siche de necessa ni sconvene de dare in

sue mani tutte le chose, chi foro tolte dala ditta condura, Et habiandoie recepude in sue mani, la signoria ni fe render tute le nostre chose in Venexia sequestrade. Et fatto questo, la dugal signoria per honor del nostro signor et amico nostro, senca nostra requesta, mando suo ambaxador ser Paulo Quirino a piu de tractar pase inter nuy et li nostri inimisi; la qual pase vuy saveti quanto ni e mistieri; a la qual ambaxada da la ditta dugal signoria per sua bontade mandata regraciandoli, sicho se conviene, resposemo, ca per nuy non e romaso(!), ne romane (!) ne romanera(l) che non se faca tutto quello che e rasonevel et buono, sicho essa, tractando de questa pase, vedera per opera manifesta. De lo fatto deli ambaxadori al bano de Bosna nuy ve demo a saver, ca essi ni scripsero, ca lo ban mando uno suo messo al conte Voyslavo per trattamento de pase. El conte respose, ca non vol pase cum nuy; si che ban die comiado(l)[1] al(!) nostri ambaxadori, che se debiano tornar a Ragusa, ca non se po far niente de pase. Adonque comettemo et chomandemo vi, che debia ti exponer ordenadamente tutte queste chose al nostro signor cum le plui belle, ornate et utile parole, che vi parera per lo stato de la nostra getade, a demandando suo remedio supra 90. Et habuda la sua final resposta, volemo et chomandemo in parte antecedente a vuy data da lo gran consello, che de presente debie vignir a Ragusa.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380, f, 35. b,
Libri reformationum III. 155.

136.

1362. 14. januara. U Višegradu (Wissegrad)

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaie županu Ladislavu de Kewe i de Crassou, da odredi povrat stvari, što ih je oteo đroojici Dubrovčana podkastelan de Kewe Stjepan sin Benediktpv.

Comissio regis et regine.

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fideli suo magistro Ladpzlao] comiti de Keue et de Crassou salutem et graciam. Ex veridica relacione fidelium ciuium nostrorum de Ragusio percepimus, quod Stephanus filius Benedicti vicecastellanus vester de Keue a Paulo filio Nicolai conciue ipsorum centum et sexaginta centenarios plumbi, quod eorum wlgari masa nuncupatur, ducentos et octuaginta florenos[3], item a Marko

[1] Mjesto comando.
[2] Umetnuto iznad linije istom tintom.

et Paska, similiter cohospitibus eorundem, duos equos quinquaginta florenos valentes, sine omni causa et racione ab eisdern abstulisset; que ipsis ad plurima nostra mandata et precepta uobis iniu[n]cta per eundem reddi et restitui non curassetis. Vnde cum nos ipsos ciues nostros huiusmodi dampnum pati nullatenus veiimus, fidelitati vestre sicut prius sic et nunc firmo edicto regio precipiendo mandamus, quatenus mox habita presencium noticia predicta bona modo premisso ab eisdem ciuibus ablata presente Johanne Sclauo, aule reginalis iuuene, homine nostro ad hoc specialiter transmisso, per prefatum Stephanum vicecastellanum vestrum eisdem reddi et restitui sine omni dampno, dilacione et occasione vlteriori facere debeatis, ne super premissis iidem nobis porrigant contra uos querimoniam vlteriorem; secus facere in premissis non audeatis. Datum in VVissegrad, feria sexta proxima post octauas festi epiphanie domini, anno eiusdem M°CCC° sexagesimo secundo.

Original na pergameni u knjiznici narodnog muzeja u Budimpešti a. 1362. (kup/jen g. 1877., a pripadao prije obitelji Rumy_y pak se signatura na hrptu listme fasc. LVI. no. 55. bez. dvojbe odnosi na arkiv ove obitelji).

Na hrptu vidl se trag vehkog priiisnutog pecata; ispod njega: Commissio regis et regine.

137.

1362. 22. januara.

Bilj'eška,

Tractentur regina cum bano et banissa per octo ellectos ad custodiam civitatis cum omnimoda auctoritate et provideatur de Vlachis.

Lucius Note chronologiche foL 14. b. Startne XIII. p. 236.

138.

1362. 20. februara. U Višegradu. (In Vyssegrad).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski povjerava ponovo upravu i ubiranje tridesetnice u cij'elom kraljevstvu Jakobu Saracenu predstojniku srijemske i pečuvske kraljevske komore, te strogo nalale trgovcima, da pod vlasfitom odgovornošću ne obilaze po tajnim futevima tridesetnicđ, već da prolaze onuda, gdje se tridesetnica ubire.

Nos Ludovicus dei gratia rex Hungarie etc. significamus tenore praesentium quibus expedit universis, quod quia magister Jacobus Sara-

cenus, comes camerarum nostrarum Syrmiensis et Quinqueecclesiensis in omnibus servitiis nostris sibi commissis et confisis omni fidelitate semper adstitit nostrae .maiestati, ita ut eius fidelitatis sinceritas extitit nobis nota atque grata. Ideo nunc volentes de amplioribus sibi corifidere, habita matura deliberatione cum domina genitrice nostra charissima ac praelatis et baronibus nostris, tricesimas nostras ubique *'m* regno nostro existentes et omnimodam procurationem earundem cum omnibus suis utilitatibus ad dictas tricesimas spectantibus et ab antiquo spectare debentibus, a manibus quorumlibet sequestratas, dicto magistro Saracheno anno in praesenti iterato duximus committendas, et universos reditus earundem tricesimarum fideliter, ut sibi confidimus, plene administrandos nostrae maiestati. Ex hocque volumus et vobis universis mercatoribus et alterius cuiusvis status et praeminentiae hominibus tricesimas solvere debentibus publicamus serie praesentium mediante, auatenus derelictis et omissis aliis omnibus viis et itineribus vestris indissuetis et de novo adinuentis ad vias veras, iustas et consuetas tricesimarum nostrarum redeatis gressusque vestros faciatis per easdem ac in eisdem iustis et consuetis tricesimis eidem magistro Jacobo, vel suis officialibus persolutis ad loca, quae tenditis, libere procedatis, saivis rebus et personis; aliud facere non ausuri. Nam si quis vestrum in aliis viis novis et indissuetis in detrimentum tricesimarum nostrarum suos progressus et gressus facientes reprehensi fuerint per dictum magistrum Jacobum, tricesimatorem nostrum, vel suos officiales adiutorio et iuvamine universorum baronum, comitum, castellanorum, nobilium et aliorum statuum quorumlibet hominum, item iudicum, iuratorum et civium quarumcumque civitatum et liberarum villarum et quorum tenutis possessionibus et villis ac in medio fueritis reprehensi; quibus dictum eorum adiutorium et iuvamen, sic ubi necessum fuerit eisdem praestandum praesentium serie iubemus ablatione rerum et dehonestatione personarum vestrarum commisimus puniendos; de quo tandem non poteritis nobis imputare. Et hec volumus palam ubique proclamari. Datum in Wyssegrad, in dominica exsurge, anno domini MCCCLXII.

Fejer Cod. dipl Hung. IX. 3., 313. — 315.
Ex autographo Cod. Keler Anal. tom IV. p. 522.

139

1362. 25. februara.[1]

Ljudevit kralj ugarski i hrvatskivraća Petru Jakobovu posjed Othna u kriievačkoj županiji, što ga je poslife smrti obdarenikova oca, Jakova Henrikova, protupravno okupirao ban Mikac na koi'ist kra-Ijevskog ftska.

Lodouicus dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris montis sanctt Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium notitiam habituris, salutem in omnium salvatore. Et quia ab ore sedentis throno in excelso procedit gladius bis acutus, qui nemini parcens contra iusticiam reddit vnicuique, quod suum est, nec videretur regalis sublimitas tramittem (!) tenere iusticie, si in eius dextera iusticia eclipsim pateretur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod quia ex quamplurimorum nostrorum fidelium certis et veridicis relatibus possessionem Othna vocatam, in comitatu- Crisiensi existentem, per quondam Mykch, regni nostri Sclauonie banum, post mortem Jacobi filii Herricy, qui tempore expugnacionis castri nostri Lypoulch nuncupati, quod olim per infideles regie maiestatis occupatum detinebatur, in exercitu eiusdem Mykch bani pro regii honoris exaltacione viriliter dimicando diuersas wlnerum plagas in se assumpmens miserabili necis passione interemptus

[1] Upozorujemo na kronologijsko protivurječje između gornje listine i listine bana Leustahija od 1, jula 1361. (p. 156. ovog sveska). Prvom daruje kralj Ljudevit 25. februara 1362. posjed Otnu spomenutom Petru, dočim u potonjoj ban Leustahije jur 1. jula 1361.(1) uvodi obdarenika u posjed spomenutog dobra; dakle filius ante patrem. Je li se radi o pogrješci u datiranju ili je moguće Ljudevit ponovo učinio isto darovanje, nijesu mogii redaktori ovog sveska temeljem materijala, što su ga imali na raspoloženje, odluciti. Valja ali upozoriti na ove okolnosti:

Listina bana Leustahija od 1. jula 1361. navodi malo ne doslovno naraciju Ljtidevitove listine od 25. februara 1362.

Među biskupima Ljudevitove listine spominje se i Bartolomej trogirski, koji u to doba nije više biskupovao. jer je biskupsku stolicu zasjeo Nikola Casocti već 17. decembra 1361. (V. Eubel Hierach. Cath. p, 490.). No valja spomenuti, da i druge nesumnjive kraljevske listine tog doba (npr. još od 4. aprila 1362.) spominju kao biskupa trogirskog Bartolomeja, no s druge strane opet nesumnjiva iistina Ljudevitova od 12. januara 1362. navodi biskunsku stolicu kao vakantnu.

Nadalje upozoiujemo, da Ljudevit datira gornju listinu sa dvadesetiprvom godinom svoga vladanja, no isto tako su datirane npr. listine od 12. januara 1362. i 4. aprila 1362. (Čini se, da se je uzela cijela 1342. godina kao prva godina vladanja itd.).

fuisse perhibebatur, indebite occupatam extitisse et vsque nunc per huiusmgdi indebitam occupacionem ipsius Mykch bani erga regias manus fuisse; visoque priuilegio olim excellentissimi principis domini Karoli regis Hungarie, pie memorie patris nostri karissimi, et aliarum guamplurimarum litterarum et instrumentorum litteralium exhibicione coram nobis facta ad ipsum Jacobum dictam possessionem de iure pertinuisse cognouimus. Ideo nos orphaneitati Petri filii ipsius Jacobi regia pietate conpacientes potissime ad intercessibilem peticionem Leustachii bani Sclauonie pro eodem Petro factam pretactam possessionem Othna nominatam in dicto comitatu adiacentem a manibus eiusdem moderni nostri bani ac aliorum quorumlibet retrahentes eidem Petro nostre tnaiestati exinde humiliter supplicanti, eiusdem heredibus et heredum suorum successoribus remisimus, restituimus et resignauimus iure perhempnali possidendam et habendam, saluo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilejiales pendentis et autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archyepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC°LX° secundo, quinto kaiendas mensis marti(l), regni autem nostri anno vigesimo primo; venerabilibus in Christo patribus et dominis eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Vgolino Spalatensi, Nicolao Jadrensi archyepiscopis, Demetrio Waradyensi, Dominico Transsiluano, Colomano Jauriensi, Stephano Zagrabiensi, Mychaele Wachiensi, Ladyzlao Wesprimiensi, Dominico Chanadiensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Sirimiensi, Johanne Tyniniensi, Bartholomeo Traguriensi, Demetrio Nonensi, Stephano Farensi, Valentino Macarensi, Matheo Sibinicensi, Mychaele Scarodensi (!), Portiua Seniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Vilhelmo Quinqueecclesiensi electo confirmato, Agriensi, Ragusvensi et Corbauiensi sedibus vacantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio woyuoda Transsiluano, comite Stephano Bubek, iudice curie nostre, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum, dicto Leustachio Sclauonie, Nicolao de Zeech tocius Dalmacie et Croacie et Nicolao de Machow banis, Petro Zwdor pincernarum, Paulo de Lyzka dapiferorum, Emerico agasonum et Johanne ianitorum nostrorum magistris ac magistro Konya comite Posoniensi aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.[1]

[1] Na doljnjem lijevom kraju nalazi se poznati pripisak potvrde kralja Ljudevita pod novim pečatom: »Ad perpetaam rei memoriam« od god. 13 34. 5. maja. Potvrda ova izdana za spomenutog Petra sina Jakobova.

Original na perg. u kr. ugar. drz. arkivu u Budimpešii: M. 0. D. L> no. 33.969, — Stara signatura: N. R. A. fasc. 159 &. no. 20,
Pecati sa vrvcđma su otpali.

140.

1362. 1. marta. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka javlja Pavlu Quirinu, mletačkom posredniku za mir između DubrovČana i Kotorana, da je uputila svoje mirovne izaslanike u Kotor, te ga moli, da potonjima i njihovop pratnji osjegura u Kotoru nepovredivost osobe i imovine.

Die primo mensis marcii. Registrum littere destinate per parvum consilium et V. sapientes supra tractatu pacis domino Paulo Quirino, ambaxiatori Venetorum.

Honorabilis et carissime noster amice, grata saiutatione premissa! Noveritis nos die ultima prope preteriti mensis februarii circa horam vespertinam vestras litteras recepisse, quarum tenore plenissime intellecto iuxta ipsorum continentiam hodie de mane nostros ambaxiatores fecimus in nostro consilio ordinato ser Johannem de Bona, ser Johannem N. de Gondola et ser Nicolaum de Chaboga pro tractatu negociorum, pro quibus vos viriliter laboratis, ad civitatem Cathari adventuros. Quare vestram nobilitatem cum fiducia deprecamur, quatenus a Catharensibus et a quibuscumque vobis expedire videbitur, talem securitatem et fidem dignetur vestra discretio recipere et nobis per latorem presencium destinare, ut nostri ambaxiatores predicti cum omnibus suis famulis et marenariis(!) illos(!) ad dictam civitatem Cathari adventuris, in personis vel in rebus nullam recipiant iniuriam vel offensam. Quam fidem et securitatem vobis primo, ut ambaxiatori ducalis dominii, de suo mandato intercessori in tractatu huiusmodi, et nostris ambaxiatoribus cum suis famulis et marenariis, ut prefertur, a dictis nostris emulis pro maiori securitate petimus elargiri.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. f. 36. a.
Libri reformationum III. 165.—166.

141.

1362. 12. marta. (D Dubrovniku).

Općina dubrovačka opozivlje svoga poslanika u Apuliji Mihajla de Cahoga, te tnu obustavlja plaću, što ju je kao poslanik dobivao.

Copia cuiusđam littere destinate Michaeli de Caboga, syndico comunis in Apulea.

Jacomo de Menge rector de Ragusi, iudici et chonsellieri de la dita terra al nobile et savio Michel de Caboga salute et tutto bene. Per auctoritade del macor conseio te chomettemo et chomandemo, che recevuda questa lettera debi vignir a Ragusa cum li primi. Et se per tui fati voli remagnir de la et tu remagni a tuo plasier, sapiando, che da quela ora avanti che receverasi questa lettera non lucrarasi plu soldo per parte del nostro comun.

Lettere e commissioni di Levante vol. 1359.—1380, fol. 38. a.
Libri reformationum III. 167.

142. •

1362. 17. marta. (U Zagrebu).

Pred zagrebačkim kaptolom prodaju u ispravi navedeni plemići de Pribjch svoj posjed Brebrouch u Podgorju (in Podgoria) zagrebačkom gradanu Crisanu Marenovom za 18 maraka kraljevskih dinara uz obicajne uvjete.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes tenore presen[cium significamus quibus ex]pedit vniuersis, quod domina Buna vocata, relicta condam Johannis litterati de Pribvch, pro se et Margaretha ac Clara filiabus suis, item Endrey filius Braysa, Iwan filius Scepsa, Nicolaus fiiius Stephani, Georgius filius Benk et Petrus filius Georgii de eadem ab vna parte, ab altera vero Crisan filius Maren, ciuis Grechensis, in nostri presencia personaliter constituti, eadem domina suo et dictarum filiarum suarum nomine et predicti nobiles quandam possessionem eorum Brebrouch vocatam in Podgoria existentem cum omnibus suis vtilitatibus, videlicet terris arabilibus, vineis, fenetis, aquis et siluis ac aliis pertinenciis ad eandem spectantibus vniuersis, dixerunt et confessi sunt se eidem Crisano et per eum suis heredibus

heredumque suorum successoribus pro decem et octo marcis bonorum denariorum regalium nunc currencium uendidisse, tradidisse et assignasse, receptis et habitis ab eodem vt dixerunt, ymo coram nobis vendiderunt, tradiderunt et assignarunt iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam in filios filiorum et heredes, saluo tamen iure alieno. Asumpserunt et obligarunt se predicti nobiles et dicta domina nomine suo et filiarum suarum predictarum prenominatum Crisanum et suos heredes temporibus oportunis ab omnibus racione dicte possessionis inpedire volentibus expedire laboribus eorum propriis et expensis; litteras eciam et instrumenta quibus mediantibus eandem possessionem possiderunt, si que per quem vel per quospiam fraudulenter fuissent occultate, mortuas, cassas et inanes reliquerunt et viribus carituras earumque exhibitoribus vbique nocituras, si vnquam per quempiam in lucem proferentur. In eius rei testimonium, memoriam, et firmitatem perpetuam presentes litteras pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria quinta proxima post dominicam reminiscere, anno domini M°. CCC°. LX° secundo.

Original na pergameni u kr. ug. drz. arkivu u Budimpešti: M. O D. L. no. 33.925. — Stara signatura: N. R. A, fasc. 1539. no, 40.
Na crvenoj svilenoj vrvci visi pecat.

143.

1362. 19. marta. (CJ Dubrovniku).

*Općina dubrovačka upućuje svoj'e mirovne odaslanike u Kotoru, da se povrate kući, ako ne mogu postignuti, što im je naređeno**

Jacobus de Menze, rector comunis Ragusii, iudices, consilium parvum et rogatorum cum V. nobilibus ad tractatum pacis deputatis salutem et omne bonum. Noveritis vestras litteras cum copia commissionis Mate de Besanti nos recepisse die sabati, XV. mensis huius de mane; quarum tenore intellecto sic uobis duximus respondendum per presentes: ut quod si potestis optinere secundum comissionem nostram, bene quidem; et si non, illico Ragusium venire debeatis pulcriori modo, qui vestre prudentie videbitur expedire, per barcham.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. foL 38.3.
Libri re/ormationum IIL 168.

144.

1362. 19. marta. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka zahvaljuje mletačkom posredniku za mir izmedu DubrovČana i Kotorana (Pavlu Quirinu) na trudu, što ga je uložio, da do toga mira dođe, te ga pozivlje, da posjeti Dubrovnik u svrhu nekog dogovora.

Honorande domine ambaxiator, amice noster dilecte, votiva salutatione premissa! Vestre egregie nobilitatis amicabiles litteras recepimus in hac die, quarum tenore intellecto sic uobis per presentes duximus respondendum: quod manifeste cognoscimus, quem laborem nimium atque sinistrum substinuistis circa tractatum pacis et pro honore dominacionis ducalis ac amore nostri. Et nihii pro vobis remansit, quod bene et sapienter non sit per uos procuratum atque gestum. Quapropter vobis referimus gratias infinitas tanquam nostro fratri et amico, quem semper reputavimus et credimus reputare, offerentes nos vobis et omnibus vestris promptos atque paratos ad omnia vestra comoda et honores. Litteram autem, quam dirigimus ducali excellentie cum presentibus alligatam, placeat vobis portare vobiscum et ipsam eidem dominationi presentare. Insuper vestram nobilem fraternitatem exoramus, quatenus vobis placeat et velitis applicare Ragusium, si.cum vestro comodo esse poterit, quia nobis erit placibile multum, ut conferre aliquid vobiscum valeamus.

Lettere e commissioni dl Levante 1359.—1380. f. 38, b.
Libri reformationum III. 168.

145.

1362. 22. marta. U Križeveima. (In Crisio).

Pred zemaljskim županom križevačkim Stjepanom Demetrijevim prodaje Toma Mihajlov Hungarus zvan Zakalas sa svojim sinovima Andrijom i Ivanom uz privolu susjeda svoj posjed Jalsouch velikom županu križevačkom i šimeškom (Crisiensi et Symigiensi) Pavlu za 28. maraka kraljevskih dinara.

Nos Stephanus filius Demetrii, comes terrestris Crisiensis, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Thomas filius Mvchaelis Hungarus dictus Zakalas tam pro se,

quam pro Andrea filio suo cum sufficientibus litteris procuratoriis capituli Chasmensis ecclesie, nec non Johannes filius eiusdem Thome Hungari ab una parte, magister Paulus, magnus comes Crisiensis [et] Symigiensis, parte ex altera personaliter coram nobis constituti, idem Thomas Hungarus filius Mychaelis in sua et And[ree] filii sui prenotati, sicut superius est expressum, personis ac Johannes filius predicti Thome, astantibus tunc et consencientibus vicinis seu commetaneis possessionis ipsorum Jalsouch vocate, eandem possessionem eorum Jalsouch cum omnibus vtiiitatibus suis et pertinenciis vniuersis, sub signis, terminis, metis [nouis] et antiquis prioribus, quibus ad ipsum Thomam et suos filios ac heredes extitisset deuoluta et possedissent(I), prenominato magistro Paulo, magno comiti Crisiensi et Symigiensi, domino de sancto Nicolao, dixerunt et confessi sunt pro viginti et octo marcis denariorum regalium nunc currencium, plene ab eodem receptorum, vendidisse, tradidisse et assignasse, ac per eundem magistrum Paulum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam et habendam nullo contradictore existente; presentibus vicinis et commetaneis suis inibi existentibus et quamplurium(!) virorum(!) proborum(l) tunc adherencium(l). In cuius rey memoriam perpetuamque stabilitatem presentes litteras nostras duximus concedendas. Datum in Crisio, feria tercia proxima ante dominicam letare, anno domini M° CCC° LX° secufnldo.

Original na izblijeđeloj pergameni tt kr. ugar. državnom arkivu u Buđimpešti: M. 0. D. L. no. 35 873; bivša zbtrka Kukuljevićeva.
Na listini je nešto svilene vrvce crvene boje, pecata vise nema.

146

1362. 23. marta. (U Zagrebu).

*Kafitol zagrebački prepisuje na molbu naseljenika de Pernya privilegij mladog kralja Bele od g. 1225. (Cod. dipL III. p. 252.—*253.^.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod anno domini MCCCLX° secundo, feria quarta proxima post dominicam oculi, Georgius filius Wlchk villicus, Wlk filius Petyne, Tuxa filius Mareni et Chernech filius' Gerdine, hospites de Pernya, ad nostram personaliter accedentes presenciam exhibuerunt et presentauerunt nobis quasdam litteras priuilegiales felicis recordacionis serenissimi principis domini Bele condam regis Hungarie tenoris infrascripti, petentes nos cum instancia,

vt tenorem earundem de verbo ad uerbum transscribi et presentibus inserri(I) facere dignaremur. Quorum nos peticionibus vtpote iustis et congruis annuentes, tenorem earundem de verbo ad verbum transcribi et appensione nostri sigilli autentici fecimus consignari; quarufn tenor sequitur et est talis: *(Slijedi listina kralja Bele od god. 1225.).*

Original na pergameni u kr. ugar. drš. arkivtt u Budimpesti: Mi O. D. L. no. 32.912. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1531. no. 2.
Na listini nalazi se vrvca crvene i narančaste boje; pecat manjka.
Kukuljević jfura regni L p. 133,

147.

1362. 25. marta. U Trogiru. (Tragurii)

Nikola de Zeech ban dalmatinski i hrvatski na molbu Trogirana, đa zabrani Morovlasima, da na njihovom području pasu svoje blago, odgovara, da radi velike suše treba sadanje stanje da ostane do slijedećeg Đurdevog dana; no unaprijed da ne će biti nikome Morovlahu dozvoljeno, da se zadržava na rečenom teritoriju odnosno da tamo pase ili napaja svoje blago.

Nos Nicolaus de Zeech, regnorum Dalmatie et Croatie banus, memorie commendantes significamus quibus expedit universis, quod cum nobiles viri civitatis Tragurii, serenissimi principis domini nostri regis Hungarie fideles et dilecti, sepe sepius in eo videlicet, quod quedam particula gentis Morlachorum ipsius domini nostri regis intra confmes et terminos dicte sue civitatis, seu in territorio ipsorum descendissent, ymo et alii Morlachi intra confines et terminos civitatis eorum figendo tentoria. ipsorum animalia seu pecudes ad aauandum intra metas terminorum ipsorum depellendo damna non modica in satis seu bladis, nec non et vineis, pascuis et gaiis incessanter irrogarent pro comune civitatis eorum; nec non et singulares persone ipsius civitatis, si successivis temporibus per ipsam gentem similia perpetrarentur, in maximam egestatem possent devenire, et popularibus hominibus destituentium[1] querimoniam porrexissent, supplicantes nobis, tamquam vicario generali in dicto regno Dalmatie per auctoritatem domini nostri regis constitutus(!), et personam regie maiestatis in hiis partibus representanti, ut ipsam particulam gentis Morlachorum de ipsorum territorio repellere, ipsorumque agriculturas, seu terras et pascua eis et eorum predialibus,

[1] Ima biti po svoj prilici consencientibus.

ac popularibus pacifice et quiete iuxta antiquorum piorum regum collationem et sanctionem vti, frui et possidere committere dignaremur. Quorum nos dignis et iustis postulationibus fauorabiliter inclinati, quia de metis et cursibus metarum dicte civitatis, quamquam tenoribus ipsius civitatis sigillis antiquorum regum vallatorum aliqualiter extiterimus informati, nequaquam tamen eisdem metis absque reuisione eorundem certitudinaliter poteramus reminisci, volentes quoslibet et specialiter huiusmodi sacre regie corone et per consequens regie maiestatis a perpetuis temporibus tam fidelissimos, tamque devotos in ipsorum iuribus indemniter conservari, dum ad reuisionem iurium et instrumentorum et demum iuxta eorumdem tenorem cursum metarum antefate civitatis personaliter accessissemus; denique quia visis et perlectis continentiis et tenoribus quamplurimorum privilegiorum piorum regum regni Hungarie felicis recordationis, donationibus et libertatibus per [e]osdem ipsis pro fidelibus obsequiorum meritis factis et concessis diligenter et perspicue consideratis et visa confirmatione ipsorum privilegiorum per modernum dominum nostrum regem facta, metas et confines dicte civitatis ambiendo et arnbulando circumivimus, quia quamplures Morlachos inter ipsorum confines et territoria descensus ipsorum facientes aliosque extra confines et terminos fixis tentoriis et domunculis factis pro adaquandis animalibus et pecudibus eorum intra eorum territoria per blada et vineas descendentes damna non modica eidem civitati irrogantes reperimus et adinvenimus. Licet ipsa particula gentis Morlacorum ab huiusmodi alienorum territoriis excludi et depelli per nos immediate debuerint, tamen quia temporis nimia siccitas et onerosa nunc ad presens in tantum imminebat, ac etiam agnellorum teneritas ipsorum Morlaccorum affuit, vt dum ipsi Morlachi presenti tempore a loco ipsius habitationis remoti fuissent in maximum damni periculum incidi potuissent, idcirco positis nostris petitionibus erga ipsos nobiles et viros fideles Tragurienses in tantum ipsi condescenderunt, ut ipsi Morlachi a die [e]manationis presentium, usque ad festum sancti Georgii martiris nunc proxime venturi intra ipsorum terminos excepto loco intra columnam et molendina sito, ad quem ipsi Morlachi nequaquam intromittere audeant, ne ipsorum animalia et pecudes intra dicta loca ad adaquandum pellere presumant,. manere et absque illatione alicuius damni et irrogatione aiiquarum iniuriarum animalia seu pecudes eorum depascere queant atque possint. E converso autem jios, ut premittitur, domini nostri regis vicarius generalis seu banus assumimus, immo vigore presentium eisdem nobilibus seu communi civitatis Tragurii spopondimus, ut a predicto festo sancti Georgii martiris nunc proxime affuturo per tempora perpetua nullus Morlaccorum, nec aliqua gens de ipsorum progenie intra confines et

tertninos metarum communis dicte civitatis descensus facere, nec ipsorum terram depascere, eorum pecudes seu animalia ad adaquandum seu pascendum pellere possint et valeant modo aliquali. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras eisdem civibus Tragurii duximus concedendas. Datum in dicta civitate Tragurii 25. mensis martii, anno domini 1362.

Listina je potvrćtena iste godine in festo exaltacionis s. crucis.
Lucius Memorie di Trau p. 279.—280.
Feje'r Cod. dipL Hung. IX. 3. 336.-338.

148.

1362, 27. marta. (U Dubrovniku),

Općina dubrovačka daj'e upute zapovjedniku dubrovačkog brodovlja pred Kotorom Nikoli de Cavarnigo, kako i na koji način imade provoditi blokadu kotorske oblasti, i koje stvari imade smatrati kontrabandom.

Die XXVII. marcii. Nos Jacobus de Men^e, rector comunis Ragusii, iudices, consilium et comune terre eiusdem cum consilio rogatorum, nobili et sapienti viro Nicole de £avarnigo, capitaneo nostre armate et suis consiliariis salutem et omne bonum. Comittimus et precipimus, quod vos debeatis offendere nostros inimicos Catarenses et homines Voyslavi de Voyno, quantum poteritis in mari et in terra cum salvamento vestro et vestrarum gentium ac cum honore Ragusii. Et quod non debeatis impedire aliquod navigium Venetorum aliquo modo eundo Catarum, nec redeundo, preterquam si iret Catarum cum victualibus, grasia, sale vel cum armis, ultra arma necessaria pro eorum nauigiis; et inquirendo đe armis transeatis curialiter; nec etiam aliquod navigium forestinorum exeundo de Cataro cum mercationibus suis debeatis impedire, sed bene possitis examinare, si essent mercaciones inimicorum, et possitis dare iuramentum dictis forestinis, quorum sint dicte mercaciones. Et si inveneritis aliquod navigium forestinorum volens intrare Catarum. sine nostra licentia, non dimittatis illud intrare, sed dicatis ei, quod vadat alio,. quo voluerit. Et si omnino velet intrare vtolenter et vos illud Ragusium destinetis. Et sciatis, quod mittimus vobis I. litteram.presen-, tibus alligatam, quam nobis misit ducale dominium Veneciarum, responsuram illi, quam sibi missimus(!) pro illo navigio de sale, quem emimus volens ire Catarum. Et illam litteram vobis mittimus ad hoc, qu.od

possitis illam ostendere unicuique navigio Venetorum, quod velet ire Catarum cum victualibus, grassia, sale vel armis, quia intentio ducalis dominij est, quod aliquod navigium suum non vadat Catarum cum dictis rebus. Et istam litteram ducalem debeatis bene custodire ad hoe, quod omni tempore, quod est opportunum, possit demonstrari.

Et litteram domini bani Dalmacie et Crohacie, quam nobis prius misit, prout scitis, vobis mittimus cum ista alligatam ad hoc, ut illam possitis ostendere capitaneo gallearum Culphy et aliis capetaneis et comito gallearum et navigiorum armatorum.

Et istam litteram ducalem et litteram domini bani debeatis assignare et recomandare, quando veniet vestrum eambium, capitaneo et consiliariis futuris ad hoc, ut vadant de capitaneo in capitaneo(l).

Lettere e commissioni di Levante voL 1359.—1380, fol. 39. b.
Libri reformationum III. 171.—172,

149.

1362. 29. marta. U Zadru. (In Jadra).

Martin Bogdanov, seljak iz Rogove, prodaje Ivanu Dragovanovom četvrti dio solane u mjestu Boxana kraj Biograda (Belgrad) za deset libra uz običajne uvjete.

nomine

centesimo sexagesimo secundo, indicione quinta decima, die vigesirno nono mensis marcii, Jadre; regnante serenissimo principe domino nostro domino Lodouico, dei gratia rege Hungafie; temporeque reuerendt patris domini Nicolay de Matafaris, decretorum doctof is, archiepiscopi Jadfensis, ac magnifici et potentis domini Nicolay de Zeech Dalmacie et Crohaeie bani et comitis Tadre. Martinus condam Bogdani de Rogoua, villanus monasterii de Rogoua, dedit et vendidit Juano condam Dragouani de Rogova quartam partem et omne ius suum sibi spectans de vna saiina posita ad Belgrad in loco uocato Boxana; quibus salinis confines esse dicuntur: de quirina mare, ab aliis partibus terretoria (l) moaasterii de Rogoua, — que quidem saline, quarum quarta parS sibi procedit, sunt certorum consorcium et conuicinorum de Rogoua, — ad habendum, tenendum et possidendum et quidquid eidem emptori suisque heredibus et suecessoribus deinceps placuerit faciendurri, cum omnibus iuribus et pertinenciis dicte quarte parti spectantibus quoquomodo, saluis tamen iuribus dicti monasterii de Rogoua; pro precio librarum deeem denario- *

rum paruorum, quod prećium dictus venditor fuit contentus et confessus se ab eodem emptore habuisse et recepisse, ac sibi datum, numeratum et solutum fore; excepcioni non habiti et non recepti dicti precii omnino renuncians, nec non promittens per se et suos heredes et successores dicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti de dicta re vendita seu parte ipsius litem uel questionem ullo tempore non inferre iiec inferrenti consentire, set(!) ipsam rem venditam cum omnibus suis iuribus et pertinentiis defendere et excalumptiiare ab omni persona et vniuersitate in racione sub pena quarti et 'fefectione omnium expensarum, dampnorum et interesse litis et extra[1]; et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum in sua firmitate perduret. Actum presentibus ser Stephano de Qualis et ser Gregorio de Zadullinis, ciuibus Jadre, testibus vocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus condam Francisci de Fafogna, iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Ego Blasinus Brocus, imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, predictis omnibus interfui, rogatus scripsi et roboraui.

Original na pergameni u gubern. arkivu u Zadru, odio samosiana rogovskoga no. 69.

150.

1362. (1. aprila?). (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka šalfe Mihaj'la de Babalio i Vlaha de Grede kao svo/e poslanike iupanu Senchu sa uputoni, da saslušaj'u njegove zahtjeve^ te da ih saopče u Dubrovnik; a osim toga, da zatraie na mirenje nekih šteta i popaša.*

Nuy Marino de Menge rector de Ragusi, iudeci et consellieri de la dita terra, chometemo a vuy Michel de Babalio et Blaxio de Grede, nobili et dileti citadini nostri, che al nome de dio debie andar da Sencho in fina Gurla* — se vuy no pode far che el vegna a san Stefano de Ombla o in Ombla ^oso a la marina, — et debio lo saludar per parte nostra cum quele bele parole, che a vuy parera che se convegna.

Et ^oncando vuy cum esso, debie li dire: »Per chasion, che tu scrivisti a la terra, che tu voleui' vignir in Ciurla e ehe la terra te devese

[1] Pisatio dva puta.

mandare alguni centilhomini dati a parlare de algune cosse, perche tu non podevi scriver per letera, que!o che fasieva luogo a parlar; e pero ha mandado nuy qua da ti ad oldir co che tu voli dire.«

E per chasion, che nuy avemo intieso, chel vuole domandar algune cosse, le qual non savemo certamentre sello le domandara o no, e pero spvra de co non ve demo niente in comission. Et se el ve domandara alguna cossa, et vuy li pode dire, che de go non e dado comission, ma vuy per parte nostra responde per lo piu bello muedo, che vuy pode et che a la vostra discrecjon parera che se convegna; et mandene significando, che domanda et vole per vostra lettera; et aspecte la nostra resposta.

Et recordeli et diseli, che molte fiade nuy ii scrivessemo de li dampni et de le pasture fatte per li soi homeri in le nostre possessioni de la starea, et ello si ni scrisse, che nuy debessemo far vider et extimar li dampni, che ello faria pagare omne chosa, et nuy li fessemo vedere et extimare; et fo stimadi li dampni fatti per li soi homeni ipperperi VC.

Anchora dise li et rechorde li de li dampni, chi fo fatti in Ombla per li homeni de lo conte Voyslavo, coe de li homeni nostri, che fo morti et presi et arobadi; cereando de poder stare seguramente a la tua fe in quella contfada sichomo tu proferisti.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. fol. 40. a.
Libri reformaiionum ***III.*** *173.—174:.*

151.

1362. 3, aprila. II Koprivnici. (Sub castro Caproncha).

Pred banom slavonskim Leustahijem izjavljuje Ivan sin Dorozlaia, da Gjuri sinu Hedrikovu (Hedrici) otpušta sve sudbene globe, na koje je potonji bio njemu na korist osuden pred zufanom kriievačkim (Crisyensi).

Nos Leustachius regni Sclauonie banus memorie commendamus, quod magister Johannes filius Dorozlai coram nobis personaliter constitutus vniuersa iudicialia grauamina, in quibus Georgius fliius Hedrici contra ipsum coram comite Crisyensi quoad suam porcionem iuridice dinossceretur (!) fuisse agrauatus, eidem diuini nominis intuitu, ad eiusdem humilimam supplicacionem misericordia motus totalem et omnino relaxasset et relaxauit coram nobis, reddendo ipsum super ipso iudiciali

grauamine, quoad suam porcionem, per omnia expeditum. Datum sub castro Kaproncha in dominica iudica, anno domini M°. CCC°LX° secundo.

Original na vrlo izbljeđelom papiru, u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 35.222. Stara signatura: Acta monast. de Garig, fasc. II no. 3.

Na hrptu listme vidi se trag velikog okruglog pecata.

152.

1362. 4. aprila.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđ&je listinu kaptola čazrnanskog od 2. septembra 1325. (Cod. dipl. IX. p. 258.—259.), koja sadržaje listinu istog kaptola od g. 1273. (Cod dipl. VI. p. 55.—56.J.

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus omnibus Christi 6delibus presentibus pariter et futuris salutem in omnium saluatore. Sancta et salubris est deuocio deo seruientibus manum caritatis elargiri, de quibus pie confiditur, quod eorum oracionibus assiduis ira sumpmi iudicis flectitur et celestis aule ianua aperitur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod vir religiosus frater Emericus, laycus conversus ordinis sancti Pauli primi heremite, in personis prioris et conventus fratrum eiusdem ordinis de domo de Garvgh ad celsitudinis nostre accedens conspectum exhibuit nobis quasdam litteras priuilegiales capituli ecclesie Chazmensis in facto quarundam duarum vinearum confectas, tenoris infrascripti; petens nostram humiliter maiestatem, vt easdem acceptare, approbare, ratificare et nostro pro dictis fratribus Heremitis dignaremur priuilegio confirmare. Quarum tenor talis est: *(Slifedi listina kaptola Čazmanskoga od g. 1325. 2. septembra, koja sadrzaje listinu istoga kaptola od g. 1273.).* Nos itaque deuotis instanciis et humilis(!) peticionibus dicti fratris Emerici nostre directis maiestati fauorabili pietate inclinati pretactas litteras priuilegiales ipsius capituli Chazmensis omni prorsus suspicione carentes presentibus de uerbo ad uerbum insertas simul cum collacione vinearum predictarum in tenore earundem contenta et expressa acceptamus, approbamus, ratificamus, et de beneplacita voluntate ac consensu domine Elyzabet regine matris nostre karissime, pro dictis fratribus Heremitis regia auctoritate perpetue valituras confirmamus presentis priuilegii nostri patrocinio

mediante, saluo iure alieno. In cuius confirmacionis nostre testimonium firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras prtuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archvepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° LX° secundo, secundo nonas mensis aprilis, regni autem nostri anno vigesimo primo; venerabilibus in Christo patribus et dominis eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Vgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi, archyepiscopis; Demetrio Waradiensi, Dominico Transsiluano, Colomano Jauriensi, Stephano Zagrabiensi, Dominico Chanadiensi, Ladislao Wesprimiensi, Mvchaele Wachiensi, Wylhelmo Quinqueecclesiensi, Petro Boznensi; fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Sirimiensi, Johanne Tyniniensi, Bartholomeo Traguriensi[1], Demetrio Nonensi, Stephano Fareftsi, Valentino Macarensi, Matheo Sibinicensi, Mychaele Scardonensi, Portiua Seniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Agriensi, Ragusiensi et Corbauiensi sedibus vacantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio woyuoda Transsiluano, comite Stephano Bubek, iudice curie nostre, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum, Leustacio Sclauonie, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machow, banis; Petro Zwdor pincernarum, Paulo de Lyzka dapiferorum, Emerico agasonum et Johanne ianitorum nostrorum magistris, ac magistro Konya comite Posoniensi; aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Original na pergam. u kr. ug. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.153 — Stara signatura: Acta monast. Garig. fasc. II. no. 2.*

Ista listina imade ozdo u lijevom uglu pripisak, kojim kralj Ljudevli godine 1364. 30. maja ovu lisiinu potvrđuje pod novim pečatom za Heremite garićkoga samostana. Ova potvrdbena klauzula poznaia je,

Na listini vise dvije svilene vrvce: prva u sredini crvene i zelene boje s usČuvanim dvostrukim pečatom (od god. 1362.), druga Ijubičaste i zelene boje bez pecata (1364.)

Listine od god. 1325. i 1273. prepisao je čazmanski kaptol g. 1367. 24. augusta. M. 0. D. L. no. 35.154. Acta mon. Garig. fasc. IL no. 17.

[1] Bartolomeja biskupa trogirskog naslijedio je na biskupskoj stolici Nikola Casocti 17. decembra 1361. V. Eubel Hierarchia cath. medii aevi p. 490.

153.

1362, 5. aprila. U Koprivnici. (In Kaproncha).

Leustahije ban slavonski svjedoči, da je na molbu udovice Hennkove i nj'ezina sina Đure s j'edne, a Ivana sina Dorozlou s druge strane izaslao svog protonotara meštra Jakova, koji je uz svj'edočanstvo povjerenika kaptola čazmanskoga, kanonika Pavla, uredio prijeporne međe posj'eda obij'u stranaka kraj' potoka Konzka na njihovo zadovolj'stvo.

Nos Leustachius regni Sclauonie banus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum nos perceptis querimoniis domine reiicte Hemfrijci[1] de iuxta Konzka, districtus de Rvuche, et Georgii filii eiusdem nobis contra magistrum Johannem filium Dorozlou super eo porrectis, vt idem magister Johannes magnam particulam possessionis dicti Georgii filii etusdem domine ibidem iuxta eundem ryuulum Konzka existentis non de iure pro se occupare et ad possessionem suam ibidem habitam applicare niteretur, magistrum Jacobum prothonotarium nostrum de latere nostro plena nostra cum auctoritate ad distingendas(l) metas vtrarumque parcium possessionariorum iurium vna cum testimonio capituli ecclesie Chasmensis destinassemus. Tandem idem magister Jacobus ad nos rediens nobis retulit, vt ipse feria sexta proxima ante dominicam iudica nunc preteritam partibus predictis presentibus vna cum magistro Paulo canonico ecclesie Chasmensis, per idem capitulum ad premissa facienda in testimonium transmisso, ad faciem dićte particule terre litigiose vicinis et commetaneis suis vniuersis legitime inibi conuocatis accedendo eandem particulam terre litigiosam de vtrarumque parcium bona voluntate easdem partes super ipsa particula terre reformando, visis earundem parcium instrumentis et iuxta seriem eorundem simul cum pluribus nobilibus ad hoc illic convocatis dictam particulam terre litigiosam sub metis infrascriptis in separacionem possessionariorum iurium parcium predictarum taliter inter partes diuisisset: vt prima meta inciperet a quodam pueteo(!) sub orto(!) eiusdem Georgii habito et tenderet supra versus meridiem ad quasdam arbores fructiferas siluestres; inde ad eandem partem in modico spacio eundo perueniret ad vnam viam erbosam, circa quam nouam metam terream erexisset; abhinc in eadem via ad partem orientalem vergendo in modico spacio aliam metam terream de nouo

[1] Kod m ispravljatiO) bilo najprije d.

erexisset; deinde per eandem viam ad partem meridionalem diuertendo in bono spacio perueniret ad gimelles(i) vias, inter quas terciam metam terream de nouo erexisset; de qua per ipsam viam ab occidentali remanentem per quoddam nemus vsque magnam viam, qua de Seredahel itur in villam Ryuche, perueniendo quartam terream metam sub quibusdam triplicatis virgultis iliceis de nouo erexisset; et sic parcium iura possessionaria prenotata sub predictis metis ab inuice[m] sequestrasset; cuius vnam partem ab occidentali parte habitam prefato magistro Johanni filio Dorozlou, aliam autem partem ab occidentali parte existentem prefato Georgio filio Hedrici partibus beniuole consencientibus eo iure, quo ipsos uel eorum aliquem tangere dinossceretur (!), reliquisset pacifice conseruandam. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostri banatus auctenticum(f) duximus appendendum. Datum in Kaproncha, feria tercia proxima post dominicam iudica prenotatam, anno domini M°CCC°LX° secundo.

Original na pergameni u biblioteci narodnog muzeja ti Budtmpešti a. 1362. Dosao ovamo kupnjom od Nagya Imre g, 1885., po tom pripadao valjda prije obitelji Balog u Bodu,

Na listini vidi se trag^ gdj'e je o vrvci visio pecat,

154.

1362. 5. aprila- U Trogiru. (Tragurii).

Na molbu Dorninika, opata samostana svetog Ivana Krstitelja u Trogiru, i Paskala, redovnika istog samostana, da kaptol trogirski oprosti spomenutom samostanu desetinu, što ga ide od posjeda Orichouige i drugih nekih pos/eda, što ih obraduju koloni istog samostana, udovoljuje gomji kaptol toj prošnji samo u toliko, da im oprašta desetinu za tekuću godinu.

ln Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, indicione XV., die nuinto mensis aprelis(!); pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Vrbani, diuina prouidente gracia pape quinti, anno primo. Pateat vniuersis et singulis hoc publicum instrumentum inspecturis, quod presente me notario et testibus infrascriptis, congregato capitulo maioris ecclesie Traguriensis in domibus reuerendi in Christo patris et domini domini Nicolay, dei et apostolica gracia Traguriensis episcopi, tunc temporis infirmantis et hoc de licencia et auctoritate ipsius domini episcopi et

ad sonum maioris campane eiusdem ecclesie ad infrascripta specialiter dirimenda; in quo quidem capitulo prefuit ipse dominus episcopus, tamquam caput ecclesie predicte, ac discreti viri domini Jacobus Duymi, archidiaconus Traguriensis, Tomas primicerius antedicte ecclesie . ., * omnes et singuli canonici antedicte ecciesie. Comparuit ibi et coram ipso domino episcopo et canonicis venerabilis vir dominus frater Dominicus, dei gracia abbas monasterii sancti Johannis Baptiste de Tragurio, ordinis Nigrorum beati Benedicti, ac frater Pascalis, monachus monasterii supradicti, facientes in infradictis pro se ipsis et prefato eorum monasterio et conuentu et humiliter suplicarunt coram ipso domino episcopo et capitulo memorato ipsos graciosius requirentes, quatenus ipse dominus episcopus nomine suo et eius ecclesie ac ipsi canonici nominibus eorum et sui capituli prelibati uelent et dignarentur dimittere de gracia speciali ipsis suplicantibus, nominibus supradictis, decimas animalium et ius decimationis ipsorum spectantium anuatim ipsis domino episcopo et capitulo in villa Orichouice, diocessis(l) Traguriensis, — que uilla est prefati monasterii, — cum certis possessionibus, £quas colunt ibi ipsius monasterii coloni nutrientes pro tempore animalia supradicta. Qui dominus episcopus audita peticione prefati domini abbatis nomine suo et eius monasterii graciose exposita coram eo et canonicis antedictis ac participans extunc consilium cum eisdem et ipsi mutuo cum eodem super predictis in capitulo memorato respondit deliberato consilio nomine sui et eius ecclesie ac prefatum capitulum mutuo cum eodem prefato domino abbati facienti nornine sui et eius monasterii supradicti, quod cum ipsa eius petitio posset in posterum redundare et nunc similiter uerteretur in dampnum et preiudicium iurium episcopatus sui et capituli eiusdem ecclesie comuniter et diuisim, super quibus [uigilar]e tenebatur ex eius offitio regiminis pastoralis, si ipsam graciam simpliciter facerent domino abbati et eius monasterio remitendo ei annuatim decimas animaiium supradictas, quod intentionis ipsius domini episcopi et eius capituli supradicti non erat facere ipsi domino abbati et eius monasterio supradicto, nisi pro isto anno presencialiter existenti, etiam hoc de gracia speciali; aiias aserebat(l) ipse dominus episcopus et capitulum antedictum et protestabantur contra ipsum dominum abbatem et eius monasterium ibidem expresse, quod elapso isto anno presenti ipsas eorum gracia penitus expiraret et quod extunc prefatus dominus abbas et eius monasterium et coloni pro tempore existentes in villa prefata tenerentur eidem domino episcopo et eius capitulo ad presentacionem decimarum suarum anuatim(!) inuioiabiliter faciendam et quod saluum

[1] U originalu.

esset eis ius uel . . . . . suum ad habendum, percipiendum et decimandum ipsas animalium predictorum decimas anuatim a colonis ipsius domini abbatis pro tempore in ipsa uilla superius expiicata. Requirentibus ipso domino episcopo et capitulo supradicto me notarium publicum infrascriptum, quatenus de predictis sibi conficerem publicum instrumentum. Actum Tragurii, in domo habitationis supradicti domini episcopi in sala inferiori, anno domini, indicione, die et pontificatu predictis, presentibus discretis dominis Mence Sceme[r]ne, Vlatcone Striani, Ratcone Johannis, presbiteris ecciesie Traguriensis, testibus ad premissa vocatis, habitis et rogatis.

(Signum not).

Et ego presbiter Georgius condam Duymi, canonicus Traguriensis, imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis vna cum prenominatis testibus interfui et ea rogatus scribere scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque proprio nomine et signo roboraui.

Original na pergam. u ark. kaptola u Trogiru no. 90.
Farlati Illpr. sacr. IV. p. 390.

155.

1362. 10. aprila. (U Dubrovniku).

DubrovaČka općina izvfeščufe bana Dalmacije, da je prema nalogu saopčenom njoj po njegovom poslaniku Ivanu dala uapsiti nekog velikaša, koji je sa mletačkim brodom pristao ***u*** *lokrumskoj (de insula Crome) luci, te istog zarobljenika uz pratnju njemu poslala.*

Registrum littere misse domino bano Dalmacie.

Magnifice et potens domine, debita recomendacione premissa! Manificencie vestre litteras credenciales die X. instantis mensis aprilis per nobilem et circumspectum virum magistrum Phllippum Francisci de Jadra, castellanum vestrum de Dalmisio, nobis presentatas, honore quo decuit, nos noueritis recepisse et ipsius magistri Philippi verba plenarie intellexisse. Super quibus magnificencie vestre taliter respondemus, quod dudum quadam condura Venetorum veniente de Catharo et ad quemdam portum de insula Crome prope Ragusium applicante, ac aliquibus de dicta condura 'ad ciuitatem descendentibus Ragusinam, Johannes seruitor vester, qui cum nouis de concordia et unione domini nostri regis et domini ducis Austrie et suorum fratrum Ragusium preuenerat(1),.ibidem personaliter existens quamdam litteram domini nostri regis suo sigillo

secreto sigillatam rectori tunc existenti et nostro paruo consilio presentauit, in effectu continentem, quod quemdam baronem, qui dicebatur esse in Ragusio vel eius districtu, cum requireremur a domino Joharme nuncio, capere deberemus et captum in ligno nostro armato caute transduci facere ad ciuitatem Spaleti. Post cuius littere presentacionem et leccionem cum plenario intellectu stanti Johanni respondimus supradicto, quod in omnibus et per omnia mandata ipsius domini regis nostri domini naturalis totis viribus volumus effectualiter adimplere et facere, quicquid idem Johannes nobis quomodolibet ordinaret. Ad peticionem tunc Johannis unum hominem, qui descenderat de dicta condura, capi fecimus in ciuitate Ragusii, prout ipse voluit et ordinauit, quem ipsemet Johannes voluit capere cum nostro fauore; quem captum cum barcha armata per prefatum Johannem et unum nostrum nobilem destinauimus ad vestram magnificenciam supradictam. Post cuius hominis capcionem eundem Johannem requisiuimus, si vellet aliquid aliud nos facturos, et ipse respondit nobis, quod nichil aliud postulabat, ex quo captum habebat hominem supradictum. De quibus omnibus et singulis nobilis vir Jacobus de Menze, noster ciuis honorabilis in breui ad vestram magnificenciam aduenturus, vos, si mandaueritis* clarius poterit informare. Datum Ragusii, die X. aprilis, XV. indiccione.

Lettere e commissioni di Levanie vol. 1359,—1380. f. 40 b.
Libri reformationum III. 176.—177.
Gelcich-Thalloczy DipL Ragus. br. 26, 33—34.

156.

1362. 13. aprila. (U Dubrovniku).

Ubilfezena zabrana kralja ugarskog i hrvatskog, da Dubrovčani ne smifu krcati u svojoj luci domaćih plodina za izvoz u strane zemlfe.

Serenissimus dominus noster dominus rex Hungarie misit suas litteras domino rectori, consilio et communi Ragusii, inter cetera continentes nobis precipiendo, ut non sumamus in antea fruges cuiuscumque generis existant, de regno et terris suis educere ad terras alienas in portu nostro. Et quod hoc faciamus in civitate nostra et nostro districtu publice promulgari. Et si quos post huiusmodi publicationem fruges de regno et terris suis vendentes et educentes invenerimus, illos tales in rebus et personis puniamus absque omni compassione. Et aliud pro sua gratia non facturi.

Reformationes 1362., foL 2. Ne ima u akademijskom izdanju reformacija.

Gelcich-Thalloczy DipL Ragus. br, 27, 35,

157.

1362. 18. aprila. U Zagrebu. (Zagrabie).

Leustahije ban slavonski prepisuje i ovjerovljuje na molbu Mihajla i Đure zvanih Zwdor, sinova Dominika de Bulch> te njihove braće> listinu zagrebačkog kaptola od I. septembra i'iSj. (Cod. dipL VIII. P> 594—596-)

Nos Leustachius regni Sclauonie banus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod magistri Mychael et Georgius dicti Zwdor, filii Dominici de Bulch, suis ac magistrorum Petri, Symonis, Stephani, Johannis et Emerici, fratrum suorum in personis ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis quasdam litteras priuilegiales capituli Zagrabiensis ecclesie tenoris infrascripti; petentes nos cum instancia, vt easdem toto tenore ipsarum presentibus de verbo ad verbum inserto transcribi et banatus nostri sigillo auttentico dignaremur facere consignari ad cautelam. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina zagrebačkog kaptola od god. 1287. 1. septembra.),* Nos itaque peticionibus eorundem magistrorum Mychaelis et Georgii iustis et condignis fauorabiliter inclinati predictas litteras priuilegiales ipsius capituli Zagrabiensis ecclesie antiquo sigillo eiusdem consignatas toto tenore earundem presentibus de verbo ad verbum inserto transcribi fecimus et banatus nostri - sigilli auctentico (!) pendenti ' consignari ad cautelam. Datum Zagrabie, secundo die festi passce domini, anno eiusdem M°. CCC°. LX° secundo.

Onginal na pergamem u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 33.733. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1533. no. 15. Na listini visi svilena vrvca žuto-smede boje bez pecata.

158.

1362. . . . aprila. U Šibeniku, (Sibenici).

Dujam sin pok. Hranislava, nj'egove sestre Margareta i Magdalena, te iena Dragojeva, izdaju potonjem Dragoj'u /punomoć, da ide u Zadar i da sklopi kupoprodajni ugovor sa Grizogonom Lovrincovim de Ciuallelis vrhu nekih posjeda, kojima j'e bio vlasnikom Nikola de Stumulo, a nalaze se u Tuclagane kraj' Zadra, uz cijenu od 160 libra.

[In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem] millesimo trecentessimo(!) sexagessimo(!) secundo, ... • . . . . [aprijlis; regnante domino nostro domino Lodoyco, [dei gracia serenissimo rege Vngarie; et] tempore magnifici et potentis domini Nicolai de Seg . . . . in]cliti bani Dalmacie et Crohacie, nec non dignissimi . . . . venerabilis in Christo patris et domini domini Mathei de (^ernotta . . . . episcopi Sibenicensis . . . . et domini magistri Stephani . . . . honorabilis vicarii ciuitatis Sibenicensis atque dominorum iudicum . . . . uicg, Radetini condam Dragote et Georgii condam Cipriani Crusulgnagicg. C. Doymus condam Hranislaui Zurati, ciuis Sibenicensis, Margareta soror dicti Duymi filii dicti olim Chranislaui et vxor Dragoy condam Johannis de Sibenico de consensu et uoluntate dicti sui viri ibidem presentis et omnia instrumenta confirmantis, aprobantis et ratificantis et Magdalena, filia eciam dicti Chranislaui, omnes vnanimiter et concorditer, omni modo, via et forrna, quibus melius de iure ualere potest et tenere, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt predictum Dragoyum, ibidem presentem et mandatum huiusrnodi sponte suscipientem, eorum et cuiuslibet ipsorum verum et legittimum procuratorem, actorem, factorem et certum nuncium specialem, uel alio quocumque nomine et iure, quibus melius dici et censeri potest; specialiter et nominatim ad eundum in ciuitate Jadra et pro eis omnibus et cuiuslibet ipsorum constituencium nomine vendendi, tradendi et iure proprio in perpetuum transactandi nobili viro ser Grissogono condam Laurencii de Ciualellis, ciui Jadre, omnes et singulas posessiones(!) et bona, que fuerunt olim Nicolai de Stumulo, ciuis Jadre; videlicet tam terras cultas, quam incultas et terratica vinearum ac deros cum omnibus šuis confinibus, iuribus ac pertinenciis positas in districtu dicte ciuitatis Jadre, in loco uocato Tucla^ane, silicet (!) in sex clappis seu peciis, in quibus sunt circa gonai sexdecim, uel si esset plus in

dicta vendicione cedat cum omni iure et accione, que ad ipsas possessiones quoquo modo dignoscitur pertinere tam de consuetudine, quam de iure, precio centum sexaginta librarum denariorum paruorum; cartamque vendicionis, tradicionis et transactacionis perpersonam publicam confici faciendi, quauis firmitate ualatam et melius de iure ualituram cum obligacionibus et promissionibus oportunis et ad promittendum de legittima defensione nomine et vice dictorum constituencium et cuiuslibet ipsorum principaliter et insolide, nec non precium dicte vendicionis recipiendum et omnia et singula faciendum, que in predictis et quolibet predictorum ac circa predicta fuerint neccessaria (!) et oportuna et que ipsimet constituentes possent facere, si personaliter interessent. Promittentes omnes et auilibet ipsorum se ratum, gratum et firmum perpetuo habituros, quicquid per predictum Dragoyum eorum procuratorem actum, factum et gestum fuerit in premissis sub vpotecha et obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum. Actum Sibenici, in via publica iuxta domum habitationis mei notarii infrascnpti, pressente(l) ser Radetino condam Dragotte examinatoris, Chrella Bucasso, Pelnina condam Radmani, et aliis testibus uocatis et rogatis.

(Đrugi rukopts).

f EgoRadetinus condam DragoteRadetini, examinator manum missi.

Et ego Velcus condam Stephani ciuis Sibenicensis, iuratus notarius comunitatis Sibenicensis, premissis rogatus interfui, scripssi(I) et publicaui meoque signo solito ac nomine roboraui.

Original na pergant. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1362.

Listina je na gornjoj strani desno krnja.

159,

1362. 3. maja. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka šalje Nikolu de Mlascagna kao svog poslanika Vlahu Matarangu sa uputom, da posreduje, što je dao pohvatati duirovačke trgovce i oduzeti im robu,

Registrum comissionis facte Nicho de Mlascagna ambasciatori ad Blasium Matarangum pro liberatione mercatorum.

Nos Johannes de Tudisio rector Ragusii, iudices et consilium dicte terre comittimus tibi Nicho de Mlascagna, nostro nobili et dilecto civi, quod in nbmine dei ire debeas ex parte nostra et civitatis ambaxiator ad Blasium Matarangum et facta sibi salutacione cum reverencia, sicut

decet, cum illis verbis, que videbuntur tue discrecioni, debeas ipsum salutare ex parte nostra et totius civitatis et debeas sibi dare litteram credencialem. Et quatido ipse velet vos audire dicatis ei: nobiles homines et totum comune Ragusii, considerando antiquam amiciciam et cordialem amorem, quos semper habuit cum vestris antiquis et habet specialiter ad presens cum dominacione vestra, nitnis miratur de vestra dominarione, que sine causa et aliqua ocasione, sicut ipsi sunt informati fecit ligari eorum mercatores, qui fuerunt semper et erunt uestri •seruitores et abstulistis eorum mercaciones per dicta aliquorum mendacium, qui contra ipsos false informaverunt vestram dominacionem.

Et quia per dei graciam vos estis satis prudens et probus, non debetis de iure, sicut clare vos scitis, propter unam falsam informacionem facere tantam novitatem contra mercatores Ragusinos, qui semper fuerunt et erunt vestri servitores; sed considerando ad benivolenciam, quam semper habuit et habebit ad vos totum comune Ragusii, sicut ad ipsorum amicum carissimum et inter ceteros specialem, placeat vobis liberare dictos merchatores cum suis rebus et amodo non credere talibus mendaeiis contra ipsos vobis dictis. Quia pro certo comune Ragusii erga vos tantum habet specialissimum amorem, quod, si ab aliquo Ragusino fieret aliquid, quod vestre dominacioni non placeret, vos scribendo sibi, taliter illum puniret, quod sibi esset ad penam, et terorem aliis et <exemplum.

Data die III. madii, XV. indictione.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. fol. 41.
Libri reformationum III. 186.—187.

160.

1362. 7. maja. (U Dubrovniku).

Dubrovačka općina javlja banu hrvatskomu, da su primili njegovu poru&u, koju im donese Filip Franjin Zadranin (de Jadra).

Registrum alterius littere domino bano misse.

Magnifice et potens domine, debita recomendacione prernissal Nouerit vestra magnificencia per presentes, quod die XI. instantis mensis aprilis de mandato nobilis et circurnspectus vir magister Philippus Francisci de Jadra, castellanus vester de Almissio, post primas vestras litteras, nobis die immediate preterito assignatas, alias vestras presentauit litteras

et uerba quedam retulit, que omnia pleno collegimus intellectum(l), super quibus habita deliberacione matura Giuchum fabrum . . .

(Dalje nema niii znaka, da bi što manjkalo).

Lettere e commissioni di Levante 1359-1380. f. 41.
Libri reformationum IIL 186.
Gelcich~Thalloczy Dipl. Ragus. br. 28, 35.

161.

1362. 9. maja, (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka moli Marina de Goze, da ako ikako moze ftočte sa nj'ezinim ftoslanikom Gjivom de Sigotino do bana hrvatskoga Nikole de Cech, i da uznastofi> da se ftosao, o koj'em se radi% fto-voljno po nj'ih svrši. Ujedno ga pod prisegom obvezuje na šutnfu glede svega Što će čuti.

Exemplum litere destinate ser Marino de Goce pro Zive de Sigotino. Die IX. madii.

Johannes de Tudisio, rector comunis Ragusii, iudices, consilium et comune, nobili viro Marino de Goze, dilecto conciui nostro, salutem et omne bonum. Tibi significamus per presentes, quod mittimus Ziue de Sigotino ad magnificum et potentem dominum nostrum Nicolaum de Cech, banum regnorum Dalmacie et Crohacie, pro quibusdam arduis. negociis terre nostre. Ed idcirco te rogamus atque committimus, quia tibi tangunt negocia terre nostre sicuti et nobis, quatenus tibi placeat> si esse potest sine tuo magno sinistro, ire debeas usque ad predictum dominum banum cum ipso Ziue ad procurandum et solicitandum, ut de commissis eidem Ziue valeamus finem optatum ac propositum optinere. Tibi quoque iniungentes, quatenus sub pena sacramenti quicquid audiueris exponere per ipsum Ziue eidem domino bano, debeas apud te in secreto retinere.

Lettere e commissioni di Levante vol. 1359.—1380. fol. 41.
Gelcich-Thalloczy DipL Rag. br. 29., 35.—36.

162.

1362, 12. maja. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka šalje Pavla de Sorgo kao kapetana brodovlj'a, Mo ga šalj'e kao pojačanje pred Kotor, te mu daj'e naputak kako ima provoditi blokadu. Ujedno mu dozvolj'uje$_y$ da dade salvum conductum rodacima savj'etnika mu Paška de Ragnina, kada će ga iz Kotora posjetiti.

Copia commissionis facte Paulo de Sorgo capitaneo armate contra Catharum, die XII. may.

Nu Johane de Tuidisso(i), rectore de Ragusa, cum lo consello de li pregadi comettemo a ti ser Paulo de Sorgo, capitaneo de la nostra armada contra Catharo, et a ser Pasche de Ragnina et ser Nicola de Caboga, tuoy consellieri, che al nome de dio debie andar a lo assedio de Catharo, et agoncandove cum la altra nostra armada, debie cum •ambe le galiie andare suta Catharo et offendere li nostri inimisi, quanto poteriti cum vostro salvamento.

Et stando al ditto assedio debie offendere li nostri inimisi Catharini et li homeni de Voyslavo, quanto vuy poteriti in mar et in terra, cum salvamento vostro et de vostra gente, et cum honor de Ragusa; et non debie inpaear nessun navilo de Veneciani per nessuno muedo andando in Catharo over tornando, salvo se andassero in Catharo cum victuari, grassia, sale over cum arme, ultra le arme necessarie per li lor navili. Et inquerendo de le arme debievi passare curtesemente.

Et non debie inpa^ar nessuni navili de forestieri vegnando a Catharo cum sue merchadantie; ma bene possadi examinare, se le merchadantie fossero de nostri inimisi, et dar a li diti forestieri sacramento, de chi sono le ditte merchadantie.

Et se trovaridi alguno navile de forestieri vollando intrar a Catharo senga vostra licencia et vuy non lo lage intrar, ma lor debie dire che vada altruy dove vora. Et se a la fine ello volesse intrare per forga et vuy lo debie mandare a Ragusa.

Anchora vi chometemo et chomandemo, che nessuno de vuy, ne comito, ne nauclero, ne nessuna altra persona de la nostra armada debie recevere alguna chosa in dono de robaria che, se fara, sub pena de ipperperi cento per casauno.

Anchora vi chometemo de dare la fe a lo frare et a li parenti de la uxor de Pasche de Ragnina, et a quelli che venerano cum essi, che

[aliquando] fecisset et nunc faceret incessanter; petens nos, vt vicecomes^ iudices nobilium iuratique assessores, qualem de premissis scirent veritatem, per nos requisiti faterentur. Qui«quidem vicecomes, iudices nobilium iuratique assessores ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi sueque sacre corone regie pro dicenda veritate prestitam super premissis per nos requisiti, omnia premissa et queuis premissorum singula modo premisso per ipsum magistrum Johannem facta fuisse vnanimi et concordi testificacione affirmarunt. In cuius assercionis et attestacionis testimonium presentes litteras nostras patentes eidem Ladizlao duximus concedendas. Datum sexto die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo.

Original na vrlo izblijeđelom papiru, u knjižnici narođ. museja u Budimpesti, a 1362,

Na hrptu vidi se trag okrugla omanjeg pritisnutog pečata u obicnom vosku,

185.

1362. 6. oktobra. (U Dubrovniku),

Ofićina dubrovačka šalie Marka de Sissa kao svog poslanika banu hrvatskom i dalmatinskom u Zadar, da mu plah dug od g4§ dukata, te mu daje upute, kako 6e postupati, ako bana odnosno njegova punomočnika za preuzeće duga ne nađe u Zadru.

In nomine domini amen. Nos Vita de Sorgo, rector Ragusii, cum paruo consilio dicte terre ex auctoritate nobis data a maiori consilio committimus tibi Marco de Sissa, nostro dilecto ciui de Ragusio, quod in nomine domini ire debeas nuncius pro parte nostra et tocius terre ad dominum banum^ Dalmacie et Crohacie in Jadra, et debeas soluere dicto domino bano, si erit in Jadra, aut suo legiptimo procuratori habenti obligationem nostri comunis Ragusi sigilatam cum sigillo comunis, ducatos auri **VIIII.** centos XLVIIL, videlicet VIII. centos ducatos pro dicta obligacione absoluta, et ducatos CXLVIII. pro rescato fornimenti de argento, quod datum fuit in pignore nostro comuni, Verumtamen antequam soluas dictos denarios debeas facere tibi dare a dicto domino bano, aut a suo legiptimo procuratore, qui erit in Jadra, dictam obligacionem, quam habet sibi[1] commune nostrum, et debeas ipsam apportare

[1] Ima biti: super.

tecum Ragusium in manus nostras. Et facias tibi dare poueiam securitatis de pecunia, quam soluis Et si dicta obligacio non tibi dabitur, uel non inuenies dominum banum iir Jadra, vel suum legiptimum procuratorem, qui tibi daret ipsam obligaeionem, et tu non debeas dare alicui persone aliquem denarium, sed debeas ire coram dominacionem Jadre et debeas dicere: »domini, ego sum destinatus a dominacione Ragusii ad soluendum domino bano Dalmacie et Crohacie, aut suo procuratori iegiptimo certam quantitatem pecunie pro una obligacione, quam habet ipse dominus banus super comune Ragusii, infra terminum, cum illis pactis et condictionibus, que continentur in dicta obligacione. Et quia non inuenio dominum banum, nec suum legttimum procuratorem in hac vestra ciuitate, qui debeat recipere dictam pecuniam, prout continetur in pactis dicte obligacionis, ego pro parte dicti mei communis protestor 'coram vestram dominacionem, quod non sit in aliquid preiudicium dicto termino, infra quem debebatur solui dicta pecunia cum illa condicctone, que est in dicta obligacione. Et de hoc supplico vestre dorninationi, quod debeatis mihi fieri facere publicum instrumentum.« Et debeas tibi facere fieri unum instrumentum de isto tuo protestu.

Et de presenti cum applicueris Jadre et scies et presencies, quod non erit procurator legiptimus domini bani, qui debeat recipere- pecuniam, et tu mitte litteras domino bano aut domine banisse significando, qualiter applicuisti in Jadra ad soluendam pecuniam, ad quam se obligauit commune Ragusii, quod sibi placeat mittere suum legitimum pro- 'Curatorem ad recipiendum dictam pecuniam et reddendum obligacionem et ad faciendum pouiliam, et ad faciendum finem et remissionem de recepctone pecunie.

Et debeas expectare responsionem, quam tibi faciet dominus banus -aut domina banissa. Et si tu expedies tuam commissionem, bene quidem; aliter si tibi videbitur, quod negocium vadat de longo et non -poterit in breui expediri, et tu debeas mittere barcham Ragusii, et scribas nobis ad penitus de omni re, quam facies. Et tu expecta Jadre nostram responsionem.

Et scribas nobis de quibuslibet nouis et specialiter de domino ^iostro et domino bano.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. fol. 46.
Libri reformationum III. 228.-229,
Gelcich'Tkallćczy Dipl. Rag. no. 31., 37.—38.

186.

1362. 15. oktobra, (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka Šalje svoga gradanina Paška Ranjinu kao po~ slanika Poverschu sa uputom. da mu predloži uvjete$_y$ pod koj'ima bi bili pušteni na slobodu neki njegovi zarobljeni ročtaci.

Die XV. octobris, XV. indictio. Nos Vita de Sorgo, rector comunis Ragusii, cum parvo consilio ex auctoritate nobis data a consilio maiori comittimus tibi Pascha de Ragnina, nobilis et dilecte civis noster, [quodJ innoctescente die debeas ire ambaxiator ex parte nostra et tocius terre ad Poverschum, et facta sibi salutatione ex parte nostra et tocius terre sicut decet, debeas sibi presentare nostram literam credencialem.

Et quando ipse te volet audire et tu ornatioribus et amicabilioribus uerbis, quibus poteris et tibi videbuntur, debeas sibi dicere: »Civitas Ragusii vigilando et cogitando continue supra factis vestris, sicut fideiissimi et carissimi amici nostri, et cives pro honore et bono statu vestro, quem appetit sicut suum proprium, misit me ad vos ad tractandam liberacionem vestrorum captivorum pro excambio Qive de Buchia, qui ad hoc vel ipsemet ordinet, ut vestri filia, gener et duo homines alii vestri citius liberentur, contentatur dare unum filiorum suorum in Ragusio et de Ragusio in manus vestras, taii pacto et condicione, ut vos habitis filia, genero et duobus vestris hominibus supradictis, debeatis restituere filium dicto Give. Et quia hoc videtur honorabile et conveniens civitati Ragusii pro liberacione vestrorum captivorum et pro honore vestro, ideo dicta civitas Ragusina confortatur et rogat vos, ut debeatis supra hoc consentire, quia per alium modum cum vestrb honore captivi vestri cito non poterunt liberari, et terre nostre possent oriri scandala atque dampna, que displicerent vobis, tamquam nostro civi.«

Et adgravetis ipsum et rogetis pro parte nostre civitatis, quod omnino condescedat ad ista amore nostro ad hoc, quod lites et scandala oriri non valeant in nostra civitate. Et si consenserit, quod recipiat filium dicti Giue et rogate ipsum, quod debeat ipsum tenere curialiter in suo castro sine vinculis, verumtamen faciat ipsum curialiter custodiri, custodia oculata ab hominibus suis.

Et si Poverschus dixerit tibi aliquid de liberacione Prusse^, et tu debeas sibi respondere: quod nullo modo potest ordinari, quod ipse liberetur, sic quod de ipso non fiat mentio aliqualis, nam vestris aliis liberatis vos estis ita valens et sapiens, quod inuenietis modum, quod habebitis dictum Prusse^ in manibus vestris.

Et quia omnia, que occurere poterunt tibi, non possint dari particulariter in commissione, ideo tu, tamquam sciens intencionem civitatis, respondere debeas tamquam sapiens, prout es in omnibus, semper cum honore et salute nostre civitatis Ragusine.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. fol. 47.
Libri reformationum LIL 232,—233.

187.

1362. 27. oktobra. (U Topuskom).

Guido, opat samostana sv. Marije u Topuskom, sudi u pamici Valentina Stanislavovog i dr. proti braći Lukaču i Stjepanu Lukinima radi priznanja prava vlasniHva na dio posjeda Radoztych. Parnica je došla pred opatov sud, pošto je potonji dokazao, da je ban za taj spor nenadležan.

Nos frater Guido, abbas monasterii beate Marie in Toplica, significamus omnibus et singulis quibus expedit per presentes, quod cum esset contencio orta inter Valentinum filium Stanizlav, Iwan filium Petri, Vidum filium Obrad, Laurencium filium Martini cum fratribus eorundem ex vna parte, et Lueaehium et Stephanum filios Luche similiter cum tratribus suis de Radoztvch ex altera, pro vna parte possessionis de Radoztvch a parte occidentis existente, quam dicti Valentinus filius Sta.nizlay et sui fratres uel propinqui ipsis de iure spectare dicentes, ante dominum Leustachium, regni Sclauonie* banum, causas eorum deduxerunt. Hoc audiens pro tunc abbas Toplicensis sciensque iudicium illud ad se pertinere debere ad dicti bani personaliter accedens conspectum ostendit eidem quoddam priuilegium excellentissimi regis Andree, quondam regis Hungarie pie memorie, nec non eiusdem ecclesie Toplice fundatoris. Cuius priuilegii perlectis continenciis in eisdem plenius reperiebatur, quod possessio de Radoztych sub iurisdiccione esset abbatis ecclesie predicti. Dominus ergo banus ecclesie videns libertatem, eam nolens suo iure priuare, abbati prefato ex regio speciali mandato suum mittens hominem, scilicet honorabilem virum Ladiha nomine cum ambabus partibus causas eorundem iusto iuris tramite[1]. . . . .

. .

vbique nocitura. Mete autem huius partis possessionis de Radoztych hoc

[1] Ova riječ umetnuta.
[8] Ovdje manjka jedan cijeli list u kodeksu

ordine distinguntur: prima meta est in monte circa quendam quercum, qui dicitur Slauenon[1] hrast, vbi est meta domini abbatis ac meta de Bornowos;. inde flectitur in vallem ad fontem, qui dicitur Omlauech et per ipsum vadit ad viam, per quam venit ad vallem, qui dicitur Borouni dol, per quem ascendit ad caput fontis, vbi est arbor cerase; abhinc tendtt ad montem, per quem vadit ad arborem ozkorusa, ubi est meta terrea dornini abbatis et sic transit per uiam in monte sitam vsque ad primam metam. Pristaldi uero huius cause seu facti sunt infrascripti, videlicet: Wlkozlaus filius Andree de Ratonch, Johannes filius Bogdan de libera Brochina, Demetrius filius Ladina de Ruvcena, Barthomanus filius Pauli de Bratetvch, Gardak filius Geya de Srachicha. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presenti pagine duximus apponendum. Datum in nostro monasterio prenotato, anno domini M°CCC°LX° secundo, in vigilia apostolorum Symonis et Jude.

Iz prijepisa zagreb. kaptola od god. 1363. 25. januara.

Ovaj prijepis nalazi se u kodeksu: Prmilegia mon. b. virg. Marie de Toplica no. 42.

Kodeks se nalazi u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: 2. B. XI. 15.

188.

1362. 27. oktobra. (U Topuskom).

Guido, opat topuki_y$ izriče nakon provedenog dokaznog postupka osudu u parnici Obrada Nikolinog i njegove braće proti LukaČu i Stjepanu sinovima Lukinim radi prava vlasništva na posjed Radoztyck$_f$ kojom tuziteljima dosuduje trećinu prijepomog posjeda$_y$ uz firiuzdrzaj odredenih podavanja samostann topuskom fde Toplica). Parnica je došla pred opatov sud, pošto je opat dokazao, da je ban za taj spor nenadlezan.

Nos frater Guido, abbas in Toplica, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum esset contentio orta inter Obrad filium Nicolai cum fratribus suis ex una parte, et Lucachium et Stephanum filios Luche cum fratribus suis de Radoztych ex altera, pro tercia parte tocius possessionis de Radoztych, quam dicti Obrad, nec non fratres eius ipsis de iure spectare dicentes ante dominum Leustachium regni Sclauonie banum causam eorum đeduxeunt. Quod audiens pro tunc abbas Toplicensis, sciensque iudicium illud

[1] Vidi ovu riječ u listini od g. 1361. 23. marta

ad se pertinere debere, ad dicti bani personaliter accedens conspectum eidem quoddam ostendit priuilegium regis Andree, incliti regis Hungarie pie recordacionis, nec non eiusdem ecclesie Toplice fundatoris. Cuius priuilegii perlectis continenciis limpidius reperiebatur in eidem (!), quod possessio de Radoztych sub iurisdiccione esset abbatis seu ecclesie iamdicte. Dominus igitur banus ecclesie videns libertatem, eam nolens suo iure priuare, prefato abbati ex regio speciali mandato suum mittens hominenv scilicet honorabilem virum nomine Ladizla[1] cum ambabus partibus causas eorundem iusto iuris tramite per eundem abbatem admisit moderare. Quo scilicet abbate cum sue terre nobilibus et ignobilibus, nec non de Ratotvch et libere Brochine et Bornowos nobilibus in iudicio sedente ostenderunt dictus Obrad et fratres sui quandam confirmacionem domini regis Karoli super litteras cuiusdam abbatis Toplicensis continentem, quod eciam auus dicti Obrad tercius erat heres in possessione de Radoztych sepedicta. Tandem ne huiusmodi materia contencionis diucius pertraheretur, set (!) vt ipsa omnisque discordia ac strepitus litigii omnino sopiretur, pro bono pacis ambe partes pari, concordi et vnanimi voluntate commiserunt et permtserunt super relacionem et fidem dictorum de Ratotych et libere Brochine et Bornowos nobilium, vt quitquid idem nobiles dicerent seu referrent, ratum et gratum inter se haberent et sine diminucione aliquali inmutabiliter perpetuo hoc obseruare uellent. Quibus de Ratotych et libere Brochine et Bornowos nobilibus a iudicio surgentibus concilium pariter inierunt. Quo facto ad iudicium redeuntes sua retulerunt fide mediante, quod rnemorati Obrad et sui fratres tamquam nobiles et veri heredes de possessione Radoztich terciam partem totalem ordine iuris possidere et optinere deberent. Relacione igitur et rei veritate per dictos nobiles ab[2] abbate percepta, considerataque prescriptorum Obrad et fratrum suorum plena iusticia, eorum libertate mediante et dictorum nobilium relacio(!), idem dominus abbas iuris mensuram non excedens, set merum iudicium et iusticiam seruans, adiudicauit eisdem scilicet Obrad et fratribus suis, tamquam de Radoztych nobilibus et veris heredibus, totalem terciam partem videlicet de Radoztvch possessione prenotata, scilicet in terris, vineis, pratis, siluis et aquis, ac in omnibus aliis pertinenciis spectantibus ad eandem, ita videlicet, quod prenominati nobiles Obrad et sui fratres singulis annis in festo Michaelis archangeli quilibet eorum ecclesie Toplice duas pensas denariorum monete pro tempore currentis et tria munera consueta cum vno descensu in quolibet anno, prout alie gene-

[1] U Hstini od g. 1362. istoga datuma: Ladiha.
[2] Umetnuto sa strane navodnim znakom

raciones consueuerunt, ministrare et soluere teneantur; tempore autem dicacionis porcorum, quicumque eorum temporibus successiuis vnum porcurn haberet, de eodem dicatori domini abbatis nil solueret; qui autem plures haberet, de quolibet porco soluet denarios quatuor; iudicem autem seu maiorem quem vellent de medio ipsorum eligere habeant facultatem; qui iudex seu maior de tribuš iudiciorum grauaminibus, videlicet: violencia, furtu(l) et sanguinis effusione duas partes ^cclesie Toplice dare et ministrare debet, tercia parte ipsorum pro eodem iudice remanente. Insuper eciam ambe partes memorate, videlicet Obrad cum fratribus ac propinquis, nec non Lucachius et Stephanus similiter cum fratribus ac propinquis eorundem de consensu et vnanimi uoluntate eorum ordinauerunt, reliquerunt et ministerio viue uocis confessi sunt, ut omnia litteralia munimenta regia, baronum aut cuiusuis collegiati capituli, [seu] conuentus racione premissorum pro cmalibet parte contra alteram, vsque tunc emanata nullius facultatis, efficacie et vigoris erunt, set omnino commisissent cassa, mortua, friuola •et inania ac viribus caritura earumque exhibicionibus(!) ibique nocitura. Pristaldi autem huius cause uel facti sunt isti scilicet: Wlkozlaus filius Andree de Ratotich, Johannes filius Bogdan de libera Brochina, Demetrius fiiius Radvna de Ruicena, Barthomanus filius Pauli de Bratotich, Gardk filius Geya[1] de Schrachicha[2]. In cuius rei testimonium sigillum Jiostrum presentibus duximus apponendum. Datum in nostro monasterio prenotato, anno domini MCCCLX°. secundo, in vigilia apostolorum Svmonis et Jude.

Iz przjepisa kaptoia zagreb. od g. 1363. 25. januara.

Ovaj prij'epis nalazi se u kodeksu: Priuilegia mon. b. virg. Maria de Toplica no. 43.

Kodeks se nalazi ti arkivu nadbiskupije u Zagrebu I. B. XI. lo*

[1] Pisano; Geva-

[2] Vidi glede imena listimi od jednakog datuma.

189.

1362. 27. oktobra. (U Topuskom),

Guido opat topuski izriče nakon povedenog dokaznog postupka osudu u parnici Tomše Jakminovog i dr. proti Lukaču Lukinom de Radoztjch i dr. radi priznanj'a prava vlasništva na dio posjeda Dolech, kojom udovoljuje zahtjevu tuiitelj'd uz priuzdržaj' dužnosti stanovitih podavanja za topuski samostan. Parnica je došla pred' opatov sud, posto je on dokazao, da j'e ban za taj spor nenadleian.*

Vniuersis presentes litteras inspecturis nos frater Guydo, abbas monasterii beate virginis de Toplica, salutem. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum discordia esset orta inter Tomsam filium Jakmini, Lucachium filium Johannis, Punyk filium Chernozlai, Marchech filium Wlk cum fratribus eorundem ex vna parte, et Lucachium et Stephanum filios Luchk de Radoztich, nec non Gerdona filium Jelko, Mykou filium Pecen, Iwan filium Braysa de Dolech, similiter cum fratribus seu propinquis suis ex altera, pro vna parte possessionis de Dolech, que est uersus occidentem, quam dicti Tomsa filius Jakmini cum suis fratribus uel propinquis iamdictis ipsis de iure spectare dicentes ante dominum Leustachium regni Sclauonie banum causas eorum deduxerunt. Hoc audiens abbas pro tunc Toplicensis sciensque iudicium illud ad se pertinere debere ad dicti bani personaliter accedens conspectum ostendit eidem quoddam priuilegium excellentissimi regis Andree, quondam regis Hvngarie, nec non eiusdem ecclesie Toplice fundatoris. Cuius priuilegit perlectis continenciis in eisdem reperiebatur lucidius, quod possessio de Dolech sub iurisdicione esset abbatis predicti. Dominus igitur banus ecclesie videns libertatem, eam nolens suo iure priuare, abbati prefato ex regio speciali mandato suum mittens hominem, scilicet honorabilem virum nomine Ladiha[1] cum ambabus partibus causas eorundem iusto iuris tramite per eundem abbatem admisit moderare. Quo scilicet abbate cum sue terre nobilibus et ignobilibus, nec non de Ratotich et libere Brochine et Bornowos nobilibus in iudicio sedente ostenderunt dicti Tomsa filius Jakmini et fratres sui prescripti quandam confirmactonem incliti regis Karoli super litteras cuiusdam abbatis Toplicensis continentem, quod aui eorum erant heredes in illa parte possessionis de Dolech prenominata; tandem ne huiusmodi materia contencionis diucius protraheretur uel irrecidiue questionis scrupulum ullius reduci valeret, set(!)

[1] Vidi ovo ime u listinama i&toga datuma.

ut ipsa omnisque discordia ac strepitus litigii omnino sopiretur, pro bon.o pacis ambe partes pari, concordi et comuni uoluntate comiserunt et[1] permiserunt super relacionem et fidem predictorum de Ratotich et libere Brochine et Bornowos nobilium, vt, quitquid idem nobiles dicerent seu referrent, ratum et gratum inter-se haberent et sine diminucione[2] aliquali inmutabiliter perpetuo hoc obseruare vellent in nullo se retractaturos fore, replicando coram iudice pluries, allegarunt. Quibus de Ratotich et libere Brochine et Bornowos nobilius a iudicio surgentibus concilium pariter inierunt. Quo facto ad iudicium similiter reuertentes sua retulerunt fide mediante, quod memorati Tomsa filius Jakmini, Lucachius filius Johannis et ceteri superius nominati cum fratribus eorundem, tanquam nobiles et veri heredes partem illam possessionis de Dolech ordine iuris possidere et, optinere deberent. Relacione igitur et rei ueritate per dictos nobiles ab abbate percepta et agnita et intellecta considerataque prescriptorum Tomse et fratrum suorum plena iusticia tam eorum priuilegio mediante, quam eciam dictorum nobilum relacione, idem dominus abbas iuris mensuram non excedens, set merum iudicium et iusticiam seruans adiudicauit eisdem videlicet Tomse filio Jakmini et fratribus suis superius nominatis tanquam nobilibus et veris heredibus partem illam de Dolech uersus occidentem sitam, scilicet in terris, vineis, pratis, siluis et aquis, ac in omnibus aliis pertinenciis spectantibus ad eandem, ita videlicet, quod prefati nobiles Tomsa filius Jakmini et sui fratres seu propinqui singulis annis in festo Michaelis archangeli quilibet eorum ecclesie Toplicensi duas pensas denariorum monete pro tempore currentis et tria munera consueta cum vno descensu in quolibet anno, prout alie generaciones consueuerunt, aministrare et soiuere tenentur; tempore autem dicacionis porcorum, quicumque eorum temporibus successiuis vnum porcum habuerit, de eodem dicatori domini abbatis nil solueret; qui autem plures haberet, de quolibet porco solueret denarios quatuor; iudicem autem seu maiorem, quem uellent de medio ipsorum eligere habeant facultatem; qui iudex seu maior de tribus iudiciorum grauaminibus, videlicet: violencia, furtu(!) et sanguinis effusione duas partes ecclesie Toplice dare et ministrare deberet, tercia parte ipsorum pro eodem iudice remanente. Insuper eciam ambe partes prealegate, scilicet Tomsa filius Jakmini et sui fratres seu propinqui sepedicti, -nec non Lucachius et Stephanus similiter cum fratribus et propinquis eorundem de consensu ac vnanimi uoluntate eorum ordinauerunt, reliquerunt et ministerio viue uocis confessi sunt, vt omnia litteralia munimenta

[1] Pisano dvaputa; prvi put ispisan'o, drugi put kratica.
[2] Pisano; dimicione.

regia, baronum, aut cuiusuis collegiati capituli seu conuentus racione premissorum pro qualibet parte contra alteram vsque tunc emanata nullius facultatis, efficacie et vigoris essent, set omnino commiserunt cassay mortua, friuola et inania, ac viribus caritura eorumque exhibitoribus> vbique nocitura. Mete autem huius partis possesionis de Dolech a metis-Radoztich a superiori parte Dolech hoc ordine distinguntur: prima meta est in monte ex parte Lahouich, vbi est quercus iuxta viam; inde tendit ad orientem per monticulum et descendit in fluuium, qui uenit de Radoztich, ibi est meta terrea; ibique transit fluuium et transit per quandam siluam ad arborem narfa; abinde ascendit superius ad monterri ad quandam arborem castanee, vbi est meta terrea; abhinc vadit per montem in bono spacio supra vineam Lucachii, ibi est meta terrea; deinde per viam magnam tendit in duas siluas et venit insuper cuiusdam vinee inculte, vbi est meta terrea, quam diuidit terra Radoztich a terra Dolech; inde directe vadit per montem ad meridiem in villam Dolech, ibi est meta terrea; abinde transit villam et fluuium Rohadi ad arborem pomi, vbi est meta terrea et ascendit per antiquam viam clanech dictam; et per eandem vadit superius et declinat per sinistram partem ascenditque ad montem, vbi est meta terrea, que diuidit terram predictorum Tomse et fratrum suorum a terra Mykou, Iwan, Gurdona et a terra Serachicha(!). Pristaldi uero huius cause sunt hii, videlicet: Wlkozlaus filius Andree de Radoztich, Tohannes filius Bogdan de libera Brochina, Demetrius filius Radvna de Ruycena, Brathomannus filius Pauli de Bratotich, Gordak filius Gerya de Srachicha[1]. In cuius rei testimonium sigillum riostrum presentibus duximus apponendum. Datum in nostro monasterio prenotato, anno domini MCCCLX°. secundo, in vi* gilia apostolorum Symonis et lude.

Iz prijepisa kaptola zagreb. od g. 1363. 25. januara.

Ovaj prijepis nalazi se u- kodeksu: Priuilegia monasterii beate virginis Marie de Toplica no. 46,

Kodeks se nalazi u arkivu nadbisku&iie u Zagrebu; L B. XI. /5„

Glede imena vidi listine jednakoga datuma.

190.

1362. 4, novembra, (D Cazmi),

*Pred čazmanskim kaptolom daju Toma i Petar sinovi Bekini, a unuci Zvylanovi svojoj sestri Savylki prigodom udaje za. Filipa Dominikova u ime djevojačke četvrtine jednu četvrt svog posjeda Kaneyaucha**

[C]apitulum Chasmensis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Thomas et Petrus filii Beke filii Zwylan a parte vna, ab altera autem Phillipus filius Dominici filii Marcelli personaliter coram nobis constituti, iidem filii Beke asseruerunt ministerio viue vocis, quod sororem ipsorum Sawylka nomine vterinam ipsi Phillipo legitime in vxorem copulassent seu desponsassent, eidemque Phillipo et dicte sorori eorum quartam partem totalis possessionis ipsorum Kaneyaucha nominatam, quouis iusto titulo ad eosdem deuolute cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis quouis nomine vocitatis, ad eandem quartam partem spectantibus vniuersis tam racione premisse proximitatis, quam *eclam* nomine quarte filialis dedisse, donasse et tradidisse sunt confessi irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam. Hoc tamen declarato et expresso, quod si prefatam dominam consortem ipsius Phillipi absque heredum solacio viam vniuerse carnis ingredi contingat, quod absit, extunc prefata quarta pars possessionis memorate ad manus eorundem filiorum Beke deuoluetur pleno iure et
4 difficultate qualibet non obstante; si vero deo annuente heredes habuerint modo prenotato, sepefatam possessionariam porcionem obtinebunt in filios filiorum. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem parcium concessimus litteras sub appensione nostri sigilli communitas. Datum feria sexta proxima post festum omnium sanctorum, anno domini millesimo CCC°. sexagesimo secundo.

Originai na pergameni u kr. ug. đrz% arkivu n BudimpeŠii: M. O. D. L. no. 35.223. — Stara signatura: Acta monast. Garig fasc. II no. 4

Na lisiini visi o crvenoj i žutoi svilenoj vlaknatoi vrvci oštećem 4>ečat.

191.

1362. 12. novembra.

Bilfeška,

Franciscus de Georgio, regius miles et de regis mandato cornes, Daniel Johanis, Nicola Zune petunt absolvi a debito ob sale deperditum octo annis transactis cum essent massaril, ab guerram magnam, quando aliquis non audebat exire portas civitatis et sale(!) coligebatur cum aqua.

Lucius Noiae fol. 15. a. — Starine XIII. 236.

192.

1362. 26. novembra. U Zadru. (Jadre).

Mihajlo Ivanov de Pechiaro, kao nasljednik svoga strica Nikole Volcene de Martinussio, obvezuje se izvrHteljima oporuke pokojnikove, da će im u tri naredne godine isplatiti svotu nužnu za pokriće u oporuci naznačenih legata.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, indictione prima[1], die uigessimo sexto mensis nouembris, Jadre; regnante domino nostro domino Lodouico, dei gratia serenissimo rege Vngarie; et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro, decretorum doctoris, archtepiscopi Jadrensis, ac magnifici domini Nicolai de Sec,, tocius Dalmatie et Crohatie generalis bani et comitis Jadre. Cum Nicola condam Volcene de Martinussio, ciuis Jadre, suum condiderit testamentum anno incarnationis domini millesimo trecentesimo quadragessimo(!) septimo, mensis augusti die octauo intrante, indictione quinta decima, manu Johannis Rico, plebani ecclesie sancti Angelli de Veneciis notarii factum, per me notarium infrascriptum uisum et lectum. In quo quidem testamento suos fideicomissarios constituit nobiles uiros dominos Petrum de Matafarro, socrum(!) suum, dominam Priam, [so]rorem suam, Franciscum condam Johannis de Zadulino, nepotem suum, et filium suum Volcenam atque alios suos filios masculos cum peruenerint ad etatem legittimam. Et inter cetera, que in ipso testamento continentur, dixit: »Item uolo et ordino, quod dictus

[1] lndictio Bedana

Franciscus condam Johannis comissarius meus dare debeat de meis bonis ducatos auri quinquaginta,« — cui uel quibus et ordinauit in secreto. Ideo Michael condam Johannis de Pechiaro, ciuis Jadre, tanquam heres et successor bonorum predictorum dicti olim Nicole patrui sui, sponte et ex certa scientia et non per erorem solepne(!) per se et suos heredes et successores se obligando promisit dicto Francisco comissario et cui comissum fuit predicta presentare et ei dare in ciuitate Jadre dictos quinquaginta ducatos auri et per ipsum Michaelem et Cressium de G-ualellis una cum dicto Francisco dare et soluere cui etiam et comissum fuit in secreto et hoc usque ad festum paschatus resurectionis domini nostri Jesu Christi proxime uenturum, sub pena quarti stipulanti promissa; que pena, si in eam inciderit, aplicetur comuni Jadre, quia sic inter eos actum extitit et conuentum. Item cum dictus olim Nicolaus in suo testamento predicto reliquerit ducentas libras denariorum paruorum pro eius anima, ut in ipso testamento continetur, et reliquerit etiam in dicto suo testamento centum libras denariorum paruorum pro anima domine Marice, eius uxoris, ut in ipso etiam continetur; ac etiam reliquerit in dicto suo testamento quinquaginta libras denariorum paruorum pro anima domine Rade, uxoris Petri de Forto, ut in ipso testarnento plenius continetur; que tria legata — non sunt adhuc in aliqua sui parte soluta — [a]sscendunt(!) ad summam trecentarum quinquaginta librarum denariorum paruorum, — ideo prefatus Michael, tanquam heres et successor bonorum hereditatis dicti olim Nicole eius patrui per se et suos heredes et successores solepne stipulans se obligando promisit prefato Francisco, ut comissario predicto, ei in ciuitate Jadre in terminis infradicendis presentare et ei dare dictas trecentas quinquaginta libras denariorum paruorum dictorum trium legatorum, pro soluendis et ipsis satisfaciendis et dispensandis, prout in testamento continetur, ipse Franciscus una cum Cressio de Ciualellis et ipso Michaele, ut supradictum est, in tribus terminis, uidelicet terciam partem 'tocius dicte quantitatis infra unum annutTL ab hodie incipiendo, proxime uenturum, et aliam terciam partem deinde ad unum alium annum tunc proxime sequentem, ac reliquam et ultimam terciam partem deinde ad unum alium annum tunc proxime subseauentem; et sub pena quarti cuiuslibet auantitatis in quolibet termino, quo contrafecerit stipulanti promissa; que pena communi Jadre aplicetur, si contrafactum fuerit et refectione dampnorum et expensarum litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis obligauit dictus Michael eidem Francisco comissario omnia sua bona presencia et futura; et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta; et de ipsis quatuor legatis seu dimissoriis superius nominatis et expressis dictus Franciscus commissarius tenetur et det, ac

promisit ipsis primo solutis facere dicto Michaelt plenam securitatem per publicum instrumentum de iure ualituram; et de predictis omnibus uoluerunt predicti contrahentes duo fieri consimilia instrumenta: unum instrumentum uidelicet unicuique ipsorum tradendum. Actum est hoc et firmatum pressente Luca filio Volcene, Degnano et Cressio Andree de Grobogna, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

I *(Drugi rukopis).*

Ego Stephanus condam Miche de Soppe, examinator manum missL

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui, et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consueturn.

(Signum not).

Original na pergaMem u arkivu iugoslavenske akademi/e u Zagrebu: Diplomata a. 1362.

193.

1362. 3. decembra. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka šalje fto nalogu kralja odnosno bana svoga kancelara Teodora u Zadar sa svijem autentičnim pečatima iz oblasti dubrovačke sa nalogom^ da se metnu ovi pečati na ugoroor sklopljen između kralja Ljudevita i vojvode austrijskoga. Ujedno ga upućuju, da nastoji zaviriti u sj)omenuti ugovor, no if>ak mora i mimo to?a dozvoliti, da se ugovor gornjim pečatima zapečati.

Anno domini millesimo CCCLXII., indictione XV., die III. mensis decembris. Nos Nicoia de Sorgo, rector communis Ragusii, cum minori consilio et consilio rogatorum, ex auctoritate nobis data a consilio maiori committimus tibi Theodoro, nostro cancellario Ragusino, quod in nomine domini ex parte nostra et tocius civitatis Ragusine debeas ire presencialiter Jadram ad venerabilem et circumspectum virum dominum Catonem, cappellanum et specialem nuncium domini nostri regis, et facta sibi reverencia sicut decet, debeas sibi assignare nostram literam, quam sibi mictimus(l). Et quando ipse audienciam tibi dabit, tu debeas sibi dicere: »Dominus noster! Dominus rex Hungarie precepit per suam literam specialem suo magno sigillo sigillatam archiepiscopo et universitati hominum sue civitatis Ragusine, ut recepta ipsa litera statim deberent ad vos mictere in Jadram eorum sigiila apponenda cuidam carte seu membrane de perpetua liga, confederacione et indissolubili unione,

quam dominus noster rex Hungarie supradictus fecit cum dominis ducibus Austrie pro tranquilliori statu et comodo pacifico regnorum suorum, prout inter eumdem dominum regem et dictos dominos duces de apponendis sigillis suorum subditorum carte seu membrane ipsius lige est ordinatum. Et vos, domine Cato, apposite(l)[1] super huiusmodi negocio scripsistis per vestras literas eidem domino archiepiscopo et dicte civitati Ragusine, ut infra terminum XV. dierum a presentacione literarum dicti domini nostri regis ipsis fienda in antea mirandum omnia ipsorum sigilla autentica vobis deberent mittere in civitate Jadre apponenda carte seu membrane lige seu unionis prefate. Similiter et dominus banus Dal« matie per suas literas precepit comunitati civitatis Ragusine supradicte, ut mandatum domini nostri regis et vestrum mandatum, prout tenetur, dicta comunitas effectualiter adimplendo sigilla prelatorum, abbatum et insularum sub iurisdiccione Ragusina consistencium, cum sigillo ipsius comunitatis Ragusii deberent ad vos pro premissis mictere infra terminum per vos dicte comunitati in vestris litteris assignatum. Pro quibus quidem mandatis factis eidem comunitati Ragusii a domino nostro rege predicto, domino bano et vobis, ut superius est expressum, communitas Ragusina cupiens ipsa mandata et singula ipsius domini nostri regis, prout tenent, viriliter adimplere, mictitur me ipsorum cancellarium, licet indignum, ad vestram paternitatem cum omnibus sigillis autenticis prelatorum et comunitatis eiusdem, ultra que alia sigilla autentica in tota comunitate et districtu Ragusii ullactenus (!) reperiuntur, et eadem sigilla ego apponam vel appendam carte ceu(!) membrane predicte, iuxta mandatum domifli nostri regis, ipsius domini bani et vestrum«. Et procura, quantum poteris, meliori modo quo sciveris, videre cartam seu membranam et legere ipsam, ubi apponentur sigilla, ut scias nobis tenorem ipsius manifestare; et tantum si inveneris novitatem in illa carta, quantum si non contra nostram libertatem, debeas facere voluntatem ipsius domini Catonis. Et si dominus Cato noluerit dare tibi ad legendurn dictam cartam, vel ad apponendum sigilla manibus tuis, et tu debeas dare sigilla, ut ipse iaciat in omnibus et per omnia, sicut sibi videbitur et placebit. Quibus sigillis tibi restitutis debeas statim Ragusium remeare cum suis literis responsalibus, videlicet domini Catonis.

Libri reformationum a. 1862.
Llbri reformationum III. 237.—238.
Gelcich-Thalloczy Dipl. Ragtis. br. 32., 38.-—40.

[1] Ima biti propo^ite.

194.

1362. 3. decembra. (U Zadru).

*Andrija opat samostana sv. Kuzme i Damijana obvezuje se u ime samostana, da će u dvjema obrocima u dvije naredne godine platiti dug od 50 dukata zlata Franji de Georgio knezu trogirskome**

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, indictione prima, die tercia mensis decembris; regnante serenissimo domino nostro domino Lodouico, dei gratia inclito Hungarie rege; temporeque reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris, decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac magnifici et potentis domini domini Nicolay de Zeech, tocius Dalmacie et Crohacie bani ac Jadre comitis. Venerabihs vir dominus frater Andreas de Mesana, abbas monasterii sanctorum Cosme et Damiani Jadrensis diocesis, sponte contentus et confessus fuit se nomine dicti sui monasterii teneri et dare debere egregio viro domino Francisco de Georgio, regio militi et comiti Tragurii, seu ser Georgio de Georgio, fratri suo, ut procuratori et procuratorio nomine ipsius domini Francisci, ducatos quinquaginta auri seu in auro, pro residuo seu resto solucionis vnius debiti ducatorum centum auri, in quibus dominus frater Gregorius, condam abbas dicti monasterii et predecessor suus, nomine dicti monasterii obligatus legitur domino Francisco predicto per publicum instrumentum scriptum anno natiuitatis domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, indictione duodecima, die quarto mensis iunii, Tragurii, per Johannem filium condam domini Blanci de Bononia, publicum imperiali auctoritate notarium et comunis Tragurii iuratum. Quos quidem ducatos quinquaginta auri seu in auro idem dominus frater Andreas, abbas monasterii prelibati, nomine ipsius monasterii se et successores suos et bona ipsius monasterii obligando solempni stipulacione promisit supradicto ser Georgio de Georgio, fratri et procuratori domini Francisci supradicti et procuratorio nomine ipsius domini Francisci stipulanti, dare et soluere ei nomine *
domini Francisci predicti seu eidem domino Francisco hinc ad annos duos proxime secuturos in duobus terminis siue pagis, videlicet medietatem dicte peccunie quantitatis, que est ducati viginti quinque auri usque ad vnum annum proxime secuturum, et deinde usque ad vnum alium annum tunc proxime subsequentem reliquam medietatem, videlicet reliquos ducatos viginti quinque auri, sub pena quarto dicte peccunie quantitatis et reffectionis dannorum(l), interesse et expensarum litis et extra; qua pena soluta uel non, nichilominus contractus iste ratus ma-

neat. Pro quibus omnibus et singulis supradictis sic attendendis et ob&eruandis idem dominus abbas obligauit eidem ser Georgio, quo supra nomine stipulanti, se et successores suos et bona omnia dicti sui monasterii presencia et futura. Actum Jadre, presentibus ser Zoylo de Botono,. ciue Jadre, et ser Pribe de Martinusio de Arbo, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

*(Drugi rukopisj**

Ego Vitus Grisogoni de Zadulinis, iudex examinator manum missi.

(Sigmtm noi.)

Ego Coradus condam Rangerii de Padua, imperiali auctoritate notarius et Jadre ad civillia cancellarius, premissis interfui et rogatus scripssi (!).

Original na pergameni u gubem. arkivu u Zaaru, odio samostana rogovskoga no. 70.

195.

1363. 25. januara. (U Zagrebu).

Kaptol zagrebački pfepisuje na 'molbu četvorice plemića de Radoztych listinu opata topuskog Guida od 2j. oktobra 1362.; spomenuti plemići ujedno izjavljuju da se za sebe i svoje potomstvo podvrgavaj'u svim ontm službama i odredbama^ Uo im ih je nametnuo opat Guido.*

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes tenore presencium sigriificamus quibus expedit vniuersis, quod anno domini MCCCLX°. tercio, in festo conuersionis beati Pauli apostoli«, Tomsa filius-Jakmini, Lucacius filius Johannis, Punvk[1] filiuš Chernozlai et Marchech filius Wlk de Dolech, generacionis de Radoztych, ad nostram personaliter accedentes presenciam exhibuerunt et presentarunt nobis quasdam litteras priuilegiales religiosi viri domini fratris Guvdonis abbatis Toplicensis tenoris infrascripti; petentes nos cum instancia, vt tenorem earundem presentibus de uerbo ad uerbum transcribi et nostro sigillo consignari facere dignaremur. Quorum nos peticionibus vtpote iustis et congruis annuentes tenorem earundem de uerbo ad uerbum transcribi et appensione nostri sigilli fecimus communiri. Quarum tenor talis est: *(S/ijedi listina Guide opata topttskog od god. 1362. 27. oktobra).* Post

[1] Pisano: Pnnyk.

quarum litterarum presentacionem nobis factam prenominati Tomsa filius Jakmini, Lucachius filius Johannis, Punyk filius Chernozlai et Marchech filius WIk, suis et dictorum fratrum ac proximorum eorundem nominibus, omnibus condicionibus et seruiciis supradictis ipsis per prenominatum dominum abbatem et eius conuentum graciose, ut dicebant, inpositis et ordinatis gratum prebuerunt assensum promittentes et assummentes pro se et eorum posteros perpetuis temporibus premissa omnia et singula fideliter obseruare. Datum in predicto festo conuersionis beati Pauli apostoli, anno domini MCCCLX° tercio superius annotato.

Iz koaeksa: Priuilegia mon. b. vir. Marie de Tofrlica no. 46. Kodeks se nalazi u arkivu nadbiskupije u Zagrebtt: L B, XL 15.

196

1363. 25. januara. (U Zagrebu).

Kt

Radoztych listinu opata topuskog Guida od 2~. oktobra 1362.; spomenuti plemič izjavljuje ujedno tt ime svoje i svoje plemičke braće i potomstva, da prihvaća sve one sluzbe i odredbe, što ih im je na~ redio opat Guido.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod anno domini. MCCCLX° tercio, tn festo conuersionis beati Pauli apostoli Obrad filius Nicolai de generacione Radoztych ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit et presentauit nobis quasdam litteras priuUegiales religiosi viri . domini fratris Guidonis abbatis Toplicensis tenoris infrascripti; petens nos cum instancia, vt tenorem earundem de uerbo ad uerbum transscribi et nostro sigillo consignari facere dignaremur. Cuius nos peticionibus utpote iustis et congruis annuentes, tenorem earundem de uerbo ad uerbum transcribi et appensione nostri sigilli fecimus communiri. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina Guide opata iopuskog oa %od. 1362. 27. oktobra).* Post quarum litterarum presentacionem nobis factam prenominatus Obrad fiiius Nycolai suo et dictorum fratrum seu proximorum suorum nominibus omnibus condicionibus et seruiciis supradictis ipsum(!) per nominatum dominum abbatem et eius conuentum graciose, ut dicebat, inpositis et ordinatis gratum prebuit assensum promittens ac assumpmens per se ac posteros tam suos quam predictorum fratrum suorum perpetuis temporibus premissa omnia et singula fideliter

obseruare. Datum in predicto testo conuersionis beati Pauli apostoli, anno domini MCCCLX° tercio superius annotato.

Iz kodeksa: Priuilegia mon. b. virg. Mane de loplica no. 43. Kodeks se nalazi u nadbiskupskom arkivn u Zagrebu: I. B. XI. lo.

197.

1363. 25. januara. (U Zagrebu).

Kaptol zagrebačkt prepisuje na molbu Valentina Stanislavovog plemiča de Radoztych listinu opata topuskog Guida od 2j. oktobra 1362.; spomenuti plemič izj'avlj'uje u ime svoj'e, svoje plemićke brače i potomstva, da prihvaća sve one stužbe i odredbe, Što ih im je naredio opat Guido.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod anno domini MCCC°LX° tercio, in festo conuersionis beati Pauli apostoli Valentinus filius Stanizlav de generacione Radoztych ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit et presentauit nobis quasdam litteras priuilegiales religiosi viri fratris Guidonis abbatis Toplicensis tenoris infrascripti; petens nos cum instancia, ut tenorem earundem de uerbo ad verbum transcribi et nostro sigillo consignari facere dignaremur. Cuius nos peticionibus vtpote iustis et congruis anuentes tenorem earundem presentibus de uerbo ad uerbum transcribi et appensione nostri sigilli fecimus communiri. Quarum tenor talis est: *.{Slijedi listina Guide opata topuskog od god. 1362. 27. oktobra).* Post quarum litterarum presentacionem nobis factam prenominatus Valentinus filius Stanizlai suo et omnium fratrum sev proximorum suorum nominibus omnibus condicionibus, seruiciis supradictis ipsis per prenominatum dominum abbatem et eius conuentum graciose, ut dicebat, impositis et ordinatis gratum prebuit assensum; promittens et assummens per se et posteros tam suos quam predictorum fratrum suorum temporibus perpetuis premissa omnia et singula observare. Datum in predicto festo conuersionis beati Pauli apostoli, anno domini MCCCLX° tercio superius annotato.

Iz kodeksa: Priuilegia mon, beate vir. M.zrie de loplica no. 42. Kodeks se nalazi u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. Xf. 15.

198.

1363. 19. lebruara. (U Zagrebu).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđuje na molbu Nikole Stjepanovog listinu kralja Bele od 7. novembra i2$g[x] vrhu darovanja imanja Toplicha; isto imanje podjeljuje mu kralj titulom novae donacionis, te ga ujedno sa svijem njegovim nepokretnim vlasništvom izuzimlje iz tvrdavnog sluzbeniUva i podize među plemiće kraljevstva.

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, p[rinceps Sallernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus- tam presentibus quam futuris,' presencium noticiam habituris, salutem in omnium saluatore. . . . . .deuotorum. . . . . debet. . . . . .effectum, ut co. . . . .• . . . . .reddere se ex deuotis de- uociores ad fidelitatis. . . . . .Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Nicolaus filius [Stephani

super terra quondam Drugani filii Bavlatha, Toplicha vocata. . . . . . . in comitatu , ...* . . . .

. . . . .priuilegii Bele regis tenor talis est. *(Slijedi povelja kralja Bele od godine 123H. 7. novembraj.* Nos itaque attendentes humilem et deuotam supplicacionem ipsius Nicolai filii Stephani nec non ad instantem peticionem magistri Svmonis filii Mauricii domini sui pretactum priuilegium Bele regis omni prorsus vicio et suspicione carentem(!) presentibus de verbo ad verbum insertum simul cum ipsa terra quondam Drugani iure quo nostre collacioni dignoscitur pertinere noue donacionis titulo ipsi Nicolao et suis heredibus ac posteritatibus commisimus et donauimus auctoritate regia perpetue valitura,. confirmantes presentis scripti nostri patrocinio mediante, sine preiudicio iiiris alieni; ac eundem et suos heredes ac successores in perpetuum cum terris seu possessionibus a iobagionatu castri duximus eximendum et in cetum et numerum verorum nobiiium regni nostri mutuata libertate ipsius agregamus et pure nobilitatis priuilegio fecimus et facimus congaudere. ln cuius confirmacionis et donacionis nostre testimonium

[1] Cod. dipl. IV. 89.

presentes litteras nostras priuilegiales et autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas duximus concedendas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC° sexagesimo tercio, vndecimo kalendas mensis marcii, regni autem nostri anno XX. secundo; venerabilibus in Christo patribus eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Co]ocensi, Wgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Elya Ragusiensi, archiepiscopis; Demetrio Waradiensi, Dominico Transsiluaiio, Michaele Agriensi, Colomano Jauriensi, Stephano Zagrabiensi, Ladislao Wesprimiensi, Dominico Chanadiensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Syrimiensi, Johanne Tininiensi, Demetrio Nonensi, Valentino Macharensi, Stephano Farensi, Nicolao Traguriensi, Matheo Sibinicensi, Michaele Scardonensi et Portiua Senniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feJiciter gubernantibus; Vachiensi et Corbauiensi sedibus vacantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio voyuoda Transsiluano, comite Stephano Bubek, iudice curie nostre, Johanne magistro thauarnicorum nostrorum, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machow banis, Petro Zudar pincernarum, Paulo dapiferorum, Emerico agasonurn et Johanne ianitorum nostrorum magistris, ac magistro Benedicto comite Posoniensi; aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original na pergameni u kr. ugar, drzavnom arkivu u Budimpesti: M. O. D L. no. 237. — Stara signatura : N. R. A. fasc. 1598. no. 24. Pečat i vrvca otpala.

199,

1363. 1. marta. (U Zagrebu).

Kaptol zagrebački prepisuje na molbu gradana gričkog Bartukija listinu svoju od 12. marta 1332.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod anno domini MCCCLX° tercio, feria quarta proxima post dominicam reminiscere, Bartuchius ciuis Grechensis ad nostram personaliter accedendo presenciam aportauit et exhibuit quasdam nobis litteras priuilegiales pendenti autentico sigillo nostro consignatas tenoris infrascripti; petens nos cum instancia, vt easdem de uerbo ad uerbum transcribi et appensione nostri sigilli predicti consignari facere dignaremur, Cuius nos peticionibus vtpote iustis et congruis annuentes, tenorem earundem de uerbo ad uerbum

transcribi fecimus. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola zagrebackog od god. 1352. 12. marta).*

*Iz kodeksa: Priuilegia monasL b. virg. Marie de Toplica no. 62. Kodeks se nalazi u arkivu nadbiskupije u jLagrebu? **I.** B. **XI.** lo.*

200.

1363, 12. marta. U Krku, (Veglae).

Marino cjenjuju se neke nekretnine Klare de la Vizola u svrhu provedenja ovrŠnog postupka na temelju ' osude, kojom je ista osučtena na korist Malobračana na Krku.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem 1363., indictione I., mensis martii die 12. intrante, Veglae, in curia hospitii Andreni filii Dominici dicti Baruso quondam Matthaei de QuaIissio; coram domino Quirino quondam Baune de Marino, dominorum comunitatis Veglae iudice; praesentibus magistro Dominico quondam Vidennii de Cela, praesbitero Matthaeo, ac Blasio diacono, canonicis Veglae, et aliis ad haec convocatis specialiter testibus, et rogatis. Cum, ut ibi dicebatur, Clara de la Vizola pro certo fuisse debito, vel tributo remansi conventui fratrum Minorum de Vegla eidemque per dominium Veglensem(!) sententiata ad intrandum bona ipsius, ut ex hoc constat publico instrumento manu Quirini notarii confecto. Idcirco instantia petitioneque Nicolai alias iudicis dicti Vedo, velut procuratoris dicti loci Minorum, Nicolaus de Luggetta, Nicolaus quondam Joannis de Vegla, Domicellus de Pilicina, et Videnus de Stosse iurati quandam partem cuiusdam orti dictae Clarae, Veglae situm apud domum Donachiae, et apud ortum Nicoiai dicti Gloria, nec non apud viam publicam; item unum neresium positum in contrada portae superioris apud neresium dicti diaconi Blasii, et apud neresium iudicis Francisci, nec non apud viam publicam, ut ibi dicebatur; qua quidem parte orti cum neresio praedicto sic per eos diiigenter inspectis, omni amore, hodio(l), zelo timoreque, amicitia, seu inimicitia paenitus remotis et postpositis, imo bona fide, absque fraude, dictam partem orti extimaverunt cum omnibus suis iuribus libras undecim; neresiuym vero praetactum cum suis iuribus et pertinentiis libras septem denariorum Venetorum paruorum. Quae omnia et singula antedicta, me infrascriptum notarium dictus Nicolaus Vedo, dicti conventus procurator, instanter rogavit, iit in publicam sibi deberem redigere formam.

Ego Nicolaus iudex manum misi.

Ego Joannes filius quondam Petri de Rotunda, Veglensis comunis et imperiali auctoritate notarius, hiis interfui omnibus, et rogatus scripsi publicavi et corroboravL

Zbornik Bartoli str. 4.

201.

1363. 17. mapta. (U **Dubrovniku).**

Općina dubrovačka šalje svog poslanika Paška de Ragnina u Drac sa nalogom, da zatraži zadovoljštinu radi povrjeda počinjenih na dubrovačkim brodovima^ mornarima i trgovcima; ako zadovoljštine ne bi dobio ima uloiiti prosvjed, a dubrovački trgovci imadu DraČ ostaviti, Ujedno mu je povjereno^ da zatraži odgovor na neka pisma od trgovaca u Valoni.

Die XVII. marcii. In nomine domini amen. In MCCCLXIII.

Nuy Nicola de Grede, rector de Ragusa, iudeci et consellieri de la dita terra, per auctoritate a nuy dada dal magor conseio, chomettemo a ti Pasqua de Ragnina nobile et dileto citadino nostro, che al nome de dio debi andare ambaxadore al capitanio et a tuta la universitade de Duraeo, li qual debi saludare per parte nostra et de tuta la terra cum quele bele parole, che a ti parera che se convegna. Et fata la salutacion, debi li presentare la lettera de credenga.

Et presentada la lettera de credenca, debili dire et exponere per parte nostra et de tuta Ia terra pregandoli che a lor plaqua de volere observare et mantignire l'antiga amistade, che sempre e stada intro nuy *et lor. Et abiando respecto a la dita antiga amistade molto se maraveiamo de le novitade le quale ave fato ali nostri navili et ali marineri et ali merchadanti, li qual andava cum loro merchadandie ali sui viagi, piando loro et incargerando et levando le merchadandie per for^a. Per la qual cossa nuy ve pregemo, a§o che la amistade antiga se conserve, che a vuy plaqua de rendere tuto quelo, che ave tolto ali nostri merchadanti et ali nostri marineri, segondo che molte nostre lettere ve scrivesimo.

Anchora li pregemo, che a lor plaqua de non impaeare li nostri navili, che va a flumere o che torna de la; che vuy save bene, che vuy non tigni ne posede le dite flumere, ma le tien et posede li l' imperatore de Sclavonia; siche non ave raxion de impagarli.

Et contentando lor de voler render quelo che li a tolto, et de non impaear li nostri' navili; debi domandar le cosse tolte, over satisfacion d'esse.

Et abiando re^epudo le dite cosse over satisfacion d'esse debi vignir a Ragusi.

Et quando elli non volesse render le cosse tolte per loro, over satisfar, over che non volese cesar de impa^ar li nostri navili che va a ie flumere o che torna de la, de quelo che non contentara de far, debt protestar segondo la forma del protesto, la quale avemo dado a don Pietro del Negro; et debi comandar ali nostri merchadanti che son in Durago, che li se debia partir de Duraco o del suo tignir cum le lor cosse infra.'di XW soto lo protesto.

Et se queli de Dura<jo te domandasse la copia de nostro protesto, •et-tu'la da, Et s'elli protestara contra de nuy> et tu demanda la copia del suo protesto.

Et §oneando ti a Duraco de presente debi mandare a la Valona in mani de li nostri merchadanti le lettere,che mandemo a lor; et debi aspettar la resposta di VI. dali diti merchadanti. Et se in fina a li di VI. non avesi la resposta, abiando despacado li altri servixi scriti de sopra debi vignir a Ragusa. Et ordena cum li merchadanti, che quandr> elli reeevera la dita resposta, che li la mande a Ragusa cum li primi.

Lettere e commissioni di Levante 1359.-—1380. f. 47, b.—48. a.
Lvbri reformatiomtm III. 252.-253.

202.

1363. 21. marta.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđuje na molbu Pavlina samostana dubičkog listinii kralja Stjepana od g. 1276. (Cod. dtpL V. 582.), koja sadržaj'e listinu suca dubičkog Erneja od god. 2244^ (Cod. dipl. IV. 264.).*

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie* Buigarieque rex, princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, noticiam presencium habituris salutem in omnium saluatore. Exuberans inflamata deuocio eo saluti sue prouidet vtilius,. quo personis religiosis et piis locis pie donata limpidius roborat et confirmat. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod. vir religiosus frater Emiricus, conuersus ordinis sancti Pauli

primi heremite, in personis virorum religiosorum prioris et conuentus fratrum Heremitarum claustri beate virginis de Dubicha, celsitudinis nostre adiens conspectum exhibuit nobis priuilegium condam serenissimi principis domini Stephani regis Hungarie, prothaui nostri karissinii pie memorie, super quadam particula terre ac ereccione metarum eiusdem pro dicto claustro facta emanatum tenoris infrascripti; supplicans culmini nostro regio humiliter et deuote prece subiectiua, ut ipsum priuilegium dicti domini Stephani regis acceptare, approbare, ratificare et pro ipso claustro ac fratribus Heremitis nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius tenor talis est: *(Slijedi povelja kralja Stjepana od g. 1270., koja sadržaje lisiinu suca dubičkog Erneja od g. 1244J.* Nos siquidem ob spem et deuocionem nostram, quam ad dictum ordinem sancti Pauli gerimus et habemus specialem, supplicacione dicti fratris Emirici fauorabilitate regia et benignitate exaudita et admissa, pretactum priuilegium ipsius domini Stephani regis omni prorsus vicio et suspicione destitutum, presentibus de uerbo ad uerbum insertum, quoad omnes sui continencias et clausulas acceptamus, approbamus, ratificamus et pro dicto claustro ac fratribus Heremitis in eodem deo iugiter et deuote famulantibus auctoritate regia perpetuo valiturum confirmamus presentis priuilegii nostri patrocinio mediante, saluo iure alieno. In cuius confirmacionis nostre testimonium presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai, archyepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC° sexagesimo tercio, duodecimo kalendas mensis aprilis, regni autem nostri anno vigesimo secundo. Venerabilibus in Christo patribus, eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Wgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Elya Ragusiensi, archyepiscopis; Demetrio Waradiensi, Dominico Transsiluano, Mychaele Agriensi, Colomano jauriensi, Stephano Zagrabiensi, eodem regni Sclauonie banatu tenente, Ladisiao Wesprimiensi, Dominico Chanadiensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nitryensi, Thoma Syrimiensi, Johanne Tvniniensi, Demetrio Nonensi, Valentino Macarensi, Stephano Farensi, Nicolao Traguriensi, Matheo Sybinicensi, Michaele Scardonensi et Portiua Seniensi, ecclesiarum episcopis ecciesias dei feliciter gubernantibas; Vachyensi et Corbauiensi sedibus vacantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio voyuoda Transsiluano, comite Stephano Bubek, iudice curie nostre, Johanne magistro thauarnicorum nostrorum, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machou banis, Petro Zudar pincemarum, Paulo dapiferorum, Emirico agasonum et Johanne ianitorum nostrorurn magistris, ac magistro Benedicto čo-

mite Posoniensi; aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original na pergam. u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M^ 0. D. L. no. 35.141. — Stara sign.: Acta monast Dubica no. 4.

0 zelenoj svilenoj vrvci visi dobro sacuvani dvostruki pecat..

Na lijevoj strani donjega ruba stoji poznaii pripisak : Ad perpetuam rei memoriam etc, *poivrda istoga kralja od god. 1364. 30. ma/a, kojomisti povelju pod novim pečatom potvrđuj'e za redovnike sv. Pavla. Pečat (ulomak), ko/i spada k toj' potvrdi, visi gorespomenutom pecatu s desna nazelenoj i crvenoj svilenoj vrvci.*

Pe/er Cod. dipl Hung. Tom. IX. voL 3. p. 34S.—34&.

203.

1363. 21. marta.

Ljudevit kralj' ugarski i hrvatski potvrđuj'e na molbu Pavlina dubičkog samostana listinu kaptola zagrebačkog od i. maj'a 1358., kojasadriaje ispravu Ilije freceptora dubičkog od 13. oktobra 1354.

Ludouicus *del* gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium saivatore. Bone rei dare consultum et presentis habetur vice subsidium et eterne remuneracionis cernitur premium expectare, hoc enim pie, hoc religiose a regia agitur maiestate piis locis salubriter donata muniminis sui beneficio curauerit stabilire. Proinde ad uniuersorum« noticiam harum serie uolumus peruenire, quod vir religiosus frater Emiricus, conuersus ordinis sancti Pauli primi heremite, in personis prioris et conuentus fratrum Heremitarum claustri beate virginis de monte Dubicha, celsitudinis nostre adiens conspectum exhibuit nobis quasdam litteras priuilegiales honorabilis capituli ecclesie Zagrabiensis tenorem litterarum fratris Elye, preceptoris de Dubicha, in se exprimentes, in facto. cuiusdam possessionarie porcionis eorum in possessione Othok vocata habite, ac super ereccione metarum eiusdem emanatas tenoris infra^ scripti; supplicans nobis exinde humiliter et deuote, ut easdem acceptare, approbare, ratificare et nostro pro ipsis fratribus Heremitis dignaremur priuilegio confirmare. Quarum tenor talis est: *(Slij'edi isprava zagrebačkog kaptola od g. 1358. 1. ma/a, koj'a sadršaj'e u sebi ispravu-*

od g. 1354. 13. oktobra.J. Nos itaque ob spem et deuocionem nostram, quam ad ipsam virginem Mariam matrem domini gloriosam, in cuius nomine dicta domus claustralis constructa extitit et fundata, gerimus et toabemus specialem, premissam supplicacionem ipsius fratris Emirici tanquam iustam et iuri consonam duximus beniuole admittentes pretactas litteras dicti capituli omni prorsus vicio carentes foto earum tenore presentibus de uerbo ad uerbum inserto, quoad omnes sui continencias et clausulas acceptamus, approbamus, ratificamus et pro dictis fratribus Heremitis in ipsa domo deo et beate virgini iugiter et deuote famulantibus auctoritate regia confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante, sine preiudicio iuris alieni. In cuius confirmacionis nostre testimonium presentes cbncessimus Htteras nostras priuilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai, archyepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC° sexagesimo tercio, duodecimo kalendas mensis aprilis, regni autem nostri anno vigesimo secundo. Venerabilibus in Christo patribus, eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Wgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Elya Ragusiensi, archyepiscopis; Demetrio Waradiensi, Dominico Transsiluano, Michaele Agriensi, Colomano Jauriensi, Stephano Zagrabiensi, eodem regni Sclauonie banatu tenente, Ladislao Wesprimiensi, Dominico Chanadiensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nitryensi, Thoma Syrimiensi, Johanne Tyninlensi, Demetrio Nonensi, Valentino Macarerisi, Stephano Farensi, Nicolao Traguriensi, Matheo Sibinicensi, Mychaele Sćardonensi et Portiua Seniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Vachyensi et Corbauiensi sedibus uacantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio wyuoda (I) Transsiluano, *comite Stephano Bubek, iudice curie nostre, Johanne magistro thauarnicorum nostrorum, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machou banis, Petro Zudar pincernarum, Paulo dapiferorum, Emirico agasonum et Johanne ianitorum nostrorum magistris, ac magistro Benedicto comite Posoniensi* aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honoreš.

Original na pergameni u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O D. L. no. 35.214. — Siara signaiura: Acta monast. Dubica no. o.*

Na lijevom donjem krajti %nalazi se poznati pripisak, odnosno potvrda istoga kralja od god. 1364. 30. maja: »Ad perpetuam rei memoriam« . . . *itd., kojom se pod novim pečatom poivrđuje gornja povelja za dubičke Pavline.*

Na listini vise dvije svilene vrvce: jedna zelena u sredini, na kojoj se nalazi prilicno sačuvani pecat, i druga zelene i Ijubičaste boje s ulomkom pečata, koj'i spada k potvrdi od g. 1364.

Feje'r Codex Diph Hung. T. IX. 349.—350.

204.

1363. 17. aprila.

Đuro župan križevački j'avlj'a kaptolu zagrebačkom, dajeza i.maja urečeno ročište, na kojem će imati da položi uz trojicu svojih porotnika tuženi Bartol Pavlov prisegu dosudenu mu u pamici sa Petrom prepozitom radi nasilja ; kaptol zagrebački sudjeluje kao vjerodostojno mjesto.

Viris discretts et honestis capitulo Zagrabiensis ecclesie, dominis amicis suis honorandis magister Georgius, comes Crisiensis, amicicie debitum cum honore. Nouerit amicicia uestra, quod Bartholomeus filius Pauli filii Christofori quartusmet nobilibus sibi similibus in octauis beati Georgii martiris nunc uenturis in ecclesia nostra presente vestro testimonio super eo, ut ipse in absencia domini fratris Petri prepositi quamplura fenilia ecclesie sue . non u^ndiderit, nec aliqua ex eisdem ad domum suam deduxerit; et unum iobagionem suum cum uxore sua captiuando in uinculis suis non conseruauerit, et omnibus bonis suis ablatis ipsum priuando de possessione ecclesie sue non expulerit, et in omnibus accionibus suis dicti domini Petri prepositi super eundem aquisitis penitus innocens sit, contra eundem dominum fratrem Petrum prepositum se expurgare debet sacramento. Seriem autem ipsius iuramenti #obis in uestris litteris amicabiliter rescribatis. Datum feria secunda proxima ante festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC°LXIII°.

Na leđima: Capitulo Zagrabiensis ecclesie pro Bartholomeo filio Pauli contra dominum Petrum prepositum ad octauas beati Georgii martiris nunc uenturas super deposicione iuramenti memoriales.

Original na papiru kod imovinske općine Sv. Jelena~Koruška kraj Križevaca.

Na hrpiu vidi se trag pečatu, koj'im bijaše isprava zatvorena.

*Laszoivski. Ltstitte općine sv. Jelene*KoruŠke Zagreb 1904. str. 8.*

205,

1363. 1. maja. U Zagrebu. (Zagrabie).

Pred bračom Grgurom i Stjepanom, županima zagrebačkima, te Pe~ trom, zemaljskim zupanom turopoljskim, ustanovljuj'u prosvjedom plemiči de Lukouch svoje pravo prvokupa na neke nekretnine Petra brata JakHnog, te to svoj'e pravo obrazlažu rodbinstvom svoj'im i susjedstvom.

Nos magister Gregorius et Stephanus filii Borome, comites Zagrabienses, ac Petrus filius Stephani comitis terrestris de Campo, memorie commendamus, quod Scovko filius Deuan et Mykech filtus Mykse de
1 Lukouch de Campo Zagrabiensi in suis et aliorum ipsorum generacionis hominum de eadem personis ad nostram accedentes presenciam nobis per modum protestacionis curarunt significare, quod prout ipsi percepissent Petrus frater Jaxse quasdam porciones possessionarias quondam Dobrouch et Peruos filiorurh Maren de eadem Lokouch(!) ad ipsum quodammođo deuolutas nunc quibusdam aiiis cautulose(I) tradere et a se alienare nitteretur, que tamen diu racione patruelis fraternitatis, quam contigue vicinitatis et commetaneitatis magis ipsis quam alh's quibuslibet ad emendum vel pro pignore recipiendum et alio racionabili modo ad habendum congruerent. Vnde facta huiusmodi protestacione iidem Skoyko(!) et Mykech suo viceque et nomine aliorum dicte generacionis eorum hominum predictum Petrum fratrem Jaxse a vendicione, inpignoracione et alia qualibet alienacione prescriptarum possessionariarum porcionum quondam predictorum Dobrouch et Peruos et alios quoslibet ab empcione, pro pignore recepcione vel aliter pro se recepcione quoquomodo facta uel facienda contradicendo prohibuerunt coram nobis. In cuius prohibicionis testimoniurfi presentes ad instanciam eorundem duximus concedendas communi iusticia suadente. Datum Zagrabie, in lesto beatorum Philipi et Jacobi apostolorum, anno domini M°.CCC°.-LX° tercio.

Jednostavni prijepis XVL vijeka na papiru n kr. tigar. drzavnom arkivu u Budimpesti: M. O. D. L. no. 33.609 — Stara sign. A^T. R. A. fasc. 1509. no. 48,*

Laszomski Spom. Turopolia I. 76.—77.

206.

1363. 2. maja. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka šalje Marina de Viciano u Marku Ankonsku, da nađe dva vj'ešta meštra, te potanko ustanovljuje pod kojim uvjetima.

Die II. mensis madii, I. indictione. Exemplum commissionis Marini de Viciano.

Nos Marinus de Mence, rector comunis Ragusii, cum nostro parvo consilio comittimus tibi Marine de Viciano, noster civis, quod applicando ad partes Marchie Anchonitane debeas inauirere ad inueniendum duos bonos magistros, unum de balistis et alium de pavensibus. Et inveniendo eos, qui velint venire Ragusium ad salarium nostrum, damus tibi licenciam, quod tu possis illos accorđare pro uno anno ad melius forum, quem tu poteris a ducatis XXXV. inferius et domum dando pro quolibet ipsorum; et de quo. . . . ipsi laboraverint tam comuni, quam particularibus personts possint sibi facere satisfieri uterque ipsorum magistrorum. Et ille magister, qui voluerit venire ad nostrum salarium, incipiat ad librandum soldum ab illa die, qua intraverit navigium causa veniendi Ragusium. Et si dictis magistris vel ipsorum alteri esset opus denariis et tu debeas mutuare pro quolibet ipsorum magistrorum usque ad summam ducatorum XV. Et de eo, quod mutuaveris et de concordia, quam facies cum magistris predictis, debeas nobis fieri facere instrumentum, obligando ipsos nostro comuni et nostrum comune ipsis magistris vigore syndicatus, quem nos tibi damus. Et quod quilibet ipsorum debeat stare ad nostrum salarium uno anno, et non possit recedere; et quod nos non possimus illos dimittere usque ad complementum anni. Et facias, quod ipsi veniant tecum Ragusium. Et caves (!) accipere homines brigosos vel ribaldos. Et si tu non poteris mutuare aliquos denarios dictis magistris et.tu facias cum ipsis sicut melius poteris sine mutuo denariorum.

Lettere e commissioni di Levante voL 1359.—1880. foL 48.
Libri reformationum 2II. 260.

207.

1363. 10. maja. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka upravlja oštro pismo kapetanu i općini dračkoj\ u kojem trazi potpunu zadovolj'štinu radi počinjenih Duhrovčanimd povrij'eda i šteta; nadalje odlučno traži, da ne priječe brodovima dubrovačkim ulaziti u rij'eke.

Die X. madii. Exemplum litterarum destinatarum capitaneo et universitati Duracii per consilium rogatorum ex auctoritate maioris consilii.

Post salutacionem debitaml Amicicie vestre presentibus denotamus, quod litteras vestras nuper recepimus, et ipsarum continenciam pleno collegimus intellectu, supra quibustvobis breuiter respondemus: quod nos volu'mus et vos requirimus, quod vos non debeatis impedire aliquo tempore nostra navigia volencia intrare flumina cum quibuscumque rebus, quas portare voluerint, quia ipsa flumina sunt omnibus comunia et non sunt magis vestra quam nostra. Et quod debeatis satisfacere et emendare omnes res per vos et vestros acceptas nostris mercatoribus et civibus. Et quod de percussionibus factis nostro cancellario et nostris marenariis per homines vestri ligni, cuius erat caput Prochontinus, faciatis iusticie conplementum; quoniam culpa fuit magis capitis, quam aliorum. Et debeatis emendafe et satisfacere omnia dampna et totum interesse; quod fecistis nostris merchatoribus prohibendo, quod non possint eorum mercaciones extrahere de fluminibus, nostra navigia et homines retinendo, et ipsa non permittendo ire ad ipsorum viagia. Que omnia dampna et interesse et res accepte sunt scripte in §edula pre-. sentibus interclausa, infra terminum VHl. dierum post presentacionem presencium vobis fiendam proximo futurorum, in antea ibi inviandorum. .

Leitere e commissioni di Levante 1359.—1380. fol. 48. b.
Libri reformationitm 111. 253.—254.

208.

1363, 17. maja. (0 Cazmi).

Pred kaptolom čazmanskim namiruju sinovi Bekinipo svom zastupniku svojoj sestri djevojačku četvrt sa -bet maraka.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus auibus exnedit vniuersis nresencium Der tenorem. auod auia vir

discretus magister Bartholomeus, custos ecclesie nostre predicte, in persona Philippi filii Dominici iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum obligatoriarum in festo ascensionis domini nunc elapso pro Thoma et Petro filiis Beke, Jacobo filio Wlch, cum sufficientibus litteris procuratoriis nostris, pro domina Gardacha, consorte sua, videlicet filia eiusdem Beke, astanti coram nobis quinque marcas denariorum pro quarta filiali eiusdem domine Gardacha persoluit plene et integre. Igitur Jacobus predictus, in persona eiusdem domine Gardacha, predictos filios Beke super solucione predictarum quinque marcarum presentibus reddidit expeditos et modis omnibus absolutos. Datum feria quarta proxima post idem festum ascensionis domini, anno eiusdem M°CCC°LX° tercio.

Onginal na papiru u kr. ugar.+drŠavnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 35.224. — Stara signatura: Acta nionasterii de Garig : fasc. II. no. 5.

Ifa hrptu listine vidi se trag pritisnutoga pečata.

209.

1363. 19- maja. (U Čazmi).

Pred kaptolom čazmanskim daj'u u vlasništvo Toma i Petar sinovi Beke svojoj sestri Zyulki četvrtinu posjeda Canouicha.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentem paginam intuentibus salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus pemenire, quod Thoma et Petro filiis Beke ab vna parte, item Philippo filio Dominici pro nobili domina Zyulka, consorte sua, videlicet filia eiusdem Beke prefati, parte ab altera personaliter coram nobis constitutis, iidem Thomas et Petrus filii Beke predicti retulerunt et confessi sunt oraculo viue vocis, quod ipsi rectam quartam partem possessionis ipsorum Canouicha vocate cum omnibus suis vtilitatibus ad ipsam quartam partem spectantibus, videlicet sessionibus, terris arabilibus, siluis, fenetis, vineys, exceptis siluis glandiferis, quas communi vsui ipsorum reliquissent, pro integra quarta puellari eidem domine Zyulka s,orori ipsorum coram discreto viro Martino sacerdote, prebendario ecclesie nostre predicte, per nos partibus ad hoc deputato jnetali distinccione distinctam et separatam dedissent et assignassent in filios filiorum perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter <*et* habendam. Cuius quidem quarte particule possessionarie, vt idem

homo noster nobis retulit, prima meta incipit de platea, vbi est sessio-Gordak a parte occidentali et cadit in fluuium Canouicha et per eundem fluuium eundo ad orientem salit in arborem ,byk cruce signatam;. inde iterum ad orientem tendit in arborem cerasiorum (!) similiter cruce signatam, a qua ad eandem partem orientalem tendit ad quandam magnam viam, vbi sub quadam piro est meta terrea; inde per eandem viam antiquam uersus meridiem paruo spacio peragrato cadit in quandam metam terream, vbi vicinatur possessioni filiorum Johannis dicti Horvath, a qua uersus occidentem iterum cadit in eandem tiiam antiquam, ubi est meta terrea et per eandem viam uersus meridiem tendit ad antiquas metas eiusdem possessionis Canouicha, a auibus uersus occi^ dentem cadit in quandam siccam vallem, per quam uersus oceidentem-cadit in fluuium Canouicha; in eodem fiuuio paruo spacio transcurso cadit in riuulum Dunaech vocatum; per quem quidem riuulum adi occidentem magno spacio transpassato tendit in quendam dumum auellanarum meta terrea circumfusum, a quo ad septemtrionem cadit in, quandam metam terream circa quandam magnam viam erectam, a qua.i uersus orlentem cadit in arborem cerasiorum cruce signatam; inde versus orientem tendendo cadit in quandam magnam uiam, circa quam. ex utraque parte sunt due mete terree, a qua(!) uersus septemtrionem. paruo spacio percurso cadit in metam terream; inde ad orientem iterum^ cadit in metam terream, a qua versus septemtrionem cadit in metam, terream circa sessionem Stephani erectam; inde uersus orientem cadit ad quandam metam terream circa sessionem Pauli erectam, de qua paruo spacio cadit in quandam arborem tul cruce signatam; a qua. currendo cadit in priorem metam, vbi terminantur mete ipsius particule possessionarie prefate. Prima autem meta vinearum eidem domine Zylka(f) modo premisso cedencium a parte orientali incipit a quadam arbore scil meta terrea circumfusa, a qua tendit uersus occidentem, vbi prope duas nuces est meta terrea et ibi terminantur mete ipsarum vinearum. Hoc tamen non obmisso, quod prefata domina Zyulka in siluis. landiferis tantum, quantum de ipsis pro quarta parte sibi cedet, vtendi habebit facultatem. In cuiuš rey memoriam firmitatemque pefpetuam presentes concessimus litteras sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum feria sexta proxima ante festum pentecostes, anno domini M°* CCC° sexagesimo tercio.

Original na pergameni u kr, ug, driavnom arkivu tt Budimpešti: M, O. D L. no. 35.225. — Stara signatura: Acta monast. Garig. fasc. IL. no. 6.*

Na listini visi o crvenoj i zutoj svilenoj vlaknatoj vrvci pečat.

210.

1363. 26. maja. U Zadru. (Jadre).

Bogdan Radovanov iz Bokanjca prodaje Grguru Radoslavljevu tre~ ćinu svog kolonskog vinograda uz običajne uvjete, te uz privolu samostana sv, Nikole.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesirno trecentessimo sexagessimo tercio, indictione prima, die vigesimo sexto mensis maii. Regnante serenissimo principe et domino nostro domino Lodouico, dei gratia Hungarie rege; temporeque reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris, decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac magnifici et potentis viri domini Nicolai de Zeech, regnorum Dalmacie et Croacie bani generalis ac comitis Jadre. Bogdanus condam Radouani de Bocagnac vendidit et transactauit Gregorip condam Ra•doslaui de Jadra capita duorum gognaiorum vinee sex gognaiorum vinee posite super terratico monasterii monialium sancti Nicolai de Jadra ad Bocagna^. Et debet acipere(!) uel habere capita vinee dictorum duorum gognaiorum de dictis sex gognais a parte sirocali; cui tote vinee sex gognaiorum dixerunt fore confines: de siroco via publica, de borea, trauersa et quirina terratici monasterii sancti Nicolai predicti, cui monasterio dicta vinea redit quartum fructuum ad portum sancti Jacobi pro terratico; ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid eidem emptori et eius heredibus et successoribus de cetero placuerit perpetuo .faciendum, tanquam de re sua sine contradictione cuiusquam; cum omnibus et singulis iuribus, adiacenciis et pertinenciis eisdem capitibus ^vinee vendite spectantibus et pertinentibus quoquo modo, iuribus dicti monasterii semper saluis; et hoc pro precio et precii nomine librarum quadraginta oto (!) denariorum paruorum. Quos denarios et precium dictus venditor sponte contentus et conffessus est] se a dicto emptori(!) habuisse et integre recepisse, exceptioni non habite, non recepte dicte quantitatis pecunie omnino renuntians; promittensque dictus venditor stipulatione solempni per se suosque heredes et successores eidem emptori pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti et recipienti llitem, questionem, causam aut controuersiam eidem emptori nec eius heredibus uel successoribus de dictis capitibus vinee vendite vllo tempori(!) non mouere nec infere nec mouenti consentire, set ipsa capita vinee vendite eidem emptori et eius heredibus et successoribus semper •excalumpniare et deffendere ab omni homine et persona in ratione super se et bonis suis omnibus presentibus et futuris. Et hec quidem

venditio facta fuit de voluntate et assenssu(!) nobilis viri ser Georgii de Soppe, ciuis Jadre, procuratoris et aduocati monasterii predicti, ibidem presentis et consencientis. Actum Jadre, presentibus ser Jacobo condam Racouri de Florencia, habitatore Jadre et ser Dobrole condam Cressii . . . . ., ciue Jadre, testibus et aliis.

. *(Drugi rukopis).*

f Ego Petrus condam Georgii Lubaoci, iudex exarninator manum misi.

(Signum not)

Egb Isuardus condam Romanati de Padua, publicus imperiali auctoritate notarius et ad criminalia Jadre iuratus notarius, scripsi.

Original na perg, u gubern. arkivu u Zađru; odio samostana sv. Krševana kaps. V, no. 98 ~y%-

211.

1363. 5. juna. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka nalaze svojim trgovcima u Bosni. da se pokore 'nalozima poslanika općine dubrovačke. S tim je u vezi naputak dubrovačkim poslanicima. da ne imadu naložiti dubrovačkim trgovcima po Bosm\ da dočtu u Dubrovnik, već samo da ne ulaze u stanovite gradove, i da nastoje doči bliže do mora.

Die V. iunii. Exemplum litterarum per dominum rectorem ser Blasium de Luccari et parvum consilium ex auctoritate maioris consilii destinatarum mercatoribus Bosne.

Blasius de Luccari, rector comunis Ragusii, iudices et consiliarii civitatis eiusdem omnibus nostrls mercatoribus Ragusii, qui morantur per contradas Bosne salutem cum sincera dilectione. Scripsimus vobis precipiendo ex auctoritate maioris consilii nobis adtributa, quod deberetis obedire in omnibus, que vobis preceperint ex parte nostra Sime Stephani aurificis, Ratcho de Sumangna et Nixa Blasii de Saracha; et videtur, quod aliqui vestrum nolint obedire sicut oportet Idcirco volumus et precipimus vobis et cuilibet vestrum, quod debeatis obedire preceptis dictorum Sime, Ratchi et Nixe vel alicuius ipsorum, quod vobis facient ex parte nostra sicut maiori consilio Ragusino, et illud quod vobis consuluerint, si feceritis, retundabit (!) in vestrum comodum et salutem.

Blasius Lucari, rector Ragusii, iudices, consiliarii civitatis eiusdem vobis Sime Stephani aurificis, Ratcho Sumanigna(!) et Nixe Blasii de

Saracha, nostris mercatoribus, Ragusinis, salutem cum dilectione sineera, Recepimus vestras litteras, quas noviter nobis misistis, quibus intellectis vobis presentibus respondemus, quod miramur de vobis, qui scribitis, quod aliqui mercatores faciunt suas excusaciones dicendo, quia noiuiit venire Ragusium in carcerem eo quod sunt debitores. Et salva vestri gracia, non scripsimus vobis, quod debuissetis illis precipere, quod veniant Ragusium, nisi quod ex parte nostra ipsis et cuilibet ipsorum precipissetis sub pena yperperorum VC, quod aliquis ipsorum in persona vel rebus non audeat, nec presumat ingredi ad aliquod castrum illarum partium, et quod deberetis illis consulere pro ipsorum salute, ut cum suis personis et mercacionibus deberent ad partes maritimas adherendo(l), si eis placet. Et ideo iterum precipimus vobis et cuilibet vestrum in solidum, si non essetis omnes tres, quod statim recepta hac nostra littera precipiatis ex parte nostra et totius civitatis Ragusii omnibus nostris mercatoribus de Bosna sub pena de iperperis VC. pro quolibet contrafaciente, quod aliquis ipsorum non audeat vel presumat cum persona vel rebus intrare ad castella illarum partium, et debeatis ipsis consulere pro ipsorum salute, quod cum suis rebus debeant versus partes maritimas adherere, Et debeatis nobis scribere per vestras litteras die quando et quibus nostris mercatoribus mandatum feceritis supradictum. Quibus nostris mercatoribus mittimus mandatum apertum, quod debeant vobis tamquam nostro maiori consilio penitus obedire. Rescribatis nobis de omnibus novis vobis occurentibus quoquomodo.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. f 49. b.
Libri reformationum III. 269.

212.

1363. 7. juna. U Avignonu.

Urban VI. ftapa imenuje Grizogona Duminu biskupom rapskim.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilecto rllio Grisogono Dumine electo Arbensi salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice solicitudinis studium circa diversa, que agenda nostris incumbunt humeris, est illud potissimum, ut circa ecclesiarum omnium statum, et maxime, que pastorum suorum sunt regimine destitute, sic solicita diligencia intendamus, quod ecclesie ipse, nostre operationis studio suffragante, preserventur a noxiis et prosperitatis votive successibus gratulentur. Nuper siquidem ecclesia Arbensi(!) per obitum bone memorie Gregorii episcopi

Arbensis, qui extra Romanam curiam decessit, pastoris solatio destituta, nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, ne longe vacationis exponeretur incommodis, paternis insolicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam vdoneam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demtfm ad te canonicum dicte ecclesie, clericali caractere dumtaxat insignitum, litterarum sciencia preditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum et aliis virtutum meritis, prout ex fidedignorum assertione percepimus, multipliciter insignitum, pro quo etiam maior pars dilectorum filiorum capituli dicte ecclesie nobis super hoc humiliter supplicavit, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua eidem ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie eommittendo in' illo, qui dat gratias et largitur premia, confidentes, quod, dirigente domino actus tuos, ecclesia ipsa sub tuo felici regimine prospere dirigetur et salubria suscipiet incrementa. Iugum igitur domini tuis impositum humeris suscipiens reverenter, et suavi eius oneri humiliter colla submittens, sic eiusdem ecclesie solicitam curam geras, gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando, quod eadem ecclesia Arbensis gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque proinde preter eterne retributionis premium nostre benivolencie gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, **VII.** idus iunii, pontificatus nostri anno primo.

A tergo: Capitulo ecclesie Arbensis et Ludovico regi Ungarie.

Theiner Mon. Slav. Mer. I, no. 339. str. 247. Reg. an. I. cod. chart-tom. VI. fol, !)4. •

213.

1363. 13. juna. (U Trogiru).

Odgovor Trogtrana banu, da će biti lađa spremna ii vrijeme njegova dolaska.

Respondeatur bano galeam esse absentem, ad suum adventum aptandam fore rebus necessariis, uno comite (!), 4. naucleriis et ex 4. parte. gentium a remo expensis communis.

Lucius Notae chronologiche fol. io. a. Starine XIII. p.\237.

214.

1363. 18. juna. (U Dubrovniku).

Općina dubrovatka daje ponovo naputak svojim poslanicima, kako se imade razumjeti njezin nalog upravljen na dubrovačke trgovce.

Die XVIII. dicti mensis iunii. Exemplum aliarum litterarum. Blasius de Lucaris, rector Ragusii, iudices et consiliarii civitatis eiusdem vobis Sime de Stephano aurifice, Ratcho de Sumangna et Nixa Vlatchi de Saracha et cuilibet vestrum in solidum, nostris mercatoribus Ragusinis, salutem et dilectionem sincerarri. Scripsimus et precepimus vobis per duo nostra mandata sub pena de vperperis VC. pro quolibet contrafaciente nostris mandatis predictis, quod aliquis noster Ragusinus non audeat vel presumat intrare personaliter vel ponere res suas in castris illarum contradarum Bosne. Et vos per litteras vestras nobis respondistis tartarice, videlicet quia dixistis mercatoribus, quod adhereant ad marittimam cum suis rebus, et non respondistis, si precepistis, quod non debeant personaliter intrare, vel res suas ponere in castris parcium illarum. Idcirco ex auctoritate nostri maioris consilii precepimus vobis, *ut* cuilibet vestrum sub pena personarum et habere, quod ullo modo audeatis intrare, vel res seu mercaciones vestras ponere in castris predictis. Et precepimus vobis et cuilibet vestrum in solidum, quod simile preceptum ex parte nostra facere debeatis omnibus nostris mercatoribus, qui sunt in illis partibus, quod non debeant intrare, vei res ponere in castris predictis sub predicta pena. Et scribatur nobis per vestras litteras, die quando et quibus mercatoribus mandatum feceritis supradictum, et similiter novis(l), que habebitis in partibus vestris.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. f. 50.
Libri refonnationum III. 272.

215.

1363. 23. juna. U Zadru. (Jadre).

OvrHtelji oporuke Ivana Cosmacicha daju Dmmku J-urislavovu vinograd iz ostctvine spomenutog Ivana kao kolonu, uz godisnju č^tvrtinu svih plodova i ostale običajne uvjete.

In Christi norriine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo sexagessimo tercio, indictione prima, die uigesimo tercio mensis

iunii, Jadre; regnante domino nostro domino Lodouico, dei gracia serenissimo rege Ungarie; et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro, decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac magnifici domini Nicolai de Seg, totius Dalmatie et Crohatie generalis bani et comitis Jadre. Vitus condam Georgii Pilosi et Bela relicta Johannis Cosmacich condam Georgii Pilosi de Jadra, commissarii testamenti dicti olim Johannis, ex ipsius testamento anno incarnationis domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta, die decimo mensis setenbris(l), manu Damiani Andree de Zandeguilis de Parma, imperiali auctoritate notarii et tunc temporis notarii comunis Jadre, facto, a me notario infrascripto uiso et lecto et comissario nomine predicto iure pastinationis ad redric^andum concesserunt et confirmauerunt Dmince condam Jurislaui Jadrensis pro se et Marica eius uxore stipulanti et recipienti totam unam uineam dicte comissarie interlaxatam de circa octo gognaiorum, positam ad Cerodolum [su]per terra dicte comissarie infra hos confines: de trauersa possidet Maurus Johannis Greci, de austro uia publica, de quirina derrus, qui fuit Bertolini sartoris et de borea possidet Suliea becarius. Promittentes dicti comissarii, comissario nomine predicto per se et eorum sucessores (l) dicto Dmince pro se et suis heredibus et sucessoribus et uice et nomine dicte Marice eius uxoris et suorum heredum et sucessorum stipulanti et recipienti dictam concessionem firmam et ratam habere et tenere et non contrafacere uel uenire aliqua racione uel causa, de iure uel de facto; et dictam uineam interlaxatam, sic concessam cum omnibus suis iuribus et pertinenciis ei et suis heredibus et sucessoribus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione super bonis omnibus dicte comissarie presentibus et fucturis(l) omni exceptione remota. Et uersa uice dictus Dmince per se et suos heredes et sucessores promisit dictis comissariis uice et nomine dicte comissarie stipulantibus et recipientibus dictam uineam [in]terlaxatam, sic concessam redrigare et anno quolibet bene putare et bis capare, poclades et gribenicos multiplicare et omnia et singula alia legaliter et studiose facere, que circa predicta fuerint [fjacienda, secundum consuetudines et statuta Jadre; et pro terratico annuatim quartum de omnibus fructibus et reditibus, quos [e]xinde perceperit in barcha ad ripam maris dare et assignare eisdem comissariis; de iure autem suo fa[cia]t dictus Dmince et tacere possit pro anima et corpore omnimodam suam uoluntatem, sicut de re sua, iure dicte comissarie predicto et omni alio secundum consuetudines et statuta Jadre semper sit (!) saluo et reseruato. Et predicta omnia et singula supra et infrascripta promisit dictus Dmince, ut supra, eisdem comissariis, ut supra, stipulantibus firma et rata habere et tenere et non contrafa-

cere uel uenire, aliqua ratione ueJ causa, de iure uel de facto, sub penat in statuto Jadre contenta, stipulatione promissa et obligatione omniurr* suorum bonorum presencium et fucturorum; et pena soluta uel **non**^ rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est" hoc" et firmatuire presentibus Volceno Thomassi Lealis et Macolo drapperio condam Jacobi, Jadrensibus, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Petrus condam Georgii Lubaogi, iudex exsaminator (!) subscripsi,

{Signnm not.),

Ego Jacobus Bonaeursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui, et rogatus scripsi et publicaui et signum meum apposui consuetum.

Original na pergam. u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv... Krsevana, kaps. XVII. no. 408.

216.

1363. 26. juna. <U Čazmi).

*Pred Čazmanskim kaptolom daje Nikola sin Mykoua svoju djedovinsku zemlju Kezouech Balouchi u upravu sa velikim ovlastima^*

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Nicolaus filius Mykou districtus Gresenche personaliter coram nobis constitutus quandam suam particulam possessionariam hereditarii iuris titulo ipsum contingentem Kezouech nuncupatam, in predicto districtu de Gresenche in vicinitate Pauli dicti Zedyne et Baloucha Gallici existentem, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis quibuslibet eidem Baloucha, sororio suo similiter coram nobis astanti, commisisset procurandam, ymo tenore presencium commisit coram nobis, dans eidem vendendi, inpinorandi et quidquam voluerit de ipsa faciendi plenariam facultatem. Datum feria secunda proxima post festum natiuitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M°CCC°LX° tercio.

Original na papiru u kr. ug. drzavnom arkivu u BudimpeŠti: M. O. D. L. no. 35.226. — Stara signatura: Acta monast. Garig. fasc. I. no. 21.

Na hrptu listine vidi se trag pritisnuta pečata.

Na krptu novija bilješka: Super Koszouecz non pertinet ad Garich^

217.

1363. 1. jula. Avignon. (Auinione).

Papa Urban V. imenuje Petra opata samostana sv. Đure u Mlećima svojim poslanikom (izmečtu ostalog) za 'provinciju zadarsku, dubrovačku i spljetsku, te mu označuje potanko dužnosti i ov/asti.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Petro, abbati monasterii sancti Georgii prope Venecias, ordinis sancti Benedicti, Castellane diocesis, apostolice sedis nuncio salutem et apostolicam benedictionem. Circonspectio'nis tue industriam ac fidelitatis merita, quibus apud nos fidedignorum commendaris testimonio, intuentes inducimus, ut tibi nonnulla apostolica negocia sub speciali confidencia committamus. Hinc est, quod nos nostrum et apostolice sedis nuncium in Mediolanensi, Gradensi, Aquilegensi, Jadrensi, Ragusina, Spalatensi, Antibarensi *et* Rauennata prouinciis ac in partibus Romanie, usque ad ipsius sedis beneplacitum, coliectorem auctoritate apostolica deputamus, reuocando specialiter et expresse omnes et singuios nuncios apostolicos collectores alias deputatos in partibus et prouinciis supradictis. Tibi quoque per te uel alium seu alios, semel et pluries, huiusmodi officio perdurante, prout noueris expedire, omnes, vniuersas et singulas pecuniarum quantitates et summas nobis seu prefate ecclesie debitas et debendas, etiamsi confiscata fuerint seu alias confiscanda aut alias obueniencia, sine reseruacionis iure aut aiias competerint seu competere poterint quoquomodo; et huiusmodi confiscata seu confiscanda debite licitandi et licitata magis offerentibus assignandi quibuscumque titulis seu causis; nec non anualia certa quelibet et incerta a quibusque ecclesiarum, monasteriorum et locorum ecclesiasticorum capitulis, conuentibus, collegiis, prelatis, clericis, ecclesiasticisque personis, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis ordinum quorumcumque; ac fructus, redditus et prouentus premissorum vacacionis tempore obuenientes et qui obuenire poterunt quoutsmodo; et insuper bona omnia debita et credita prelatorum et clericorum, ecclesiasticarum personarum, quorumlibet secularium et regularium, exemptarum et non exemptarum, ordinum quorumcumque decedencium et qui decedent temporibus successiuis infra terminos nunciacionis predicte iuxta mentem et seriem reseruacionis per nos certo modo facte de ipsis, quecumque, quocumque et qualiacumque fuerint et in quibuscurrique rebus consistant ac per quascumque debeantur seu detineantur personas, de et super quibus sincere fuerit v . . . . qui fuerint euocandi summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura

iudicii; te informans auctoritate nostra et apostolice camere nomine petendi, exigendi et recipiendi et [ljeuandi, illasque fideliter conseruandi et quam primum commode ac sine periculo poteris ad ipsam cameram transmittendi, insuperque omnibus et singulis commissionibus et litteris apostolicis quibuscumque tuis predecessoribus missis, concessis seu alias destinatis, ceptis et non ceptis v[o]candi easque exequendi et ad effectum plenarium deducendi ac si sibi essent specialiter destinate; nec non subcollectores vnum et plures infra decretas prefatas tibi prouincias neccessarios constituendi, faciendi ac factos quociens tibi visum fuerit reuocandi, mortuis seu reuocandis in eorum defectu alios subrogandi, et per te uel alios rationes dilectorum filiorum inquisitorum heretice prauitatis a quorumlibet aliorum obnoxiorum camere infra nunciacionis prefate terminos audiendi et examinandi et postremo codices et libros ipsorum tibi exhiberi et omnia faciendi; et contra tales, prout iustum noueris. inquirendi, et quos culpabiles repereris(l) debite puniendi; contradictores quoque et inobedientes quoslibet et rebelles, aut tibi uel familiaribus tuis in premissorum prosecutionibus notorias iniurias inferrentes, cuiuscumque status, ordinis uel condicionis existant, etiamsi pontificali uel qualibet alia eccjesiastica uel mundana prefulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam appelacione postposita compescendi; illosque, si opus fuerit, qui tibi minus debite in hac parte rebellauerint obedire, prout expedierit auctoritate predicta, citandi, ut certo peremptorio termino, de quo camere nostre gentes cures e uestigio reddere cerciores, pro te semel et pluries talibus prefingendo coram gentibus memoratis vbicumque Romana curia residierit, habeant personaliter comparere, si persone fuerint singulares; si vero alie, per vdoneos responsales debite iusticie sentenciam pro sui meritis uel demeritis suscepturi; inuocando ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachii secularis. Non obstante, si huiusmodi bona debita et credita, seu iura, fructus, redditus et prouentus ex consuetudine priuilegiorum uel statuto alio quouismodo aliquibus fabricis uel usibus forsitan debeantur seu generalis consilii de duabus dietis ac felicis recordacionis Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri, qua cauetur(l), ne aliquis extra suam ciuitatem et diocesim, nisi in certis exemptis casibus et in illis ultra vnam dietam a fine sue diocesis ad iudicium euocetur; et aliis quibuscumque constitucionibus apostolicis nobis seu predecessoribus nostris in contrarium editis et concessis, quorumcumque tenorum existant, per que presentibus non expressa uel totaliter non inserta effectus eorum impediri valeat ouomodolibet uel differri; et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis, aut si aliquibus comuniter uel diuisim a sede predicta sit indultum, quod interdici, suspendi uel excomunicari non

possint aut eorum loca supponi nequeant ecclesiastico interdicto uel ultra seu extra dicta loca trahi per litteras apostolicas non faciendo plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi uel eorum ordinibus seu propriis nominibus mentionem; preterea sic ligatos seu excomunicatos iuxta formam ecclesie absoluendi et liberandi plenius et quitandi omnes illos et alios quorum iatererit, a quibus bona recipient memorata. De hiis dumtaxat, que te recipere contingerit ab eisdem et alia qualiacumque fuerint seu qualicumque ratione premissorum intrantia uel alia oportuna peragendi plenam et liberani tenore presencium concedimus potestatem. Volumus autem, ut de hiis, que abinde te recipere contingerit et quitare duo consimilia facias conflci publica instrumenta, quorum altero penes quos tanget dimisso, reliquum gentibus memoratis mittere non postponas. Datum Auinione, kalendis iulii, pontificatus nostri anno primo.

Iz listine opata Petra od god. 1363. 18. decembra. — Original ove lisime u arkivu gubem. u Zadru^ XIV.

218.

1363. 10. jula. Zakol.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski piše u Veneciju, da bi u sporu^ koji je nastao izmeđii njegovih i njihovih podanika, imenovali flovjerenika, koji bi stvar pravedno ispitao, onako, kako je on u istoj stvari imenovao sa svoje strane Nikolu, bana dalmatinskog i hrvatskog.

Exemplum quarundam litterarum missarum dominio per dominum regem Hungariae super ambaxiata sibi facta per Bartholomaeum Vrsio, notarium curiae,

Ludovicus dei gratia rex Hungariae.

Amice charissime! Bartholomaeus Vrso, notarius vester nostram ueniens ad praesentiam nobis sub credentia litterarum uestrarum exposuit, quod quedam inter uestros et nostros subditos subortae sint nouitates; petens nos nomine uestro super eo prouidere de remedio opportuno. Nos igitur uolentes uestris votis, in quibus possumus, complacere, commisimus fideii nostro maguifico viro Nicolao Croatiae et Dalmatiae banno(!), ut ipse causam nouitatum huiusmodi diligenter ascultet et ascultatione facta, si nostros culpabiles inuenerit, satisfaciat uestris, ut est iustum. Quocirca uestram rogamus amicitiam affectu, quo possumus cariori, quatenus et uos unum ex uestris dčputetis fidedignum, qui una

cum praefacto Nicolao banno similiter causam dictarum nouitatum audiat et audita, si uestros subditos reperierit reos, satisfaciat nostris e conuerso. Caeterum pro domino Paduano, amico nostro, uestram amicitiam deprecamur, quatenus cum eo amicabiliter et pacifice amore nostrt uiuere ueiitis, ad quod etiam ipsum inducere uolumus effectuaiiter et monere. Et quicquid super his uestrae fuerit intentionis, hoc nobis per venerabilem Joannem, Ronciensis ecclesiae electum confirmatum* quem hinc ad uos occasione huius destinauimus, uel per alium idoneum rescribatis. Datae in castro prope Zakol, feria secunda proxima ante festum beatae Margaretae virginis anno . . . . sexagesimo tertio.

Cop. de Com. t VIL fol. 89. doc. 72.
Is c. kr. kućnog dvorskog državnog arkiva u Bečtt.

219.

1363. 13. jula. Kraj rijeke Sane. (In campis iuxta **fluuium Zana).**

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaie kaptolu zagrebačkom, da izasalje sa nfegovim izaslanikom Nikolom Pavlovim de Pukur svog povjereizika, da sudjeluje kao vjerodostojna osoba kod zavoda međo posjedima Zenthamas, Zabathina i Mentzenf, šfo spadaju pod grad Bressanouchf u križevačkof županifi, danim plemiću Latkonu u zamjenu za grad Cluch u Bosni.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Zagrabiensis salutem et graciam. Dicit nobis fidelis nostcr et diiectus nobiiis vir Latkoni(!) condam de Cluch, quod possessiones Zenthamas, Zabathina et Mentzent vocate, ad castrum Breššanouch nuncupatum, in comitatu Crisyensi habitum, spectantes, nec non alie tenute et pertinen-
* cie ipsius castri, quod nos eidem Latkoni pro eodem castro suo Ciuch in terra Boznensi sito nobis et regno nostro comodoso dedimus et donauimus perpetuo et hereditarie possidendum, legitima reambulacione et ab aliorum possessionariis iuribus vndique metali separacione et distinccione plurimum indigerent. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vnum ex vobis simplici canonia (!) maiori dignitate fuigentem in ecclesia prelibata hominem vestrum pro testimonio vtique fidedignum ct idoneum transmitatis; quo presente fidelis noster Nicolaus filius Pauli de Pukur, pincernarum reginalium rnagister, homo noster ad hoc specialiter transmissus ad facies predictarum possessionum Zenthamas, Zabathina et Mentzent vocatarum, ad dictum castrum Bressanouch spectancium, ac omnium aliarum villarum,

tenutarum et pertinenciarum ipsius castri presentibus vicinis et commetaneis ipsarum vniuersis legitime et vt moris est conuocatis, reambulet easdem per veras suas metas et antiquas, nouas iuxta veteres in locis necessariis vbique erigendo, reambulatasque et ab aliorum possessionariis iuribus circumquaque distinctas et separatas relinquat prefato Lackoni eo iure, quo ad dictum castrum ab antiquo pertinuerunt perpetuo possidendas, tenendas et habendas, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui in reambulacione et ereccione metarum ipsarum apparuerint, euocet ipsos contr-a memoratum Lackonem simul cum eorum instrumentis litteralibus vniuersis, si que in suorum iurium defensionem habent confecta, in nostram presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis ipsorum iridilate reddituros. Et post hec 'ipsius reambulacionis seriem simul cum cursibus metarum vel nomina contradictorum et euocatorum ac terminum assignatum nostre ndeliter et seriatim rescribatis maiestati. Datum in campis iuxta fluuium Zana, in festo beate Magdalene virginis et martiris, anno domini M°CCC°LX° tercio.

Iz originalnog prijepisa' kaptola zagrebackog od'g. 1363. 14. augusta u knjiznici narodnog mttzeja u Budimpešti a. 1364,; pridošao ovamo godine 1894.

220.

1363. 25. jula. U Zadru. (Jadre).

Bona, kći Radoslava Stuplicicha, dariva Volciachu, sinu Pribojevom svu svoju pokretnu i nepokretnu imovinu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo sexagessimo tercio, indictione prima, die vigessimo quinto mensis iulii; regnante serenissimo domino nostro domino Lodouico, dei ;ratia inclito rege Hungarie; temporeque reuerendi patris domini Nicolay ' de Matafarris, decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, et domini Nicolay de Zech, tocius Dalmacie et Crohacie generalis bani et comitis Jadre. Dona Bona filia quondam Radoslaui Stuplicich de Jadra iure donacionis dedit et donauit Volciacho condam Priboe dc Jadra omnes suas possessiones mobiles et stabiles, quas habet uel habere potest aut habere videretur tam in ciuitate Jadre, quam districtu, ita et taliter, quod possit ea bona sua vendere, donare, alienare, vsufructuare, pro anima et corpore iudicare ac suam voluntatem tanquam de re sua propria

omniaque poterit inuenire et peruincere omni modo, iure et forma, quibus melius habere poterit. Et dicta Bona[1] per se et suos heredes et successores ipsi Volciacho, pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti, dictam donationem semper firmam, ratam et gratam habere et tenere, et non contrafacere vel uenire aliqua racione uel causa, de iure uel de facto, nec contrafacienti conscentire aliqua racione uel causa super se et omnia bona sua presencia et futura, stipulacione promissa et refecione dapnorum, et expensarum in(!) Iitis(!)et extra. Et pro quibus omnibus et singulis melius attendendis et firmiter obseruandis dicta dona Bona obligauit omnia bona sua presencia et futura. Actum est hoc et firmatum Jadre, presentibus Petro pilipario condam Cusme de Zigalis et Johanne dicto Papiza, familiari dominorum rectorum, testibus rogatis et vocatis, et alliis(!).

(Drugi rukopis).

f Ego Stephanus condam Miche de Soppe, iudex examinator manum missi.

(Sigmtm not.)

Ego Bartholomeus Andree de Padua, gublicus imperiali auctoritate et nunc comunis Jadre iuratus notarius, hiis omnibus interfui, rogatus scripsi et publicaui.

Original na perg. u gubernia L ark. it Zddru; odio samostana sv. Nikole no. 219.

221.

1363. 14. augusta. (U Zagrebu).

Kaptol z,agrebački izvpesćuje na nalog kralja Ljudevita od 13. jula 1363.) da je sa kraljevskim izaslanikom Nikolom Pavlovim de Pukur izaslao svog povjerenika Nikolu arhidjakona čazmanskoga, da bude prisutan kod zavoda međa posfedima, koji spadaju pod grad Berschanouch, a vlasništvo su Lacka Vukoslavovog; a ovi su izjavili, da je prigodom zavoda spomenuti Lacko naročitom izjavom ostavio Pavline garićke u mirnom posjedu njihovih dobara.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendamus per presentes, quod cum nos receptis litteris serenissimi principis domini Lodouici, dei gracia incliti regis Hungarie, domini nostri, eius sigillo sjecreto] consignatas ad reambulandas vniuersas possessiones ad castrum

[1] Dopuni: promisit.

Berschanouch vocatum pertinentes, quod castrum idem dominus noster rex, vt in eisdem litteris continebatur, nob[ili vi]ro Lachk filio Wlkozlai pro castro suo Chych(!) vocato, in terra Boznensi sito, in concambium contulerat et donarat perpetuo possidendum, vna cum magistro Nicolao filio [Pau]li de Pukur, pincernarum regalium magistro, homine eiusdem domini nostri regis ad hoc specialiter transmisso, virum discretum dominum Nicolaum, archvdiaconum Chasmensem, socium et concanonicum nostrum pro testimonio transmisissemus, tandem iidem homo regius et noster ac Georgius famulus et specialis nunccius(!) iamdicti Lachk vna cum multis nobilibus vici[nis iamjdicti castri, qui in ipsa reambulacione presentes tunc fuerant et [a]d infrascriptam testes facti extiterant, in nostra presencia comparentes nobis fideliter et concorditer retulerunt, quod, dum ip[si predictals possessiones reambularent presentibus ipsis nobilibus vicinis suis vniuersis, venientes ad metas cuiusdam possessionarie porcionis, nunc apud manus magistri Lfadizlai] filii Petri dicti Castellan habite, terre videlicet et silue fratrum Heremitarum claustri beate virginis de Garigh coritigue et vicine, eosdem fratres Heremitas nunc in predicto claustro et pro tempore constituendos ac eorum metas coram omnibus ipsis idem Lachk pacifice et quiete perpetuo dimisisset, eo quod in pacifica earundem possessione perstiterant ab antiquo. In cuius rei testimonium presentes duximus concedendas. Datum in vigilia festi assumpcionis virginis gloriose, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio.

Iz originalnog prijepisa caznianskog kaptola od g. 1403. 11. januara na pergameni u kr. ugar. drzavnom arkivu n BudimpeŠti: M. O. D. L. no. 35.227. — S/ara signatura: Acta monast. de Garig, fasc. II. no. S.

222.

1363, 14. augusta. (U Zagrebu).

*Kaptol zagrebacki izvješćuje kralju Ljudevitu na njegov nalog od *3' j u ^ a '3&3*> ď a nalozenog im uvedenja Lacka Vukoslavovog u ftosjed Bressanouch nijesu mogli provesti radi prosvjeda sa strane mirnih posjednika, te navodi imena onih, koji su prosvjedovali; za saslušanie njihovih prigovora urekli su pred kraljem ročište na 6. listopada 1363**

Excellentissimo principi domino Lodouico dei gracia inclito regi Hungarie, domino eorum, capitulum sue Zagrabiensis ecclesie oraciones

pro eodem ad filium virginis gloriose. Nouerit vestra excellencia nos litteras vestras recepisse hunc tenorem continentes: *(Slijedi listina kralja Ljudevita od god. 1363. 13. jttla.).* Nos itaque preceptis vestre excellencie obedientes vt tenemur, vna cum prenominato magistro Nicolao filio Pauli de Pukur, homine vestro, nostrum hominem fidedignum dominum Nicolaum, archidiaconum Chasmensem, socium et concanonicum nostrum ad exequendum premissa pro testimonio transmisimus. Qui postmodum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod cum[1] ipsi die dominico proximo post festum beati Jacobi apostoli nunc preteritum vniuersis vicinis et commetaneis dicti castri Bressanouch et possesbionum predictarum ad idem pertinencium legitime conuocatis easdem reambulare et metas erigere voluissent, Dominicus Tors dictus, officialis magistri Leukus filii Jacobi de Gersencha in persona eiusdem domini sui, item Georgius filius Marci et Paulus filius Demetrii de Wratna et p[ar]ua Huiseuch vocatis possessionibus ipsorum, item Lad[izla]us filius Petri dicti Cast[e]llan de possessione sua nomine Podgoria, item Dominicus filius Raden de possessione sua de eadem Podgoria et Zauodina, item Bartholomeus filius Matheus de possessione sua Desnicha vocata, item Thomas filius Beke et Philipus filius Dominici de possessione eorum Rauenicha, itern Laurencius, Mich[ael] et Johannes filii Leukus filii Radek de possessionibus eorum Bolehnich,[1] Desnicha et Ripna, item Thomas filius Pauli de possessione sua in eadem Bolehnich[2] habita, item iobagiones vestre maiestatis de Weliqua(l), de possessione maiestatis vestre inter Pukur et Soploncha existente, et Wztylona et Trebses ipsorum propriis, item Nicolaus litteratus, officialis magistri Lad[izla]i filii Teutus in persona eiusdem domini sui, de possessione Wztylona et Trebses, item Johannes, Stephanus et Petrus filii Johannis filii Roh de possessionibus ipsorum Wztylona, et de superiori et de inferiori Kote[n]nya vsque Lonatn, item comes Andreas de Gersencha vestre maiestati(i) quandam siluam Gay dictam, item Sebestianus(l), Andfreas] et Thomas filii Ladiha et Dyonisius ac End[re] filii Ladizlai ac Hench et Jacobus filii Pauli de possessione ipsorum Kotennya et P[ri]binch, item Petrus filius Gerdak de possessione sua Tekeuch, item fohannes filius Matheus dictus Naabrad de Kote[n]nycha possessione sua ac Dragenouch et de maiori Kote[n]nya ipsum contingente, item Joanchech et Demetrius filii Nicolai de possessione sua in eadem Kotennya ipsos contingente, item Mathei(!) filius Pribizlai de possessione sua Huiseuch vocata, quilibet eorum in ea parte, vbi eum tangeret eos-

[1] Iznad linije.
[2] Početno slovo ispravljano u B.

dem -pfohibuissent. Et sic ipsa reambulacio et metarum ereccio propter impedimenta diuersa fieri non potuisset, 'eo quod quilibet predictorum in pacifica predictarum possessionum possessione existebant* Quos idem homo vestre maiestatis et noster ibidem et eodem die ad octauas festi beati Michaelis archangeli proxime venturas cum eorum instrumentis et munimentis ad vestre celsitudmis presenciam euocassent racionem eorum contradiccionis reddituros. Datum in vigilia festi assumpcionis beate virginis, anno domini supradicto.

Iz vana: Domino regi Hungarie pro Dominico filio Radeni contra Lack filium VVlkožlai de Borsonouch (l) ad octauas festi beati Michaelis archangeli euocator(ia].

Original na papiru tv bibhoteci narodnog muzeja tt BndlMpeŠfi a. 1364. Pridošao ovamo g. 189-1.

Na hrptu vidi se trag šiljato-ovalna pečaia, kojim bijaše listina zatvorena.

223.

1363. 15. augusta. (U Cazmi).

Pred kaptolom čazmanskim tzjavljuje Jakov Vukov (fdius Wlch) kao zastupnik Gardacha-e, kćeri Bekine, da je njegova opunomoćiteljica namirena od svoje braće za svoju djevojačku četvrt.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Jacobus filius Wlch in persona domine Gardacha, consortis sue, videlicet filie Beke, cum sufficientibus litteris procuratoriis personaliter coram nobis constitutus retulit et confessus est oraculo viue uocis, quod quia Filippus(!) filius Dominici iuxta continenciam litterarum nostrarum obligatoriarum pro quarta puellari eiusdem domine Gardacha pro primo, secundo et tercio termino quindecim marcas promptorum denariorum plene et integre sibi persoluisset, igitur ipse vice et nomine prefate domine Gardacha super facto prefate quarte puellaris ipsum Philippum et Thomam ac Petrum filios Beke predicti reddidisset expeditos, imo tenore presencium coram nobis penitus et per omnia commisit absolutos. Datum in

[1] Od: »eo quod — do — existebant« umetnuto iznad linije istom rukom, ali drugom tamnijom i boljom tintom, dočim je još znak za umetnuće A istom tintom kao i listina.

festo assumpcionis virgtnis gloriose, anno domini M°.CCC°. sexagesimo tercio.

Originai na papiru u kr. ugar. dršav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. MO. 85.228. — Stara signatura: Acta mon. Garig. fasc. II. no 9. A^T^a hrpttt Ustine vidl se trag prttisnuta pečata.

224.

1363. 18. augusta. Lipche.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski piše u Venecifu, da fe sporazuman, da se spor između nfegovih i nfihovih podaitika rifeši, kad se vrati njihov kapetan u Jadranskome moru,

Exemplum quarundam litterarum domini regis Hungariae missarum ducali dominio.

Ludouicus dei gratia rex Hungariae. .

Amice charissime! Super eo, quod examinationem et discussionem questionum inter nostros et uestros subortarum usque ad redditum capitanei galearum uestrarum distulistis, sicut litterae uestrae nobis per cursorem uestrum directe testantur, animus noster bene contentatur. Rogantes uestram amicitiam nunc sicut prius, quatenus adueniente dicto uestro capitaneo unum ex vestris deputetis, qui simul cum banno (!) nostro Croatiae et Dalmatiae quaerellas (l) nostrorum et uestrorum examinet et examinatas discutiat, sicut iustitia persuadebit. De hoc etiam, quod inter nos et dominum Paduae super litibus et dissensionibus utrobique uentilatis, concordia, prout scribitis, est secura, singularem accepimus materiam gaudiorum desiderantes attente, ut cum eodem de caetero in uera amicitia et sub pacis uiuatis tranquilitate. Datum Lipche, in loco uaenationis (!) nostrae, die decimo octauo mensis augusti anno . . . . sexagesimo tertio,

Subscriptio uero dictarum litterarum talis erat: Inclito domino Laurentio Celsi, duci Venetiarum, amico nostro carissimo.

Com. T. VII. foL 89. doc. 73. — Acta extera. II. 599. a. 1868. Iz c. kr. kućnog dvorskog i drzavnog arkiva u Beču.

225

1363. 27. augusta. Lypche.

L/udevit kralj ugarski i hrvatski daruje Stjepanu biskupu zagrebačkomu sve posjede Andrije i Ivana de Ebergouch, a naročito posjede Ebergouch i Daag, koji su pripali kralju radi zločina javnog nasilja i krivotvorenja novca, što su ih počinili pri/ašn/i spomenuti vlasnici.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie cornmendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod quia Andreas et Johannes de Ebergouch comitatus Suproniensis in publicis latrociniis, nec non in falsis monetarum fabricacionibus, per quorum nepharios processus regnicole nostri multipliciter disturbantur, sunt reprehensi, vt nobis fidedignis relacionibus constitit euidenter, resque et bona per ipsos in spolio recepta, ac instrumenta fabrilia ad cudendum dictas falsas monetas apta in domibus eorum reperta, et indicium eorumdem culpabilitatis suarum ofcjcultatio fugitiua personarum testimonium prestiterunt premissorum; ideo eosdem vniuersis possessionibus eorum manibus nostris deuoluendis, ipsorum demeritis requirentibus, digne duxmus spoliandos. Consideratis itaque et in nostram memoriam reuocatisi fidelitatibus et serviciorum multimodis meritis venerabilis in Christo patris domini Stephani, eadem et apostolica gracia episcopi ecclesie Zagrabiensis vicariique tocius regni Sclauonie, quibus idem supreme dilt- ;encie studio, et cura euigilanti nobis studuit complacere, seque erga liberalitatem nostri culminis reddere graciosum et acceptum, vniuersas possessiones et possessionarias porciones dictorum Andree et Johannis, vbique in regno nostro habitas, et quouis nominis vocabulo vocitatas, specialiter possessiones eorumdem Ebergouch predictam et Daag vocatas, modo quo supra, ad nostras manus deuolutas, cum omnibus earum vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, omni eo iure, quo ad nostram collacionem pertinere dinoscuntur, eidem domino episcopo perpetuo et irreuocabiliter dedimus, donavimus, et contulimus tenendas, possidendas, pariter et habendas, saluis iuribus alienis. Presentes autem, dum nobis fuerint reportate, in formam nostri priuilegii redigi faciemus. Datum in Lypche, quarto die . festi beati Bartholomei apostoli, anno domini millesimo CCC°LX° tercio.

Iz originalne potvrde kralja Lptdevita L od U. decembra 1H65, U kr. ugar. drz. arkivu u Budimpešti: M, 0. D. L. no. ~)23S.
Feier Cod. dipl. Ilung. IX., vol. 8, p. 356.— 357.

226.

1363. 7. septembra **U Ninu. (None).**

Kaptol ninski javlja banu Nikoli de Cech, da je po njegovom nalogu izaslao kao svog vjerodostojnog čovjeka Andriju primicera sa dvojiconi banovih pouzdanika; svi oni su pred kaptolom izvijestili o zavodu meda nekoj šutnici i pašnjaku na posjedu Berda, o koje je prijepor tekao izmedu udovice iza Ivana i Ivana opata samostana sv. Krševana,

Magnifico viro domino Nicolao de £ech, regnorum Dalmacie et Croacie bano, capitulum ecclesie Nonensis sincere amicitie et honoris continuum incrementum. Noueritis, quod nos receptis litteris vestre rnagnitudinis, sententiam uestram latam in se continentibus, vna cum magistro Simone, castellano uestro de Ostrouiga, pro parte nobilis domine relicte Johannis, filii Michaelis de Nona et fUiorum suorum, actorum, item magistro Michaele, protonotario uestro et castellano de (Jfonigrad, hominibus vestris, nostrum hominem dominum Andream, primic,erium ecclesie nostre, pro utrisque partibus ađ ea sequenda, que in dictis uestris litteris continebantur, pro testimonio duximus transmictendum. Qui demum insimul ad nos reuerssi nobis concorditer et parili voce retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima ante festum natiuitatis beate virginis, termino videlicet in dictis uestris litteris contento, ad faciem possessionis Berda ipsius domini abbatis et per consequens siluule et pascue Jitigiosarum, predicto domino abbati personaliter inibi adherente, predicta uero domina in possessione sua Poliisane existente, presentibus tamen Michaele, maion iilio ipsius domine, et Gradissa, homine ipsius domine per ipsam iJluc destinato, accedendo primo dictam possessionem Berda iuxta cursus metarum in priuilegio, contentarum, per ipsum dominum abbatem in specie inibi exhibito, taliter reambulare cepissent: quod primo a parte orientali ad austrum quendam puteum ipse dominus abbas pro principali sua meta hostendisset (!), in quo tamen nullum lapidem sculptum signo sancti Grisogoni, videlicet littera G., prout priuilegium decantabat, inuenissent, set(!) Grisoganus(l) de (Jiualelis de Jadra ipsum puteum šuam et dfcti domini abbatis veram metam esse referens in[dubitanter] dicebat; deinde procedentes per jndirectum inuenissent unum lapidem sculpturam in se habentem, non tamen litteram G. comparentem; [tunc uero] plagam orientalem gradientes alium lapidem predictum signum G. bene apparentem insculptum habentem inuenisserrt et [postmodum] ad tercium lapidem simi-

liter predictam litteram G. habentem apparentem peruenissent Predictus Michael et annotatus Gradissa in persona dicte domine et aliorum filiorum eiusdem, in tenera etate constitutorum, huiusmodi faciebant prohibitionem: quod ab illo tertio lapide ipsi facerent prohibitionem res . . . . . terram esse dicte domine et filiorum suorum; nec filios ipsius domine habere tantam legitimam etatem, ut in caušis eorum comode quirent respondere. Preterea euntes quartum, et abhinc quintum, deindeque sextum lapides reperissent, super quibus littere G. bene apparentes sculpte inueniebantur. Hiisque reuisis tendentes ad aquilonern in medio cuiusdam siluule vnum lapidern predictum signum G. in se sculptum gerentem reperissent, arborem uero magnam inibi, prout tenor priuilegii predicti denotabat, non reperissent; referens dictus dominus abbas propter diuturnit[atem temporis et tempestjatem ipsam arborem corruisse. Et abhinc progredientes ad meridiem ad vnum lucum, sub quo tempore yemali aquam currere dicebatur, ubi domini Bartholomeus de Grisogonis et Matheus dictus Sciava de Fanfonis, qui terciam partem dicte pascue litigiose se possidere retulissent et uissis(!) metis non contradixissent, ymo pocius consensum prebuissent, dummodo uersus dictarum metarum per ipsum dominum abbatem hostensarum (!) per numerum passuum mensurarentur. Et ipse dominus abbas aliquod instrumentum publicum super numero passuum eis assignaret, ut de cetero inter possessiones eorum et dicte ecclesie questio oriri non posset; ibique mete[1] pascue et terre litigiose terminarentur. Et licet predictus Michael et Gradissa in persona dicte domine et aliorum filiorum eiusdem ab u'ltimo sexto lapide usaue ad lucum, sub quo tempore vemali aqua currere dicebatur, contradictionem seu prohibitionem fecerint, tamen quia in litteris uestre magnitudinis contineri vidissent, quod si mete in dicto priuilegio contente, a parte possessionis dicte domine et filiorum suorum aperte inueniri possent et manifeste, tunc dictam siluulam et pascua litigiosas(!) dicto monasterio.sancti Grisogani statuere deberent contradictione dicte domine et filiorum suorum ouiari(I) non ualente; ideo ipsi repertis et inuentis predictis metis manifeste et aperte. . . . . .siluam et pascua predicti monasterii sancti Grisogani et per consequens contradictionem et prohibitionem. . . . . .mete easdem siluam et pascua includunt, statuissent et commisissent perpetuo possidendas, utendas et fruendas, contradictione dicte domine et filiorum suorum non obstante. Datum None, secundo die ferie quarte prenotate, anno domini millesimo CCCLXIII°.

[1] Slijedi precrtano: et.

Na hrptu: Magnifico et potenti viro domino Nicolao de £ech, regnorum Dalmacie et Croacie bano, pro religioso viro domino fratre Johanne, abbate sancti Grisogani de Jadra, contra nobilem dominam relictam Johannis filii Michaelis de Nona et filios eius de quadam possessione. . . . . rescriptio.

Original na papiru u gubern. arkivu u Zaaru; odio samosiana sv. Krševana kaps. I. tnasso K no. 10.

Listina je silno trošna, pa se ne moze nego po naslovu slutiti, da je bila zatvorena pečatom.

Dopunjena je iz kopije XVIII. vijeka, kad je jos bila mnogo Čitljivija.

Ova kopija donosi i napis na hrptu lisiine, (sad nevidljiv): Determinatio per episcopum et capitulum None de mandato bani in confinibus ville Bredda(l).

227.

1363. 12. **septembra. (U Zagrebu).**

Pred kaptolom zagrebaškim sklapaju u listini navedeni Članovi plemena Konuch nagodu sa Ivanom Tominim od istog plemena, kojom se obvezuju potonjemu dati u vlasništvo jednu četvrtinu svih posjeda, izuzev dobro Dyanteleke.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Gregorius et Wlk filii Moyan de genere Konuh, item Blasius et Or] filii eiusdem, nec non Johannes filius predicti Wlk ac Iwan filius Gerd proximus eorundem in nostri presencia personaliter constituti retulerunt in hunc modum, quod quia Johannes filius Thome genere eodem ipsos racione possessionarie porcionis sibi de vniuersis possessionibus ipsorum prouenire debenda in causam atrahere voluisset, ideo ipsi, propter bonuni pacis et vnionem fraternitatis inter se obseruandam, assumpsissent et assurnpserunt coram nobis de omnibus possessionibus et possessionariis porcionibus ipsos vbique tangentibus, preter porcionem possessionariam condam Gregorii filii Mikech ipsum in possessione Dyanteleke tangentem, directam- quartam partem cum earum vtilitati,bus vniuersis vsque quindenas festi beati Michaelis archangeli proxime venturas eidem Johanni absque omni difficultate extra dare plenarie et assignare tali obligacione mediante, quod si iidem Gregorius et Wlk ac alii superius nominati vel aliquis ex eisdem porciones possessionarias prelato Johanni, vt [prejmissum est, prouenire

•debentes in toto vel in parte eidem dare et assignare non vellent vel non curarent, extunc contra eundem in pena quinquaginta marcarum -eidem persoluendarum conuincerentur eo facto, ad quod se iidem sponte •obligarunt coram nobis. In cuius rei testimonium presentes duximus concedendas. Datum feria tercia proxima post festum natiuitatis beate Marie virginis, anno domini M°CCC°LX^0 tercio,

Original na pergam. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1363.
Na krptu nešto pritisnuta pečata.

228.

1363. 20. septembra. (D Dubrovniku).

Općina dubrovačka šalj'e Marina Stefana, da se u Zadru uputi, da li dolazi kralj u primorje,

Die XX. septembris.

Nuy Blaxio de Babalio, retor de Ragusa, iudici et conselieri de la dita terra chometemo a ti Marino de Stefano oreueso(!), che al nome de dio debi andar a Zara a sauer et presentir, quando lo nostro signor misser lo re de Hongaria die vignir a Zara. Et zonzando ti a Zara debi presentar le letere ali retori de Zara et a ser Daniel de Varichaso, li quali debi salutar per parte nostra chomo nostri fradeli et amisi.

Anchora te chomandemo, che de Zara non ti debi partir innna tanto, che tli non presentirasi et sauerasi zertamentre che lo nostro signor misser lo re sia in via per vignir ala marina. Et sapiando tu zertamentre che lo e in via, de presente debi vignir a Ragusa cum una barcha armada al plu tosto che tu podrasi, non indusiando in alguna parte.

Lettere e commissioni di Levante vot. 1359,—1380. foi. 50. b.
Libri reformationum III, 296.
Gelcich~Thalloczy Dipl. Rag. br. 33, 40.

229.

1363. 20. septembra. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka preporuča svog poslanika Marina Stj'epanovog' Franji de Georgio uz molbu, da mu navlastito saopči, što će doznati o dolasku kralj'evom u Zadar.

Die XX. septembris. Registrum littere destinate domino Francisco de Georgio.

Amice carissime, grata salutacione premissa! Quia Marinum Stefani, latorem presencium, nostrum ciuem dilectum ad vestram amiciciam et ciuitatem Jadre personaliter transmittimus exploraturum et sciturum de tempore futuri aduentus serenissimi domini nostri, domini regis Hungarie, ad ciuitatem Jadre supradictam, idcirco amiciciam vestram tenore presencium deprecamur, quatenus nostri amoris intuytu de nouis, que scieueritis ad presens de dicto aduentu domini nostri, eundem Marinum dignemini, si placeat, informare. Et quandocunque scieueritis certitudinaliter eundem dominum nostrum esse in itinere veniendi ad ciuitatem Jadre supradictam, per unam barcham, si erit possibile, vel per specialem nuncium per terram vestris literis dignemini nos, si placeat, informare, nostris sumptibus vobis concito erogandis.

Lettere e commissioni di Levante vol. 1359.—1380. /. 51. a,
Libri reformationum IIL, 296.
Gelcich-Tkalldczy Dipl. Rag. br. 34., 41.

230.

1363. 1, novembra. U Zadru. **(Jadre).**

*Đuro, župnik sv. Marije u Zadru, kao zastupnik nadbiskupa zadarskoga, sabirač trogodišnje desetine (decime triennalis), očituj'e, da je samostan sv. Krševana platio prvi obrok spomenutog podavanja**

ln Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesfmo trecentesimo sexagessimo tercio, indiccione prima, die primo mensis nouembris; tempore sanctissimi in Christo patris et domini domini Vrbani pape quinti, anno secundo sui pontificatus. Venerabilis vir dompnus presbiter Georgius, plebanus ecclesie sancte Marie maioris de Jadra, uicarius reuerendi patris domini Nicolai, permissione diuina archiepiscopi Jadrensis et subcollector per ipsum institutus decime trienalis(l) imposite per prefa-

tum dominum papam, confessus fuit et cohtentus se habuisse et recepisse nomine dicte decime trienalis pro prima solutione primi **anni,** que fieri debuit et debet in presenti festo omnium sanctorum, **a** religioso uiro fratre Ricardo, monaco monasterii sancti Grisogoni de Jadra, soluente uice et nomine venerabilis uiri domini fratris Johannis, abbatis dicti monasterii sancti Grisogoni de Jadra et nomine dicti sui monasterii decem et septem ducatos et dimidium auri in auro. Vnde prefatus dompnus plebanus et subcollector fecit nomine sui officii eidem fratri Ri^ardo, ut supra stipulanti, plenam securitatem, finem, remissionem et pactum de ulterius predictam quantitatem ducatorum auri prime solutionis primi anni dicte decime trienalis non petendo; rogans me notarium infrascriptum, ut de predictis omnibus ad cautelam dicti abbatis et sui monasterii predicti publicum conficerem instrumentum. Actum in ciuitate Jadre, in domo dicte ecclesie sancte Marie maioris, presentibus Sephano(!) fabro condam Desse sartoris et Stanoi Stoisich, Jadrenstbus, testibus ad hec uocatis et rogatis, et aliis.

(Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius publicus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original na pergameni u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Krsevana, kaps. XXIII. no. 583.

231.

1363. 3. novembra. U Cazmi.

Čazmanski kaptol prepisuje svoju listinu od g. 1345. 11, aprila. (Cod. dipl. XI. p. ig6.J

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentem paginam intuentibus salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod frater Stephanus, prior ordinis fratrum Heremitarum de heremitorio beate virginis montis Garigiensis ad nostram accedens personaliter presenciam exhibuit nobis quasdam patentes litteras sub sigillo nostro, petens nos precum cum instancia, vt ipsas in formam nostri priuilegii uberiorem ad cautelam redigi faceremus. Quarum tenor talis est: *(Slijedi lisiina kaptola čazmanskoga od godine 1345. 11. aprila).* Nos igitur iustis et legitimis peticionibus eiusdem Stephani prioris inclinati predictas

litteras in formam presentis priuilegii redactas sigilli nostri pendentis munimine duximus roborandas. Datum tercio die festi omnium sanctorum, anno domini M°CCC° sexagesimo tercio.

Original na pergameni u kr. ugar. drzav. arkivu u Budimpešti: M^ 0. D. L. no. 35.188. — Stara signat.: Actor. monasterii Garigh. fasc. 1. no. 22.

Na listini vzsi o crvenoj i smeđoj svilenoj vlaknatoj vrvci pečat.

Hevenesi I. p. 78.-79.

Fejer Cod. dipL Hung. IX 3. p. 369.—370.

232.

1363. 4. novembra. (U Požegi).

Pred kaptolom požeškim uzajmljuj'u plemići de Chernuk od Ivana Benediktovog io maraka, te se obvezuju uzajmljenu svotu u dva obroka povratiti zajmodavtu.

Nos capitulum ecclesiae beati Petri de Posega memoriae commendamus per praesentes, quod Kormus filius Egydii, Desew filius Johannis,, Thomas filius Nicolai, et Paulus filius Bakow, nobiles de Chernuk, ad nostram personaliter accedentes praesentiam assumpserint et obligaverint se super eo, quod si decem marcas promptorum denariorum compoti(!) de predicta Posaga a magistro Johanne litterato [filio] Benedicti se dixerunt mutuo recepisse, eidem magistro Joanni in duobus terminis infrascriptis, videlicet in octavis festi epiphanie domini proxime venturis quinque marcas et in octavis diei medii quadragesimae, scilicet feria quarta, immediate assequentibus similiter quinque marcas in promptis denariis, puta regalibus pro tempore currentibus, absque crastinatione et sine nostra portione, integraliter coram nobis non persoluerent seu persolvere negligerent, — extunc transactis eisdem terminis dictam pecuniam cum gravamine viginti marcarum, absque portione iudicis et ante litis ingressum pro omissione solutionis cuiuslibet termini deponendarum, quod dare et persolvere tenebuntur magistro Johanni praenotato. Datum sabatho proximo post festum omnium sanctorum, anno domini M.CCCLXIIL

Original u arkivu obitelji grofova Dessewffy.

Feje'r Cod. dipl. Hung. IX. vol. 3. p. 368.—369.

Dessewffy Csaldd p. 228.-229.

233.

1363, 5. novembra. U Zadru. (Jadre).

Zapisnik sastavljen o ovršnoj dražbi nekog zaselka kod Cerno, ftrovedenoj na molbu općine zadarske froti vlasniku draibovane nekretnine Cernole Paskinog de Fanfogna radi dužnih joj yo libra i 18 solida; nekretninu je kupio po svom zastupniku Vulcini de Genano knez rapski Grgur, sin Pavla bana.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem miliesimo trecentesimo sexagesimo tercio, indictione secunda, die quinto mensis nouembris, regnante serenissimo principe domino nostro, domino Lodouico dei gratia rege Hungarie; temporeque reuerendi patris domini Nicolav de Matafaris, decretorum doctoris, Jadre archiepiscopi, ac magnifici et potentis domini Nicolai de Zeech, regnorum Dalmacie et Croachie bani generalis ac comitis ciuitatis Jadre. Testificor ego Zilius de Feraria, gastaldio preconum curie Jadre, quod, cum presentata foret nobilibus et sapientibus viris dominis Nicolao de Vitchor, Johanni de Sloradis et Georgio de Georgio, honorabilibus rectoribus ciuitatis Jadre, cedulla incantus infrascripti tenoris: »Incantantur et per incantum plus offerenti et danti dabitur et deliberabitur vna villa sorcium quinque et quelibet sors esse debet gognaiorum viginti secundum tenorem instrumenti emptionis dicte ville posite ad Cerno, que per ihstrumentum predictum empta fuit per dominam Eienam, relictam Pasque de Fanfogna, a condam Coxa de Begna et a filio suo Nicolao, vt in instrumento vendicionis continetur. Cuius ville sunt confines: ab omnibus quatuor lateribus sunt terre et possessiones heredum condam Cosse(!) predicti. Et hoc ad petitionem et instanciam procuratorum comunis Jadre nomine dicti comunis pro euidenti debito librarum septuaginta et soldorum decem et octo paruorum in vna parte, quas Cernolus condam Pasque de Fanfogna, cuius nunc est dicta villa, choactus est et soluere tenetur et debet comuni Jadre pro rata eum contingente ad soluendum de expensis factis per comune pro transmittendo libellos ad collegium, que eum tangunt ad soluendum pro expensis libelli sui quouis habite cum commissariis condam domine Stane de Fanfogna; et in alia parte pro debito librarum centum quinquaginta paruorum, quas idem Cernolus soluere debet comuni pro pena soldorum duorum pro libra quantitatis questionis predicte; et hoc secundum extimacionem factam per tres extimatores datos per maius consilium Jadre. Pro cuius quidem executione extimationis(!) dicta villa est ad incantum posita et incantus procedit secundum

ordines et consuetudinem ciuitatis Jadre; cum condicione, quod de denariis precii venditionis incantus dicte ville per antea dentur et soluentur commissariis dicte condam domine Elene ducati ducenti auri, soluendi et distribuendi per eos secundum formam testamenti dicte domine Ellene. Que villa, ut dictum est, incantatur cum omnibus suis accessibus» egressibus, aquis, pratis, pascuis et omnibus suis iuribus, adiacenciis et pertinenciis, dicte ville quomodocumque spectantibus et pertinentibus.« Quorum dominorum rectorum mandata fideliter exequens predictam villam quinque sortium cum omnibus suis iuribus et pertinenciis per platheam, ecclesias et aiia loca solita ciuitatis Jadre publice incantaui modo et ordine in statutis ciuitatis Jadre contentis et loquentibus de bonis vendendis pro debito comunis ac voce preconia dicens, quod dicta villa deliueraretur per incantum plus offerenti et danti, supradictam tamen cedullam incantus in manibus publice defferendo. Cumque notificato per me, quod die supradicta, scilicet quinta mensis nouembris, deliueraretur dicta villa et obseruatis omnibus et singulis solempnitatibus, que secundum formam statutorum et ordinamentorum Jadre' in huiusmodi incantu debent obseruari, nemo eius(!) se opposuisset incantui neque deliuerationi nullusque comparuisset, qui de dicta villa se plus nec tantum daturum offeret, quam ser Vulcina de Genano, ciuis Jadre, qui de dicta villa nomine strenui comitis domini Gregorii, comitis ciuitatis Arbensis et filii condam bone memorie domini Pauli bani, qui de ipsa viJla nomine supradicti domini Gregorii comitis obtulit se daturum ducatos ducentos et quinquaginta auri; tandem de mandato supradictorum dominorum rectorum predictam villam supradicto ser Vulcine de Genano ementi et recipienti vice et nomine dicti domini comitis Gregorii per incantum dedi, vendidi et deliueraui die supradicto quinto mensis nouembris ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dicto domino comiti Gregorio suisque heredibus et successoribus deinceps melius placuerit faciendum perpetuo, et quicquid ementi et recipienti rem aliquam ad incantum pro debito comunis ex forma statuti Jadre fieri permititur, vt supra, cum omnibus et singulis suis iuribus et pertinenciis, ac adiacenciis, ut in supradicta cedulla continetur; precio ducatorum ducentorum et quinquaginta auri, de quibus domini Georgius de Soppe, Simeon de Botono et Francischus de Zadulinis, procuratores comunis Jadre, vice et nomine dicti comunis receperunt ducatos quinquaginta auri pro parte solucionis librarum ducentarum viginti et soldorum decem octo paruorum, tangencium dicto comuni. Et predicti ser Vulcina de Genano et ser Cernolus condam Pasque de Fanfogna, vt commissarii dicte condam domine Elene, reGeperunt ducatos ducentos auri a semet ipso ser Vulcina soluente, ut supra, de propriis denariis

domini comitis Gregorii supradicti, vt predicti procuratores comunis Jadre et commissarii dicte condam domine Ellene confessi fuerunt recepisse. Quem quidem ser Vulcinam nomine dicti domini comitis Gregorii emptoris prefatus dominus Nicolaus de Vitchor, rector ut supra, ex sui officio et ex commissione supradictorum dominorum Johannis de Sloradis et Georgii de Georgio, ibidem presencium et ipsius domini Nicolai collegarum, de vendicione dicti incantus et deliuerationis bacullo jnuestiuit, ut moris est, et deliuerationem ipsam confirmauit eidem ser Vulcine emptori nomine dicti domini comitis Gregorii. Mandantes fieri dicto emptori nomine sepedicto ad cautellam presens breuiarii incantus publicum instrumentum. Actum Jadre, sub lobia magna Jadre, presentibus ser Johanne condam ser Thomaxii de Petrico et ser Jacobo condam ser Gregorii de Zadullinis, ciuibus Jadrensibus, testibus et aliis.

(Ilrugi rukopiš).

f Ego Nicolaus de Vitcor, rector Jadre manum missi.

(Drugi rukopisj.

f Ego Johanes condam Barti de Sloradis, rector Jadre scripssi.

(Drugi rukopis.)

f Ego Georgius condam Pauii de Georgio, rector Jadre manum misi.

(Signum not.)

Ego Beltramus de Tarsia, ciuis Justinopolitanus, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, de mandato supradietorum dominorum rectorum scripsi ac solitum meum signum apposui.

Original na pergameni u gubemijalnom arkivu u Zadru. Acia fam. Lantana. no. 2.

234.

1363. 6. novembra. U Višegradu. (Vissegrad).

*Ljudevit kralj ugarski i hrvatski pi?e u Veneciju, da je obzirom na prijateljske odnose drage volje pripravan naložiti svoj'im podanicima u Primorju, da ne podupiru nikoj'im načinom ustanka, koj'i j'e buknuo proti Venecij'i na Kreti**

Exemplum cuiusdam litterae domini regis Hungariae missae ducali dominio, quod sui non uadant in Cretam.

Ludouicus dei gratia rex Hungariae.

Amice charissime! Uisis litteris uestris continentibus, quod feudati uestri, uidelicet insulae Cretensis, rebellionem quandam contra statum uestrum in eadem insula concitassent etc. uestrae amiciciae sic duximus rescribendum, quod non solum de his, uerum etiam de quibuslibet aliis uestris aduersitatibus uobis ex animo condolemus. Et quia in eisdem litteris subiungebatur, quod nostris fidelibus et subiectis maritimis efficaciter mandare uelimus, ut durante nouitate huiusmodi ab omni fauore et auxilio dictorum Cretensium abstineant et desistant, taliter respondemus: quod subditos nostros maritimos a praestandis subsidiis et fauoribus supradictis Cretensibus libenter uolumus prohibere. Nam deo teste semper fuit et est intentionis nostrae illam pacem inuiolabiliter obseruare, quae alias inter nos utrumque fuit rectore domino feliciter consumata, sperantes a uobis et uestris 4d ipsum uice uersa. Et si quae singulares personae dictis Cretensibus forte causa proximitatis uel alia quacumque ratione subsidium praestitisent, uel praestarent, hoc pro certo non processit nec procedit uoluntate.

Datum Wisegrad, die sexto mensis nouembris, anno domini sexagesimo tertio.

Iz c. kr. kućnog, dvorskog i arzavnog arkiva u Beču.
Com. VII. f. 123. doc. 195.

235.

1363. 23. novembra. (U Dubrovniku).

DubrovaČka oficina odgovara Veneciji, da je negodovanjem doznala o buni na Kreti, te da je rado na njezinu molbu zabranila svojim podanicima bilo na koji način podufiirati ovai ustanak.

Die XXIII. novembris. Registrum littere responsorie misse ducali domino Veneciarum.

Serenissime domine, debita recomandacione premissa! Excellencie vestre tenore presencium facimus manifestum, quod vestras recepimus litteras in effectu continentes, quod durante rebellione pheudatorum vestre insule Cretensis contra statum vestrum, que nobis, tamquam vestris benevolis, displicet ultra modum, omnibus subditis nostris imponere deberemus efficaciter in mandatis, ut nisi dicti vestri pheudati ad gremium vestre gracie revertantur, quod in brevi futurum speramus domino concedente, abeundo, mittendo vel conversando cum ipsis abstineant, et ab omni eorum favore et auxilio desistere debeant quoquomodo; quibus quidem litteris, propter rebellionem huiusmodi nobis

multultum displicentibus, ut prefertur, lectis et puplicatis in nostris consiliis ordinatis, paratos nos offerimus vestre excellencie supradicte, non solum in premissis, sed in singulis aliis nobis possibilibus vobis quomodolibet placituris, reservato honore nostri domini, vestrum beneplacitum viriliter adimplere.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. fol. 52. a.
Libri reformaiionum III. 296.—297.

t

236.

1363. 26. novembra. (U Zagrebu).

Kaptol zagrebački prepisuj'e na molbu plemkinj'e Genich i Chala svoj'u listinu od ig. oktobra 1360. (V. ovaj svezak p. §q.).

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod anno domini millesimo CCC°LX° tercio, die dominico proximo post festum beate Katherine virginis et martiris Demetrius filius Nicolai de Semizlou, comitatus de Zala, procurator et procuratorio nomine nobilium dominarum videlicet Genich et Chala vocatarum de Samolch ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes in papiro a dorso consignatas, petens nos cum instancia, vt, quia ipsas propter viarum discrimina secum in locis necessariis ferre non poterat, easdem de uerbo ad uerbum transscribi et nostri sigilli pendentis apposicione faceremus consignari; cuius nos peticionibus, utpote iustis et congruis, annuentes predictas litteras presentibus de uerbo ad uerbum transscribi fecimus et nostro sigillo pendenti consignari. Quarum tenor talis est: *(Slifedi listina istog kaptola od 19. oktobra 1360,).*

Original na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije: Diplomata a. 1360.

Na lisiini visi svilena vrvca zelene boje; pecat j'e otpao.

237.

1363. 27. novembra. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka izvješčuj'e kraljicu Apulije, da njima nije moguće danak, što su ga duzni godimice plaćati kralj'u srpskome, davati crkvi sv. Nikole u Baru u ime zaduibine od 200 fierfiera godišnje, koj'u je kralj srpski obrekao spomenutoj crkvi, pošto na to nij'esu od srpskog kralja ovlaštenA pa bi im odatle nastala šteta.

Die XXVII. novembris. Registrum littere destinate domine regine Apulie. Maiestati vestre humiliter exponimus per presentes, quod nuper a Leone Castanea de Borento, vestro magistro portulano Apulie, recepimus litteras in effectum continentes, quod cum quondam inclitus princeps dominus Stephanus rex Rassie causa devocionis providisset ecclesie beati Nicole de Baro de CC vperperis annuatim per suum patens priuilegium, per suum filium, nunc regem Rassie, confirmatum, super quodam tributo, quod ab universitate nostra recipit et nos requisiti ad dandum dictam pecuniam canonicis et capitulo dicte ecclesie hucusque derogaverimus, dignaremus pro reverencia dicti sancti et intuitu vestre reginalis maiestatis, cui querelam de premissis dicti canonici iam fecerunt, debitam satisfactionem ipsis facere et eundem Leonem de eo, quod faciendum duxerimus super premissis, per nostras speciales litteras informare, ut vestre maiestati reginali denotet supradicta. Super quibus litteris facta responsione debita Leoni, magistro portulano predicto, pro nostra excusacione et innocencia de predictis maiestati vestre ad infor->macionem debitam denotamus, quod si rex Rassie dictis canonicis per suum priuilegium premissa concesserit, ut prefertur, non pro tanto conseauitur, salva reuerencia canonicorum et capituli ecclesie supradicte, quod nos sumus obbligati et teneamur illis dare exinde yperperos su-»pradictos, eo quod semper rex Rassie habuit et habet pro pecunia dicti tributi anno quolibet sibi danda speciale pactum nobiscum continue obseruatum, quod aliquem denarium dicti tributi alicui non tradamus, nisi illi persone tantummodo, que cum suis specialibus litteris Sclavicis et Latinis pro dando tributo huiusmodi in festo sancti Demetrii Ragusium adveniret; et aliter dando, quicquid daremus, totaliter perderemus. Et si in priuilegio supradicto contingat, quod non credimus, contineri, quod rex Rassie obliget nos seu precipiat soluere pecuniam supradictam, salua ipsius *regis* reverencia, nunquam poterit *nec* potest obligare nos seu precipere quoquomodo eo, quod nunquam fuit nec est noster -dominus, qui super nos istam habeat potestatem. Quare vestre reginali

maiestati humiliter supplicamus, quatenus dei et iusticie intuitu nos in premissis habendo racionabiliter excusatos, dictis canonicis indebite contra deum et iusticiam nos molestare cupientibus in premissis audienciam, si placeat, non tradatis. Nam aliter petere similia adteptaverunt (!) et vestra reginalis maiestas de premissis a nobis, prout nunc, veridice informata, illos in suis peticionibus minime exaudivit. Nam ob reverenciam dicti sancti et intuitum vestre reginalis maiestatis et amorem amicicie et fidei ortodoxe multo libentius daremus pecuniam dicti tributi canonicis et capitulo supradictis, si venirent ad nos anno quolibet cum litteris regis Rassie ordinantis, quam caloxaris scismaticis, quibus proparte domini regis Rassie quidem damus omni anno tributi pecuniam supradictam. Sed revera, si daremus aliquid dictis canonicis tam pro priuilegio, quam quacumque occasione alia sine specialibus litteris regis Rassie, ut prefertur, amittaremus(!) totaliter et oporteret nos solvere iterato. Dignetur vestra reginalis maiestas nobis respondere si placeat in premissis.

Lettere e commissioni di Levante vol. 1359.—1380. fol. 52.
Libri reformationum IIL 297.

238.

1363. 1. decembra. Avignon- (Auinioni).

Urban V. papa obavješćuje među inima nadbiskupe zadarskog, spljetskog i dubrovačkog, da je imenovao kardinala Andruina svojim legatom za Lombardiju i Dalmaciju, te im označuje njihove dužnosti prema njemu.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei venerabilibus fratribus . . [1] Aquilegensi et . . Gradensi patriarchis, ac . . Mediolanensi . ., Januensi . ., Jadrensi . ., Spalatensi . ., Ragusino . . et . . Antibarensi nec non . . Bononiensi . ., Ferrariensi . ., Mutinensi . ., Reginensi . ., Parmensi . ., Placentino et . . Papiensi ac vniuersis aliis episcopis et dilectis filiis, electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, capitulis quoque, collegiis et conuentibus eorundem Cisterciensis, Clumacensis, Cartusiensis, Premostratensis, Vallisumbrose, Camadulensis, humiliatorum sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum ceterisque personis

[1] U originalu mjesto imena.

^cclesjasticis, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, nec non sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theotonicorum, Calacianensis, Altipassus et aliorum hospitalium et domorum magistris, preceptoribus, prioribus et eorum loca tenentibus per Aquilegensem et Gradensem patriarchatus ac Mediolanensem, Januensem, Jadrensem, Spalatensem, Ragusinum et Antibarensem archiepiscopatus et prouincias ac Bononiensem, Ferrariensem, Mutinensem, Reginensem, Parmensem, Placentinum et Papiensem episcopatus, ciuitates et dioceses constitutis salutem et apostolicam benediccionem. Cum nos dilectum fiiium nostrum Andruinum, tituli sancti Marcelli presbiterum cardinalem, apostolice sedis legatum, ad partes vestras, commisso sibi in eis plene legacionis officio, presencialiter destinemus, vniuersitatem uestram requirimus et rogamus et ortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem legatum, immo pocius nos in ipso, ob reuerenciam dicte sedis et vestram benigne recipientes et honorificia (!) et reuerencia debita pertractantes, sibi procuraciones [ut] legato sedis apostolice de latere, qui fuit pro tempore, in partibus uestris solitas exhiberi studeatis integraliter, prout singulos vestrum contingit, sine facultate qualibet assignante. Itaque nos deuocionem uestram de obediencie promptitudine commendare tnerito valeamus, alioquin sentenciam siue penam, quam idem legatus propter hoc rite tulerit, statuerit in rebelles, super quo sibi plenam et liberam concedimus tenore presencium auctoritate apostolica potestatem, ractam (!) habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfaccionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum Auinioni, kalendis decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Iz hstine kardinala Anaruina oa g. 1365, 28. jula. Ova listina u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio šamostana sv. Krševana kaps. XIV. JZO. 200.

239.

1363. 3. đecembra. U Zagrebu. (Zagrabie).

Stjepan biskup zagrebački i banski namjesnik u Slavoniji svj'edoči, da je u parnici Đure, svećenika Petra i Bolete sinova Valentina de Kjristalfelde froti Nikoli Stjepanovom također de Kyristalfelde radi nekih česhca posjeda Kyristalfelde, tuženi na obranu svoga prava pridonio povelju kralja Bele od 7. novembra i2$g. (Cod. dipl. IV. p. 8g.)9 te povelj'u kralja Ljudevita od ig. februara 1363. (pre?na krivom navodu u samoj' listini od g. 1362 J.

Nos Stephanus divina providencia episcopus Zagrabiensis et regni Sclavonie vicarius generalis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum Georgius, Petrus sacerdos et Boleta, fiiii Valentini, filii Samsonis de Kyristalfelde, legitime citacionis modum observando Nicolaum filium Stephani filii Laurencii de eadem contra se in presenciam olym Leustachii, dicti regni Sclavonie bani, predecessoris nostri, attraxissent in causam ipsaque causa diuersis prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus, medio tempore honore dicti banatus ex dei gracia et domini nostri regis dileccione in nostram personam transscendendo ad presentes octavas festi beati Martini confessoris dilative deventa extitisset; tandem ipso termino occurrente predicti Georgius et Petrus sacerdos filii Valentini pro se personaliter et pro predicto Boleta fratre ipsorum, cum Iitteris procuratoriis capituli Chasmensis ecclesie iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum prorogatoriarum ad nostram iudiciariam accedentes presenciam, contra eundem Nicolaum filium Stephani in figura nostri iudicii dixerunt proponendo isto modo: quod idem Nicolaus filius Stephani quandam possessionariam porcionem condam Petri filii Iwan dicti Chech in dicta possessione Kyristalfelde iuxta fluvium Thoplicha vocatum sitam et adiacentem, in qua videlicet porcione possessionaria ipsi mortuo prefato Petro dicto Chech iuxta regni consuetudinem porcionem habere deberent, omnino pro se occupasset et pccupatam detineret ac uteretur; cuius possessionarie detencionis scire vellet racionem ab eodem. Quo percepto idem Nicolaus filius Stephani personaliter exsurgendo respondit ex adverso, quod predicta porcio possessionaria, que condam erga prefatum Petrum dictum Chech fuisset, olym Drugani filii Bayleta, prothavi sui extitisset, et ob hoc prefatis filiis Valentini in nullo attineret, sed ad ipsum de iure deberet pertinere. Et ibidem ad suorum verborum

comprobacionem quasdam litteras olym domini Bele, dei gracia incliti regis Hungarie beate recordacionis, anno ab incarnaciohe domini millesimo CC°XXX° nono, septimo idus novembris, regni sui anno quinto, privilegialiter emanatas, nostro iudiciario examini presentavit; in quibus inter cetera habebatur, quod carissimus frater clicti domini Bele regis rex Colomanus et dux tocius Sclavonie eidem significasset, quod cum terra Drugani filii Bavieta esset vicina cuidam predio ipsius domini Colomani ducis nomine Wereytiche, considerata utilitate ipsius terre et vicinitate, eandem sibi dictus dominus Colomanus dux ad predium supradictum recipiens, dicto Drugano pro concambio terre illius quandam terram castri Symigiensis nomine Thoplicham in Garych certis metis districtam fecisset assignari; cuius quidem terre mete in eodem privilegio seriatim continentur. Dehinc idem Nicolaus filius Stephani quasdam litteras domini nostri Lodovici, dei gracia regis Hungarie, in anno proxime transacto[1] similiter privilegialiter exortas nobis curavit exhibere, inter cetera denotantes, quod idem Nicolaus filius Stephani dicti Arthovv de Kyristalfelde ad sue serenitatis accedens conspectum predictas litteras ipsius domini Bele regis super prenotata terra ipsius condam Druganr Thoplicha vocata confectas sue celsitudini presentando, humiliter et devote sue regie maiestatis in eo supplicasset, ut predictam terram ipsius condam Drugani, eo quod ipse per dominam matrem suam ex linea predicti condam Drugani naturaliter extitisset propagatus, sibi et suis heredibus nove donacionis sue tytulo đare et conferre, ipsumque privilegium dicti domini Bele regis pro ipso et suis heredibus acceptando ratificare et suo regio dignaretur privilegio confirmare. Ipse itaque dominus noster Lodovicus rex in hac parte favorabiliter inclinatus pretactum privilegium ipsius domini Bele regis acceptanSj ratificans et pro eodem Nicolao confirmans, predictam terram stabilivit. Datum Zagrabie, sedecimo die termini prenotati, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio.

Original na pergam. sa visećim pecatom biskupa nalazio se nekoč u arkivu kr. komore u Budimu.

Wenzel *76.*

Citava lisiina Belina od g. 1239, priopćena iz potvrde kralja Ljudeviia od g, 1363, u kr. komornom ark, kod Wenczel Cod Arp. XI. p. 306.—307.*

Kukuljević Reg%)no. 377, označuje joj signaturu: JV. JR. A. fasc. 1589. no. 24.

[1] Listina nosi datum 19. februara 1363.

240.

1363. 8. decembra. (U Zagrebti).

Pred kaptoloM zagrebačkim ugovaraju Desew svećenik i upravitelj crkve st: Marka i njegova hraća i rodaci, plemići de sancto Andrea de Garyg sa Radilom i njegovom bračom de Gorycha, da će potonji prvima odstupiti trećinu posjeda Godenyche, Zelnycha, Zlochicha i Vtachichy u Gorychi; neke od ovih posjeda valjati će ali tek parbenim putem dobiti od neovlaštenih sadanjih posjednika; za vodenje parnice nužne troškove pokrivati će Desew i njegovi u dvije trećine, a jednu trećinu nositi će Radilo i njegovi.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Desew sacerdote, rectore ecclesie sancti Marci ewangeliste de monte Grech, sua ac Tohannis et Nicolai, filiorum Egidii carnalium, nec non Johannis filii Andere(1), Thome filii Pauli et aliorum patruelium fratrum suorum, nobilium de šancto Andrea de districtu Garyg in personis, totum onus et grauamen eorundem, si quod racione non obseruacionis subscriptorum eueniret, in se assumpmente ab una, ac Radilo et Radey, filiis Wlchimi, Iwan et altero Iwan filiis Wlk, nec non Lucachio filio Marei de Gorycha, similiter in suis ac tocius generacionis eorundem hominum personis, similiter omne onus et grauamen, vt superius exponitur, si quod pretextu non obseruacionis infradeclarandorum interueniret in se assumpmentibus, parte ex altera coram nobis constitutis, propositum extitit per eosdem ministerio viue vocis sponte et confessum, quod idem Desew sacerdos, Johannes et Nicolaus fiiii Egidii, nec non Johannes filius Andree, Thomas filius Pauli et alii fratres eorundem patrueles predictis Radilo, Radey, Iwan et altero Iwan ac Lukachio, nec non aliis generacionis ipsorum hominibus in propinqua generacionis et consanguineitatis linea attinerent, sicque predicto Desew sacerdoti et fratribus suis prenotatis tercia pars de quibusdam possessionibus eorum Godenycha, Zelnycha, Zlochicha et Vtachichy ac aliis in eadem Gorycha et vbicunque in comitatu Zagrabiensi habitis constitutis, ipsos hereditarii iuris titulo communiter tangentibus, ab auo et prothauo ipsorum iure successorio deberet pertinere. Quas quidem possessiones, ex quibus alique adhuc per manus alienas detinerentur occupate, ipsi communiter ab huiusmodi manibus alienis per iuris formam requirere et reoptinere, in quarum reauisicione et reoptencione idem Desew sacerdos et fratres sui annotati duas partes expensarum, terciam vero partem predicti Radilo, Radey, vterque Iwan et Lucachius ac alii generacionis ipsorum

homines facere, eydemque Desew sacerdoti in parata pecunia vel in extimacione condigna assignare. Quibus reoptentis et reaquisitis, easdem scilicet possessiones in tres partes quoequales (!) inter se finaliter diutdere tenerentur, quarum due partes prefatis Radilo, Radey, vtroque Iwan et Lucachio ac aliis generacionis eorundem hominibus, tercia vero pars earundem prenotato Desew sacerdoti et suis fratribus supradictis cedere deberent perhemnali iure possidenda; hoc excepto, quod idem Desew sacerdos et fratres sui prelibati in possessionibus ipsorum aquisitis, in eodem districtu Garyg habitis, inmobiles remanerent, de quibus iidem Radilo, Radey, vterque Iwan et Lucachius ac ceteri generacionis eorundem homines nullam possent atque valeant petere porcionem modo aliquali; ad quod faciendum se vtraque pars sponte obligauit coram nobis. Datum in festo concepcionis beate Marie virginis, anno domini millesimo CCC° LX° tercio.

Original na pergameni u kr. ugarskom drzavnom arkivu u Bitdimpešti: M. O. D. L. no. 35.229. —• Stara signatura: Acia monast Garig. fasc. II, no. 10.

Na hstini visi zućkasta svilena vlaknata vrvca bez pecata.

241.

1363. 12, decembra, (U Zagrebu).

Stjepan biskup zagrebački i banski namjesnik poziva kaptol čazmanski, da izašalje u svojstvu vjerodostojnog mjesta svog povjerenika. koj'i hi sudjelovao kod uvedenja Nikole Stjepanovog u posjed Kyristalfelde$_y$ drugim imenom Tapolcha zvanog, koje će provesti njegov izaslanik.

Viris discretis capitulo ecclesie Chasmensis, fratribus suis in Christo karissirnis et amicis reuerendis Stephanus, diuina prouidencia episcopus Zagrabiensis et regni Sclauonie vicarius generalis, sinceram in domino karitatem cum amicicia pleniori. Dicit nobis Nicolaus filius Stephani de Kiristalfelde, quod ipse in dominium cuiusdam porcionis possessionarie in dicta possessione Kyristalfelde, alio nomine Tapolcha uocata, habite, que condam Petri filii Iwan dicti Cheh extitisset, legitime uellet introire, si aliquis sibi contradictor non appareret in hac parte. Super quo vestram amiciciam presentibus requirimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testirnonio fidedignum, quo presente magister Petrus filius Side dictus Garazda uel Andak frater eiusdem, aut Deme-

trius filius Thome siue Lucasius filius Pauli filii Hwal, sev Leukus filius Emrici dicti Vrdugh aliis absentibus, homo noster, ad faciem eiusdem porcionis possessionarie predicti condam Petri dicti Cheh, vniuersis vicinis et commetaneis suis legitime, inibi conuocatis et presentibus, accedendo, ipsum Nicolaum filium Stephani in dominium eiusdem introducat statuatque ipsam eidem Nicolao iure sibi incumbenti perpetuo possidendam, si per quempiam non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum Nicolaum filium Stephani nostram in presenciam ad terminum conpetentem, racionem contradiccionis eorundem reddituros. Et post hec ipsius possessionarie introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, et termino assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Zagrabie, in vigilia festi beate Lucie virginis et martiris, anno domini .M°CCC°LX° tercio.

. Iz onginal. izvješlaja čazmanskog kaptola oa g. 1363. 24. decembra na pergameni u kr. ugar. drzavnom arktvu u Budimpešti. M. O. D. L. no. 33.610. — Stara signatura: N. R, A. fasc. 1509. no. 50.

242.

1363. 18. deeembra. (Venecija).

Petar, 'opat samostana sv. Đure u Veneciji, fioslanik fiapin (među ostalim t) za Dalmaciju imenuje po ovlasti danoj mu od fiafie Urbana V. u listini od i. jula 1363. svojim zamjenicima Ivana, ofiata sv. Krševana, i iufinika sv. Marije u Zadru, te im označuje ovlasti.

Petrus miseratione diuina abbas monasterii sancti Georgii martiris Veneciarum, ordinis sancti Benedicti, Castellane diocesis. sedis apostolice nuncius, et collector fructuum, reddituum, prouentuum, censuum, decimarum et omnium aliorum quorumcumque apostolice camere debitorum in Aquilegensi, Mediolanensi, Gradensi, Jadrensi, Ragusina, Spalatensi, Antibarensi et Rauenatensi prouinciis et in nonnullis aliis partibus Romanie per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Vrbanum, diuina prouidencia papam quintum, specialiter constitutus, prout in suis litteris super hoc confectis plenius continetur, quarum tenor inferius describitur, — reuerendo in Christo patri domino Johanni, dei gracia abbati monasterii sancti Grisogoni Jadrensis, et venerabili et circumspecto viro domino plebano beate Marie Jadrensis, salutem in domino sempiternam. Cum in prouincia Jadrensi nonnulla negocia cameram apostolicam tangencia incumbant vtiliter peragenda, quibus, aliis arduis dicte camere prepediti negociis, personaliter intendere neque-

amus, nos volentes super hiis, prout officit nostri debitum postulat, indempnitatibus dicte camere vtiliter prouidere ut tenemur, de vestra et vestrum quolibet circumspectione et prudencia gerentes in domino fiduciam pleniorem, vos et vestrum quemlibet in solidum, ita quod occupantis condicio melior non existat, sed quod per vnum vestrum inceptum fuerit, per alium prosequi mediate valeat et finire in dicta prouincia Jadrensi auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte subcollectores et officiales camere apostolice ac nostros ipsius nomine per presentes facimus, constituimus ac etiam ordinamus, reuocando specialiter et expresse omnes et singulos subcollectores per predecessores nostros aliter ordinatos. Vos et vestrum quemlibet tenore presentium monemus, requifimus et in domino hortamur ac in virtute sancte obediencie et sub excomunicacionis pena districte precipiendo mandamus, quatenus huiusmodi subcollectorie vobis et vestrum cuilibet commissum officium ob reuerenciam dicte sedis apostolice deuote sucipientes omnes et singulos fructus, redditus et prouentus, pecunias, res et bona, census, decimas quascumque tam presentes, preteritas. quam futuras et alia dicte camere apostolice debita et debenda a quibuscumque personis ecclesiasticis et secularibus, exemptis et non exemptis cuiuscumque sint dignitatis, ordinis, status, conditionis uel pereminencie (!), etiam si pontificali, vel auauis alia ecclesiastica uel mundana perfulgeant dignitate, tam racione fructuum archiepiscopatus, episcopatuum, monasteriorum, ecclesiarum et locorum aliorum quorumcumque apostolice camere debentium secundum formam reseruacionum, declaracionum et litterarum apostolicarum nobis commissarum, quam alia quacumque racione seu causa in dicta prouincia Jadrensi nostro et dicte apostolice camere nomine petere, exigere et recipere curetis; nec non compota et rationes a quibuscumque ijiquisitoribus heretice prauitatis et subcollectoribus predecessorum nostrorum in dicta prouincia Jadrensi constitutis audiendi et examinandi; preterea super fructibus, redditibus, prouentibus predictis cum quibuscumque personis ecclesiasticis et secularibus componendi, paciscendi et sentencias excomunicacionis, suspensionis et interdicti pro predictis et eorum singulis ferendi contra quascunque personas, episcopatus, monasteria, ecclesias, loca, capitula et conuentus eorundem, prout fuerit oportunum, et vobis videbitur expedire; insuper petere, exigere et recipere omnia et singula bona mobilia prelatorum, clericorum ecclesiasticarumque personarum e,t benefifciajtorum quorumque, ordinum quorumcumque quolibet decedencium et qui decedent temporibus successiuis tam in curia Romana, quam alibi, dummodo spectant ad dictam apostolicam sedem, et etiam a tanto tempore . . • ancium pro eorum colla . . . et dis. . . . .ad sedem apostolicam sint deuoluta apprehendere et ad

manus dicte camere reducere et fructus, redditus et prouentus et bona quecumque ipsorum conseruare et manutenere curetis nostro et dicte apostolice camere nomine locare et conducere ipsas ecclesias et beneficia alia quecumque, prout vobis videbitur expedire. Ceterum volumus et ordinamus, quod omnes et singulos a quibus huiusmodt fructus, redditus et prouentus, pecunias, res et bona, ac etiam debita receperitis, absoluere possitis plenius et quitare de hiis tantummodo, que vobis duxerint assignanda. Preterea volumus et potestatem vobis et cuilibet vestrum concedimus, quod omnes et singulos, qui occasione quorumcumque debitorum seu im posterum debendorum camere apostolice excomunicacionis, suspensionis et interdicti sentencias incurrerint et incurrere continget in futurum satisfaččione primitus recepta penitus absoluatis in forma ecclesie consueta, iniuncta eis penitencia salutari et interdicta ipsa propterea relaxetis super irrigularitate(J), si quam sic ligati contraxerint *et* contrahent diuina officia celebrando vel inmiscendo se illis non tamen in contemptum clauium auctoritate huiusmodi dispensantes. Item volumus et ordinamus, quod de compositionibus per nos uel predecessores nostros vel de sentenciis specialiter uel generaliter per nos uel ipsos predecessores latis vos nullatenus intromittatis, nec aliquos de premissis absoluatis uel quitetis; etiam volumus et ordinamus, quod quoscumque occupatores et detentores bonorum et rerum camere apostolice vel in aliquibus ad honorem et vtilitatem dicte camere spectantibus inobedientes et rebelles mandata nostra ymo breuas(!) apostolica execucioni debite non mandantes vel officium seu eius officiales in aliquo perturbantes per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia compellatis; et si mandatis et monicionibus nostris, ymo breuis apostolicis parere contempserint, cum effectu ipsos ex parte nostra citetis et moneatis, ut certa die per vos eis assignanda coram nobis vbicumque in nbstra nunciacione et collectoria tunc nos esse contingerit aut officiali nostro ad hoc specialiter destinato personaliter uel aliter legitime comparere habeant et de die eis per vos prefingenda per vestras litteras nos curetis reddere cerciores; contradictores quoque et inobedientes quoslibet et rebelles cuiuscumque status, gradus, ordinis uel condicionis existant, etiam si pontificali uel qualibet alia ecclesiastica uel mundana prefulgeant dignitate per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia compescendo, inuocando ad premissa, si opus fuerit, auxilium brachii secularis. Tenor vero dictarum litterarum apostolicarum sequitur de verbo ad verbum in hec verba: *(Slijedi listina pape Urbana* F. *od g. 1363. l.jula),* Cum autem nos ad execucionem contentorum in predictis apostolicis nobis comissorum litteris, ut prefertur, vacare commode non possimus personaliter, quoad presens aliis magnis et arduis prefate sedis negociis

prepediti, eapropter circonspeccionibus vestris, de quibus fiduciam in domino gerimus specialem, tenore presencium committimus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, quoad premissa omnia et singula in eisdem litteris apostolicis contenta per vos uel alium seu alios, prout vobis visum fuerit, facienda et exequenda; dantes et concedentes vobis et cuilibet vestrum in et super omnibus et singulis supradictis plenam et liberam tenore presencium potestatem. Verum quia predictas apostolicas litteras penes nos certis ex causis legitimis retinemus, ideo presentes litteras seu presens publicum instrumentum huic presenti commissioni an . . . . . . mdo confectum, quibus. . . . nostrum interponimus et decretum decernentes auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, tantam fidem eisdem presentibus adhiberi quanta . . . . . . predictis originalibus litteris adhibenda per Nicolaum Frebencour, notarium nostrum infrascriptum, scribi et publicari mandauimus ac sigilli nostri fecimus appensione muniri. Datum et actum in monasterio nostro sancti Georgii, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio, indicione prima, die decima octaua mensis decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti anno secundo, presentibus venerabilibus et discretis viris domino Petro Bellemiche, Carnotensis diocesis, Jofrido de Molisinis, Lingonensis diocesis, et Johanne de Nuterino de Barziaco, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Sigmtm not.)

Et ego Nicolaus Frebencour, clericus Lingonensis, imperiali auctoritate notarius et scriba domini collectoris, quia litteras apostolicas antedictas sanas et integras vidi, tenui et palpaui, presentes litteras seu presens publicum insertum transumptum huiusmodi contentum. extraxi fideliter ex eisdem, nichil addito uel remoto, quod mutet sensum uel variet intellectum; commissionique et decreti interposicioni et aliis omnibus et singulis, dum per reuerendum in Christo patrem et dominum dominum Petrum, dei gracia abbatem sancti Georgii maioris Veneciarum et sedis apostoliee collectorem, ut prefertur, agerentur et fierent v[is]o cum prenominatis testibus presens instrumentum manu mea propria scripsi signoque mei solito, vna cum appensiorie sigilli dicti domini collectoris signaui in eisdem et testimonium premissorum requisitus et rogatus ad premissa reseruato in casura(l) et si opus fuerit qui tibi silicet in rasura approbo^

Original na pergameni u gubern. ark, u Zadru, odio samostana sv. Krsevana kaps. XIV.

Na listini nalazi se konopljana uzica; pečat otpao.

243.

1363. 24. decembra. (U Časmi).

Cazmanski kaptol odgovara na pismo biskupa zagreb. Stjepana, banskog namjesnika, od 12. decembra 1363., da je izaslao kanonika Benedikta, te da je ovaj' sudj'elovao kod uvedenja Stjepana Nikolinog u dio posjeda Kyrystalfelde (Tapotcka), Što ga j'e proveo banov izaslanik Leukus zvan Vrdugh. Uvedenju nije nitko protuslovio.

Capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes tenore presencium "significamus quibus expedit vniuersis, quod nos litteras venerabilis in Christo patris et domini domini Stephani, diuina prouidencia episcopi Zagrabiensis et regni Sclauonie vicarii generalis et prelati nostri reuerendi, sigillo sui vicariatus consignatas, per ipsum nobis directas honorabiliter recepimus in hec verba continentes: *(Stij'edi listina biskupa Stjepana od god. 1363. 12. decembra).* Nos igitur peticionibus ipsius domini Stephani episcopi, prelati nostri reuerendi, gratum prebentes asserisum, ut tenemur, vna cum prefato Leukus filio Emrici dicti Vrdugh, homine suo, magistrum Benedictum, socium et concanonicum nostrum, ad premissa exequenda transmisimus pro testimonio fidedignum. Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi quarto die predicti festi beate Lucie virginis et martiris nunc preterito ad faciem prenominate porcionis possessionarie ipsius condam Petri dicti Cheh in dicta possessione Kyrystalfelde, alio nomine Tapolcha vocata, habite, vniuersis vicinis et commetaneis suis et specialiter filiis Valentini filii Sampsonis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, eundem Nicolaum filium Stephani in dominium eiusdem porcionis possessionarie introduxissent statuissentque pariter et collocassent eandem ipsi Nicolao filio Stephani iure sibi attinenti perpetuo habendam pariter et possidendam. Et nemo penitus inibi contradictor apparuisset ipsis tribus diebus continuis moram. facientibus in porcione possessionaria prenotata. Datum nono die diei statucionis prenotate, anno domini supradicto.

Original na perg. u kr. ugar. drz: arkivu u Budimpešti: M. O. D. Z. no. 33.610. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1509. no. 50.

Na listini visi o crvenoj i zelenoj sviienoj vrvci pečat.

244.

1364. 16. januara. U Križevcima. (In Crisio.)-

Stjepan biskup nitranski prepisuje na molbu Tome sina Stjepanova itd, listinu hercega Kolomana od g. 1232. (Cod. dipL III p. $6g.).

Nos frater Stephanus, sacre scripture magister, dei et apostolice sedis gracia episcopus Nitriensis, tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Thomas filius Stephani et Paulus et Petrus filii Dragech ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis quoddam priuilegiurn domini Kolomani regis petentes nos, ut tenorem, eiusdem priuilegii in nostris litteris patentibus transcribi faceremus. Cuius quidem pnuilegii tenor talis est: *(Vidi listinu od Koiomana hercega od g. 1232.).* Nos igitur peticiones(l) prescriptorum Thome filii Stephani et Pauli et Petri filiorum Dragech iustam et legitimam cognoscentes dictum priuilegium in nostris litteris patentibus transcribi fecimus et transsumpmi nostroque sigillo autentico communiri uberiorem ad cautellam. Datum Crisio, f[er]ia tertia proxima ante festum beati Anthonii, anno domini millesimo trecentesimo LX° quarto.

Original na papiru u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1232.

Na hrptu pntisnui dobro sacuvani pečat od crvena voska.

245.

1364.* 18. januara. U Zadru. (Jadre).

Andrija, opat samostana sv. Kuzme i Damijana, daje Bogdanu Gruhscipchu s otoka Cuni zeml/e, da kao samostanski kolon nasadi vinograd uz uvjet, da samostanu daje četvrtinu godišnfeg prihoda i da kod svakog eventualnog otuienja tog kolonatskog vinograda dade samostanu jednog škopca ili 12. groša.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentessimo sexagessimo tercio, ihdicione secunda, die decimo octauo mensis ianuarii; regnante serenissimo domino nostro domino Lodouico, dei gracia inclito rege Hungarie; tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris, decretorum doctoris, archiepifscopi Jajdrensis et do-

[1] Stytus annunciacionis.

mini Nicolai de Zech, tocius Dalmacie et Crohacie genefralis ba]ni et comitis Jadre. Dominus frater Andreas, abbas et rector [monasterii| sanctorum Cosme et Damiani de Monte, Jadrensis diocesis, dedit . . . . . et tradidit Bogdano Grubscipch de insulla (!) Cuni, villano dicti monasterii, duos guognaios tere(l) uel circa ibidem ad plantandum vineas vsque ad tres annos proximos venturos bonis vitibus; et eiusdem sunt confines: de borea Jurech quondam Grubsci fratris dicti Bogdani, de austro Radec filii condam Dragoslaui, de quirina pascula dicti monasterii, de trauersa via publica, et si que. allie(l) forent veriores etplures; quod ei dedit ad tenendum et possidendum et quicquid sibi uel heredibus aud(!) successoribus suis deinceps placuerit faciendum cum omnibus iuribus dicte terre spectantibus quoque modo ; cum tali condicione et pacto, [quod] dictus Bogdanus teneatur dictam vineam fideliter laborare et in ea ponere poclade(l) et grebenice(l) secundum consuetudines et statuta Jadre. Hoc vero adito per pactum, quod dictus Bogdanus per se et suos heredes et successores omnibus suis sumptibus et expensis quartum omnium fructuum percipiendo ex ipsa vinea annuatim teneat dare ipsi domino abbati vel monasterio in dicta vinea et hoc sub pena in statuto contenta; et quod possit dictus Bogdanus iura sua vendere et alienare ad suam voluntatem soluendo dicto monasterio pro qualibet vendicione et allienacione (!) vnum bonum castronem uel duodecim grossis(l), saluis semper iuribus dicti monasterii. Pro auibus omnibus et singulis obseruandis obligauit idem Bogdanus omnia bona sua presencia et futura, cum refecione dampnorum et expensarum litis et extra. Actum est hoc et fjrmatum Jadre, presentibus ser Zoue de Bothono, ciue Jadre, et Hellie Rubinich, becharii de Jadra, testibus rogatis et vocatis et alliis •

(Drugi rukopis.).

f Ego Grisogonus olim Damiani de Begna, examinator manum missL

(Signum not,)

Ego Bartholomeus Andree de Padua, publicus imperiali auctoritate et nunc comunis Jadre iuratus notarius, hiis omnibus interfui rogatus scripssi et publicaui.

Original na pergam, u ark% gzibern u Zađru, odio samostana rogovskoga no. 71.*

246

1364. 25. januara, U Zadru. (Jadre).

Namira izdana od Dure de Georgio iz Trogira Andriji opatu samostana sv. Kuzme i Damijana vrhu 25 libra zlata. što ih je potonji platio kao prvu polovicu duga.

In Christi nomine atnen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentessimo sexagessimo quarto, indictione secunda, die vigessimo quinto mensis ianuarii; regnante serenissirno domino nostro domino Lodouico, *dei* gratia inclito rege Hungarie, temporeque reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris, decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, et domini Nicolai de Zech, tocius Dalmacie et Crohacie generalis bani et comitis Jadre. Cum scit, quod dominus frater Andreas, abbas et rector monasterii sancto'rum Cosme et Damiani de Monte, diocesis Jadrensis, sit obligatus domino Francisco cond'am Georgii, aule regie millitis(l), et ser Georgio fratri suo de ducatis quinquaginta auri boni et legallis ponderis, ut in vno instrumento scripto manu Conradi condam Rangerii de Padua in millesimo trecentessimo sexagessimo secundo, indicione prima, die tercio mensis decembris, in quo instrumento dictus dominus abbas ipsis fratribus est obligatus, ut in dicto instrumento plenius continetur, videiicet soiuere dictos ducatos in duobus annis. Et dictus ser Georgius nomine suo proprio et nornine et vice eiusdem fratris sui predicti contentus fuit et confessus recepisse a dicto domino abbati(!) pro vna prima solucione ducatos viginti quinque boni auri et iusti ponderis, faciens idem ser Georgius per se et nomine et vice predicti fratris sui suorumaue heredum et successorum finem, remissionem, transsaccionem et pactum de amplius ipsi domino abbati de dictis ducatis viginti quinque in perpetuum non molestare nec molestiam ei infere nec inferenti consentire super se et bonis suis omnibus presentibus et futuris, omni excepcione remota et nullo pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum Jadre, presentibus ser Zoue de Bothono, ciue Jadre, et ser Foscho condam Zipriani de Arbo, testibus rogatis et vocatis, et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Grisogonus condam Damiani de Begna, examinator manum missi.

(Signum not.)«

Ego Bartholomeus Andree de Padua, publicus, imperiali auctoritate et nunc comunis Jadre iuratus, hiis omnibus interfui, rogatus scripsi et publicaui.

Original na pergam. u ark. gubem. it, Zadrit,, odio samosiana rogovskoga no. 72.

247.

1364. 27. januara.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatsJci oprašta radi velikih zasluga Mrmonje sina Bachya de Dobowyk notu infidelitatis, u koju j'e paa Radoslav ujak spomenutog Mrmonj'e> te vraća darovanjem sve posjede rečenog Radoslava, koji su radi nevjere kralj'u pripali, Mrmonji i njegovom rodu.

Lodouicus dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Cristi (!) fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in eo, qut regibus dat regnare et salutem. Regalis culminis prouidencia et benignitas, que cunctorum sibi famulancium merita graciose debet intuere, solet illos condigno remuneracionis premio eorum meritis swadentibus insigniri, quos sub seruiciis et rei publice comodis perpendit laudabiliter insudasse. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie wlumus peruenire, quod nos recensitis et perspicua animi aduertencia pensatis multimodis preclaris fidelitatibus et fidelium seruiciorum laudedignis-meritis, strenuis gestis ac sinceris, vberimis complacenciis, studiosis quoque laboribus et expensarum plurimis oneribus fidelis nostri Mermonya filii Bachya de Dobowyk, comitatus Busan, aule nostre militis, per ipsum nobis et sacro nostro dyodemati sincero cum afectu in plerisque nostris et regni nostri arduis expedicionibus prosperis silicet(!) et aduersis agilitate strenua et solicitudine indefessa locis et temporibus oportunis iuxta nostre mayestatis libitum et honoris inmensum incrementum exhibitis et impensis, quorum aliqua ex sui magnitudine viuaci digna memoria, vt illa continuis recordiis nostrorum fidelium floreant in mentibus et eosdem per futura temporum curicula animent ad similia, hic velociter scribentis calamus fideliter depinxit, nam necesse fore videntur, vt quedam fidelitatis eius obsequia precipuaque gesta presentibus exprimamus. Cum nos pridem congregato nostro prelatorumque et baronum

ac vniuersorum procerum regni nostri exercitu copioso ad partes regni nostri Dalmacie ad defendendum (!) ciuitatis nostre Jadra vocate, quam Veneti nostri infideles et notorii rebelles rata obsidione vexare non cessabant proficiscemus, prefatus Mermonya a nobis non postulatus nec requisitus aut aliqualiter angariatus, sed proprie fidelitatis et amoris, que erga nos seruiciaque nostra gerebat feruore accensus pristina seruiciorum multiplicia genera suorum augere anhelans et imitare, vna cum suorum armigerorum aparatu honorifice sufficienti caterua in propriis sumptibus et expensarum numero semper lateri nostro regio adherendo et incontinuo nostro hic inde processu votiuo iussu in nostrorum obsequiorum seruicio soliciter persistendo, gratum se ipsum reddere curauit [et accejptum; tandem, namque dum nos alternatim acumulato et conuocato copioso simili modo nostro ac prelatorum et baronum ac procerum regni nostri vniuersorum, nec non in nostris sumptibus salario aquisitorum exercitu versus partes transmaritimas ad regnum Apulie gracia vindicte et vlcionis truculente necis et indigne mortificacionis ac sanguinis effusione incliti principis beate memorie condam domini Andree, eiusdem Apulie regni regis, fratris nostri carissimi. per Tohannarn nefandissimi facinoris alumpnam reginam, eiusdem Andree regis conthoralem ; ex quorundam sceleratorum sibi conspirancium consilio stollido(i), et suggesu iniquo commisse et perpetrate personaliter proficiscemus, idem Mermonia filius Bachya vna similiter cum optima caterua familiaribus fulcitis et armis bellicosis coperatis in non modica quantitate et sumpma suarum expensarum absque aliquo nostro pecuniario aminiculo(!) inhouatus lateri nostro adherendo nobiscumque properando et dum ipsum regnum inuadendo ciuitatem Auersa vocatam nostrorum fidelium armigerorum largissima pluritate circumseptam acriter expugnassemus, vbi sub ipsa ciuitate Auersa postremumque sub vrbe Apolitana in expugnacione earum prenominatus Mermonya vna cum suis familiaribus et proximis letabilibus wlneribus ex infixione telarum evolancium pixidumque et lapidorum iactancium obrupcione sauciatis et concassatis eminenter, ex quorum ictuum creberimorum compressecione(I)[1] ipse Mermonya diuina wlcione sinistro suo oculo est orbatus et sex notabiles sui familiares inibi dies vite eorum concluserunt; et in paucis diebus prelibatus Mermonya resumptis iterum viribus illari wltu magis ac magis in nonnullis certaminibus et conflictu quasi cottidiano contra ipsos dei et domini ipsorum infideles dimicando multisque ex eisdem neci conferendo et ense feritando, acta sua militaria strenue potenti brachio iaudabiliter nostro frequentiua(!) in aspectu, ad nostri non modici regii fastigii exal-

[1] Valjda: compressacione.

tacione peragendo et cetera n'obis nonnulla gratuitorum obsequiorum seruicia tam in ipsa regione et partibus illis, quam eciam per ipsum continuum iter nostrum experiencie veritatis preconio (1) testante exhibuit et impendere curauit. Preterea magna vrgente necessitate, dum nonnulli milites et stipendiarii ac wespiliones nostri pro non solutis reseruitis (!) eorum stipendiis nostrum regium honorem vilipendere cogebant, prelibatus Mermonva ad nostram regiam maiestatem suum animum aduertens, quingentos suos nobis comprestauit florenos auri, quos siquidem et revera vsque hoc tempus minime restituimus; interea anotatus Mermonya tam singula fidelissima sua seruicia per ipsum nostre maiestati expressiue inestimabiliter exhibita tam ipsam sumpmam sue pecunie quingentorum silicet florenorum auri persoluendam, beniuole ad nostram submisit maiestatem, hic subito alia videlicet die sequenti vlcione diuina et illa diuine anathemati data nouercanti fortuna preueniente in quodam asperimo conflictu per quendam Ispanum fortem armigeraram militem coram nostris regiis tuitibus est abstractus et fere quinque mensium spacio tetris carceribus dire et acriter est tentus, vnde se trecentorum florenorum auri propriis suis exemit pecuniis et iterum ad nostrorum fidelium anhelans consorcium se illari wltu nostre maiestati gratum reddere studuit et acceptum. Quorum quidem seruiciorum suorum et sanguinis efusione(l), potissime sui precari oculi orbacione, non enim minus ipsorum sex suorum familiarium mortem subiacencium, nec non copiosa suarum sumpma pecuniarum pro nostro regio decore expositarum, sed et ipsorum auingentorum florenorum auri nostre maiestati specietenus acomodatorum respectu volentes eundem Mermoniam filium sepefati Bachya ad presens, donec eidem de vtiliori prouideamus beneficio, congruo preuenire antidoto: primo fideli nostro Radozlao filio Mladocwith, patruo anotati Mermonya de prefata Dwbowik, illam notam infidelitatis, in quam contra serenissimum principem condam dominum Karulum, inclitum regem Hungarie felicissime recordacionis patrem precarissimum et predecessorem nostrum modo quocunque inciderat rata benediccione eiusdem condam domini Karuli. regis, patris nostri, ac nostre regie maiestatis auctoritate et pietatis plenitudine ex innata clemencia misericorditer indulgemus et remittimus. Quocirca quasdam possessiones et porciones possessionarias, quartam silicet partem in Tyhothinawaz, reliquam quartam partem in Zryane, similiter quartam partem in Pziwichy et in Malawaz ac totam villam Kolosczy vocatas, in districtu et comitatu Busan habitas et existentes, quas anotatus Radozlaw filius Mladocwith predicti, patruus prefati Mermonva de predicta Dwbowyk, pro nota infidelitatis deperdiderat cum omnibus ipsarum possessionum et porcionum possessionariarum vtilitatibus et pertinenciis, terris

videlicet arabilibus, cultis et incultis, pratis, siluis, nemoribus, pascuis, fenetis, rubetis, montibus, vallibus, vineis vinearumque promotoriis, aquis aquarumque decursibus, piscinis et locis piscaturiis, molendinis et eorum locis et generaliter cunctis integritatibus metisque et metarum nominibus quoquo modo ab antiquo ad easdem possessiones et porciones possessionarias spectantibus et pertinere debentibus de manibus nostris regiis prenominato fideli nostro Mermonya filio Bachva et Radozlao fratri suo carnali de prefata Dwbowyk et eorum heredibus heredumque successoribus et posteritatibus vniuersis de speciali gracia mera auctoritate et potestatis plenitudine nostre maiestatis de consiliooue et maturo consensu ac diligenti deliberacione prelatorum et baronum ac omnium procerum regni nostri dedimus, donauimus et contulimus, ymo damus, donamus et conferimus iure nostro regio perpetuo et irreuocabiliter ac patrocinio mediante tenendas, possidendas pariter et habendas, illis quoque donacionibus et colacionibus, si anotate possessiones et porciones possessionarie pro illa nota infidelitatis sepefati Radozlay filii Mladocwith predicti per ipsum condam dominum Karulum regem, patrem nostrum, aut per nos, regem prenotatum, vsque ad hoc tempus cuipiam et quomodocunque donate et colate sunt omnino reuocatis et omni vigore carentibus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem, concessimus litteras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri novi duplicis munimine roboratas. Datum per manus wenerabilis in Cristo patris domini Nicoiai archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancelarii, fidelis nostri et dilecti, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, sexto kalendas februarii, regni autem nostri vtgesimo tercio. Wenerabilibus in Christo patribus et dominis eodem domino Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Wgulino Spalatensi, Nicolao Jadriensi et Elia Ragusiensi, archiepiscopis; Demetrio Varadiensi, Dominico Transsiluanensi, Colomano Jauriensi, Stephano Zagrabiensi regnique Sciauonie vicario generali, Ladislao Wesprimiensi, Michaele Agriensi, Bilhelmo Quinqueecclesiensi, Dominico Chanadiensi, Johanne Vaciensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nytriensi, Thoma Sirimiensi, Johanne Thininiensi, Demetrio Nonensi, Nicolao Traguriensi, Stephano Farensi, Valentino Makarensi, Matheo Sibinicensl, Michaele Scardonensi, Michaele Scardonensi, Porthiua Segniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gwbernantibus; item magnificis viris Konth palatino, Dionisio waywoda Transsiluanensi, comite Stephano Bubek, iudice curie nostre, Johanne magistro thauarnicorum nostrorum, Nicolao de Zech Dalmacie et Croacie^ Nicolao de Machow banis, Petro Zwdor pincernarum, Paulo dapiferorum, Emerico agazonum, Johanne ianitorum nostrorum magistris, ac

magistro Benedicto comite Posoniensi, aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Originat na pergameni u kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu : Docum. medii aevi a. 1364.

Na listini poznaj'u se rupe za vrvcu pečata, kojl je zajedno s vrvcom izgubljen.

Listina s formalne strane ne pobuđuje nikakove- sumnje; dočim su stil i navodi za kralj'evsku listinti napadno neobični. ,

248.

1364. 18. februara. U Zadru, (Jadre).

Luka, pop crkve sv, Anastazij'e. prodaje Radoslavu Jitršinom Civitchouichu jednu ledinu uz običajne uvj'ete. .

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo **tre**-centesimo, sexagessimo tercio, indictione secunda, die decimo octauo mensis februarii, Jadre; regnante domino nostro domino Lodouico, dei gratia serenissimo rege Vngarie; et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro, decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac magnifici domini Nicolai de Sec, totius Dalmacie et Crohacie generalis bani et comitis Jadre. Lucas, clericus ecclesie sancte Anastasie, condam Mathei pischatoris de Jadra iure proprio et in perpetuum dedit, vendidit *et* tradidit Radoslauo condam Jurse Ciuitchouich Jadrensi pro se et suis heredibus et sucessoribus ementi et recipienti totum unum locum uacuum ex parte australi muratum de circa septem passus comunis, et quod plus uel minus esse reperiretur, illud plus et minus cedat in dićta uendicione sine precii aditione vel restitutione, quia sic inter eos actum extit.it et conuentum, —- positum Jadre in confinio ecclesie sancti Mathei seu sancti Saluatoris; et eiusdem hos dixit esse confines: de trauersa uia publica, de borea possidet dictus emptor, de quirina [terra] ecclesie sancti Saluatoris et de austro domus Luce Zuuelich, et cum omnibus et singulis, que infra predictos continentur confines uel alios, si qui forent ueriores, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam; ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid ei et suis heredibus et successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus et singulis, que dicta res habet super se uel infra seu intra se in integrum omnique iure, et actione, usu seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re aut ipsi rei de iure uel consuetudine modo aliquo pertinente. Et hoc pro precio et nomine precii sedecim librarum denariorum paruorum.

quod precium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicto emptore habuisse et recepisse ac sibi integre datum, solutum et numeratum esse in bona, usuali et legali moneta curente in ciuitate Jadre. Quam rem [dictujs venditor se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licenciam omnimodam contulit atque dedit. Nec non promittens prefatus uenditor per se et suos heredes et successores, dicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam ei uel suis heredibus aut sucessoribus de dicta re seu parte ipsius ullo tempore non inferre, nec inferrenti consentire, set ipsam rem cum omnibus suis iuribus et pertinenciis ei et suis heredibus et sucessoribus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione super se et bonis suis omnibus pressentibus et fucturis, omni exceptione remota. Actum est hoc et firmatum presentibus Vitchor Nicolai de Uitchor et Radoslauo becario uocato Glascha condara Druschi, Jadrensibus, testibus ad hec uocatis et rogatis, et aliis.

(Drttgi rttkopis).

f Ego Paulus Matchei Georgii, iudex exeminator (!) manum missi.

(Sigmtm not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original na pergameni u guberni] alnoni arkivu u Zadrit> (odio samosiana sv» Dominika no. 727.),

249

1364. 25. februara.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrduje na molbu Pavlina samostana sv. Petra de monte Szlat listinu kaptola zagrebačkog od 6. juna g. 1328. (Cod. dipl. IX, 397—398.).*

Ludovicus dei gratia Hungariae, Dalmaciae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Gallitiae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque rex, princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris, salutem in omnium saluatore. Quoniam sanctae religionis iudicium sanctam iussit matrem ecclesiam operibus condonare et donata inviolabiliter obseruare, proinde

ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod viri religiosi Joannes et Blasius, conversi ordinis sancti Pauli primi eremitae, in suis, nec non vice et nominibus prioris et conventus fratrum Eremitarum ecclesiae beati Petri de monte Szlat, ad nostrae celsitudinis accedentes praesentiam exhibuerunt nobis privilegium capituli Zagrabiensis super venditione et emptione cuiusdam possessionis Doll vocatae, pro ipsis Eremitis facta, confectum, tenoris infrascripti; supplicantes celsitudini nostrae regiae humiliter et devote, ut ipsum privilegium acceptare, approbare et ratificare, et nostri novi sigilli appensione conflrmare, dictaeque emptioni et venditioni possessionariae nostrum regium consensum praebere dignaremur. Cuius privilegii tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola zagrebačkog od 6. iuna 1828.).* Nos itaaue iustis et modestis supplicationibus praefatorum Eremitarum regio inclinati cum favore> ob spem potissime et devotionem nostram, quam ad ipsum ordinem gerimus et habemus singularem, praetactum privilegium dictt capituli Zagrabiensis omni prorsus suspicione destitutum, praesentibus de verbo ad verbum insertum, acceptamus, approbamus, ratificamus, dictaeque venditioni et emptioni possessionis praetitulatae in tenorem (!) eiusdem expressum nostrum consensum regium benevoiumque, et assensum praebentes, pro eisdem Eremitis claustri sancti Petri mera regia authoritate, perpetuo valituram confirmamus, praesentis scripti nostri patrocinio mediante, salvis iuribus alienis. In cuius confirmationis nostrae testimonium praesentes concessimus literas nostras privilegiales, pendentis et authentici novi sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aulae nostrae cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini 1364., regni autem nostri anno 23., 6. to calendas martii. Venerabilibus in Christo patribus et dominis eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Wgulino Spallatensi, Nicolao Jadrensi et Elia Ragusiensi, archiepiscopis; Demetrio Varadiensi, Dominico Transsylvaniensi, Colomanno Jaurinensi, Ladislao Wesprimiensi, Stephano Zagrabiensi, tocius Sclavoniae vicarip generali, Wilhelmo Quinqueecclesiensi, Dominico Chanadiensi, Michaele Agriensi, Joanne Vaciensi, Petro Bosnensi, fratribus Stephano Nittriensi, Thoma Svrmiensi, Joanne Tynniniensi, Demetrio Noviensi(i),[1] Nicolao Traguriensi, Valentino Makarensi, Matthaeo Sibinicensi, Michaele Scardonensi et Portiva Senensi, ecclesiarum episeopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao Cont palatino, Dionysio vayvoda Transsylvaniae, comite Stephano Bubek, iudice curiae nostrae, Joanne magistro tavernicorum

[1] Tma biti: NonensL

nostroruch, Nicolao de Szech Dalmatiae et Croatiae, Nicolao de Gara de Machov banis, Petro Zudar pincernarum, Paulo de Riska(!) dapiferorum, Joanne ianitorum et Emerico agazonum nostrorum magistris, ac magnifico Benedicto comite Posoniensi, aliisque quamplurimis regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Collectio Hevenessiana t. 2. pag. 30.—32. U kr. sveuc. biblioteci u Budapešti.

Fejer Cod. dipl. Hun%. tom. IX. vol. 3. p. 404.—405,

250.

1364. 25. februara.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđuje na prošnju 'Nikole Grgurova Toth od roda Arlandy svoj'u povelju od i. augusta 1345. (Cod. dipL XI. p. 220.) pod svojim novim pečatom.

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium saluatore. Ab ore sedentis trono in excelso procedit gladius bis acutus, qui nulli parcens contra iusticiam reddit vnicuique quod suum est, nec uideretur regalis sublimitas tramitem tenere iusticie, si in eius dextra iusticia eclipsim pateretur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod magister Nicolaus dictus Toth filius Gregorii filii Johannis de genere Arlandv, miles dilectus et fidelis noster, ad nostre serenitatis accedendo conspectum exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes, maiori sigilio nostro in exercitu nostro in Vzura contra banum Bozne habito casualiter deperdito, cosignatas(i), super restitucione castri sui Zomzed uocati prope Zagrabiam iuxta fluuium Zawe existentis, per nos olym sibi facta, confectas, tenoris infrascripti; supplicans celsitudini nostre regie humiliter et deuote, ut easdem litteras nostras acceptare, approbare, ratificare et noui sigilli nostri appensione pro ipso et suis heredibus dignaremur priuilegialiter confirmare. Quarum tenor talis est: *(Slij'edi povelj'a kralja Ljudevita odg. 1345. 1, augusta.).* Nos itaque supplicacionem dicti magistri Nicolai nostre per ipsum humiliter porrectam maiestati iustam admissionique dignam fore cognoscentes recordatis eciam eiusdem magistri Nicolai seruiciis et fidelitatibus in plerisque locis et regni nostri negociis exhibitis per ipsum nobis et

inpensis pretactas litteras nostras non abrasas, non cancellatas, nec)n aliqua sui parte viciatas presentibus de uerbo ad uerbum insertas simul cum restitucione dicti castri suarumque pertinenciarum in tenore earundem expressa acceptamus, approbamus, ratificamus et de plenitudine nostre regie potestatis pro eodem magistro Nicolao et suis heredibus perpetuo valituras confirmamus presentis priuilegii nostri patrocinio mediante, saluis iuribus alienis. In cuius confirmacionis nostre testimonium presentes coneessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici noui sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis inXhristo patris domini Nicolai archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini M°.CCC°.LX° quarto, regni autem nostrl anno vigesimo tercio, quinto kalendas marcii; venerabilibus in Christo patribus et dominis: eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Vgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Elya Ragusiensi archiepiscopis; Demetrio Waradiensi, Dominico Transsiluano, Colomano Jauriensi, Ladislao Wesprimiensi, Stephano Zagrabiensi, tocius Sclauonie vicario generali, Villelmo Quinqueecclesiensi, Dominico Chanadiensi, Mychaele Agriensi, Johanne Wacyensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Sirimiensi, Tohanne Tininiensi, Demetrio Nonensi, Nicolao Traguriensi, Stephano Farensi, Valentino Macarensi, Matheo Sibinicensi, Mychaele Scardonensi et Portiua Scenniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter-gubernantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio woyuoda Transsiluano, comite Stephano Bubek, iudice curiae nostre, Johanne magistro tawarnicorum nostrorum, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machou banis, Petro Zudor pincernarum, Paulo de Lyzka dapiferorum, Johanne ianitorum, et Emerico agasonum nostrorum magistris ac magistro Benedićto comite Posoniensi, aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original-na pergameni u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpesti: M, O. D, L. no. 33.593. — Stara signat: N. R. A. fasc. 641. no. 20.

Na listini visi crvena i zelena svilena vrvca s ulomkom dvostrukog pečata.

1364. 3. marta. D Zagrebu. (Zagrabie).

*Pred zagrebačkim biskupom Stjepanom sklapaju bratučedi Nikola, Peteu **i** Toma de Kamarcha sa svojim parbenim protivnicima Petrom zagrebačkim arhiđakonom i bratom mu Andrijom nagodu, u kojoj priznaju darovanje posjeda Otna, Orbona i Mosyna, što ih je potonjima darovao kralj Ljudevit, dok će za jedan vinograd u posjedu Mosyna dati potonji prvima u zamjenu drugi jednako vrijedni vmograd.*

Nos Stephanus, diuina prouidencia episcopus Zagrabiensis et regni Sclauonie vicarius generalis, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum Nicolaus filius Philippi filii Petri, Peteu et Thomas filii Matheus filii eiusdem Petri de Kamarcha regium adientes conspectum contra dominum Petrum, archvdiaconum predicte ecclesie nostre Zagrabiensis cathedralem, ac Endrey, filios Thome, super eo, vt iidem quasđam possessiones olym Iwan et Iwachyni filiorum Myrsa, Hectoris et Johannis filiorum dicti Iwan, nec non Andree filii dicti Johannis Othna, Orbona et Mosvna vocatas in comitatu Crisyensi existentes, que ipsos racionabiliter tangere dinoscerentur, nomine hominum sine herede decedencium sibi a regia maiestate conferi impetrassent, regie conquesti extitissent sublimitati, predictusque dominus noster rex, cui proprium inest cunctorum querulancium exaudire preces, exauditis huiusmodi eomndem querelis predictos dominum Petrum archydiaconum et Endrey filios Thome pro habenda premissi pacti possessionarii cerciori experiencia cum omnibus suis instrumentali* bus munimentis in sui presenciam ad feriam sextam proximam ante dominicam letare euocari faciendo huiusmodi causam dominorum Nicolai archyepiscopi Strigoniensis, Nicolai regni sui palatini, magistri Georgii Bubek et nostro ac aliorum regni sui procerum iuridieo iudicio per iuris formam sine debito commisisset terminandam. Tandem cum iidem domini Nicolaus archvepiscopus, Nicolaus palatinus et magister Georgius Bubek ac alii regni proceres vna nobiscum in eodem termino pro facienda- in premissa causa finali deliberacione iudiciario pro tribunali consedyssent predicte partes se ad pacis reformacionem in preasumpta causa facti possessionarii prenotati fiendam per eosdem atque nos admitti deuote postularunt, Quibus sic per prefatos dominos Nicolaum archyepiscopum, Nicolaum palatinum, magistrum Georgium atque nos et alios regni proceres ad premissam pacis reformacionem faciendam

iuxta eorundem votiuam deprecacionem premissis prenominatis Nicolao filio Philippi filii Petri, Peteu et Thoma filii Matheus filii eiusdem Petri personaliter ab vna, item prefatis domino Petro archydiacono et Endrey filiis Thome similiter personaliter parte ex altera coram pretactis dominis Nicolao archyepiscopo, Nicolao palatino, magistro Georgio et nobts ac aliis regni proceribus constitutis, propositum extitit Nicolaum filium Philippi, Peteu et Thomam filios Matheus per eosdem ministerio viue vocis sponte et confessum, ut quia ipsi visa serie instrumentorum prefatorum domini Petri archydiaconi et Enrey(!) fratris sui preallegatas possessiones Othna, Orbona et Mosyna vocatas, in quibus ius aliquod se vendicare posse sperassent, magis eisdem domino Petro archydiacono et Enrey filiis Thome ex premisse regie collacionis titulo, quam ipsis pertinere debere recognouissent, ideo ipsi preassumptas possessiones Othna, Orbona et Mosyna nominatas cum omnibus earum vsibus, obueniencionibus, pertinenciis et vtilitatibus vtilitatumque integritatibus vniuersis, sub suis veris, certis et antiquis metarum cursibus in tenoribus instrumentorum predictorum domini Petri archydiaconi et Endrey fratris sui contentis, quibus in antea per eosdem primos suos possessores habite extitissent et possesse, memoratis domino Petro archydiacono et Endrey fjliis Thome eiusdemque Endrey heredibus et posteritatibus vniuersis iuxta premisse regie collacionis formam annuentes et omnino consencientes remisissent, reliquissent et resignassent perhempniter pleno iure possidere et habere, omni accioni et acquisicioni ipsorum pretextu earundem possessionum facte vel faciende in futurum penitus renunciantes; ymo omne ius, proprietatem et dominium earundem in eosdem dominum Petrum archydiaconum et Endrey filios Thome transferentes sibique et suis posteritatibus ab ulteriori requisicione earundem possessionum quauis caucione mediante facienda silencium perpetuum recipientes. Insuper assumpsissent idem Nicolaus filius Philippi, Peteu et Thomas filii Matheus, vt vniuersas possessionarias particulas intra metas dictarum possessionum existentes, que apud ipsos quomodocunque et per quoscimque inpignorate haberentur predictis domino Petro archydiacono et Endrey filiis Thome rehabita ab eisdem tota pecunia, pro qua forent inpignorate, remittere et resignare tenerentur, ymo si que particule possessionarie intra terminos prefatarum possessionum habite aliis quibuspiam extitissent inpignorate, tunc iidem dominus Petrus archydiaconus et Endrey filii Thome easdem possessionarias particulas inpignoratas ab hiis, apud quos eedem essent inpignorate pro eadem sumpma pecunie, pro qua fuissent inpignorate, contradiccione ipsorum non obstante, redimendi liberam haberent facultatem. Prelibati vero dominus Petrus archvdiaconus et Endrey filii Thome quandam vineam

eorundem Nicolai filii Philippi, Peteu et Thome filiorum Matheus empticiam, in eadem possessione Mosyna in monte similiter Mosyna vocato sitam, taliter eisdem vti et conseruare annuissent et coram eisdem dominis Nicolao archiepiscopo, Nicolao palatino, magistro Georgio nobisque et aliis regni proceribus consenserunt, vt si ipsi dominus Petrus archydiaconus et Endrey filii Thome aliam vineam eidem equiualentem in promonthorio Chasmensi vel in districtu Garygh aut aliasvbi iuxta opcionem eorundem Nicolai, Peteu et Thome precio conparando eisdem in concambium dicte vinee ipsorum dare et assignare tenerentur. Si vero talis vinea vinee predicte equipolens inueniri non posset, tunc vineam ipsorum predictam ad modum, consuetudinem et solucionem tributi montis aliorum nobilium in terra aliorum vineas habencium possent et valerent conseruare. In cuius rei memoriam stabilitatemque perpetuam presentes ex eorundem dominorum Nicolai archyepiscopi, Nicolai palatini et magistri Georgii consilio et de eorum voluntario consensu sigilli vicariatus nostri pendentis munimine roboratas duximus concedendas. Datum Zagrabie, tercio die termini prenotati, anno domini M°CCC°LX° quarto.

Original na pergameni u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti': M. O. D. L. no. 34.105. (Stara signat. N. R. A. fasc. 647. no. 40.).
Na crvenoj svilenoj vrvci visi ulomak pečata.

252.

1364. 5. marta.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski fotvrđuje na prošnju Petra Punykova de Gerehen svoj privilegij od 6. aprila 1357. (Cod. dipl. XII. p. 402.)

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium saluatore. Tam vigor equitatis, quam ordo expostulat racionis subditorum honestis desideriis aures apponere graciosas. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magister Petrus filius Panyk de Gereben aule nostre militis, dilectus nobis et fidelis, ad nostre serenitatis accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes, maiori sigillo nostro in Vzura [casualite]r deperdito

consignatas, super restitucione cuiusdam possessionis Zamlacha vocate, per nos eidem Petro et Lorando fratri suo facta, emanatas tenoris infrascripti; supiicans nobis humiliter et deuote, vt eadem(!) acceptare, approbare, ratificare et pro eisdem eorumque heredibus nostro nouo dignaremur priuilegio conflrmare; quarum tenor est: *(Slijedi lisiina kralja Ljudevita od godine 1357, 6. aprila).* Nos' itaque iustis et legittimis supplicacionibus dicti magistri Petri nostre humiliter porrectis maiestati regio inclinati curn fauore, pretactas litteras nostras omni prorsus suspicione carentes presentibus de uerbo ad uerbum insertas, quoad omnes sui continencias et clausulas acceptamus, approbamus, ratificamus et pro eisdem magistro Petro et Lorando fratre suo eorumque heredibus auctoritate regia confirmamus presentis[x] priuilegii nostri patrocinio mediante, saluo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri dupplicis noui munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archiepiscopi ecclesie Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC°LX° quarto, tercio nonas marcii, regni autem nostri anno vicesimo tercio; venerabilibus in Christo patribus et dominis: eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Vgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Elia Ragusiensi, archiepiscopis, Demetrio Waradiensi, Dominico Transsiluano, Colomano Jauriensi, Emerico[2] Zagrabiensi vicarioque regni Sclauonie generali, Michaele Agriensi, Ladislao Wesprimiensi, Dominico Chanadiensi, Wilhelmo Quinqueecclesiensi, Johanne Waciensi, fratribus Emerico[2] Nitriensi, Thoma Sirmiensi, Petro Boznensi, Johanne Tininiensi, Demetrio Nonensi, Nicolao Traguriensi, Emerico[%] Farensi, Valentino Makarensi, Matheo Sibinicensi, Michaele Scardonensi, Portiua Seniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis Nicolao Konth palatino, Dionisio waywoda Transsiluano, comite Emerico[2] Bwbek iudice curie nostre, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machow banis, Petro Zwdor pincernarum, Paulo dapiferorum, Emerico agazonum et Johanne ianitorum nostrorum magistris ac magistro Benedicto comite Posoniensi. aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores,

Iz originalnog prijepisa bana Nikole Zrinskoga od g. 1541, na papiru u kr. zem. arkivu u Zagrebu: Doc. medii aevi a. 1357. — Vrlo loš prijepis.

[1] Napisano pogrešno: „presentibus".
[2] Ima biti: „Stephano".

253.

1364. 5. marta. U Zagrebu. (Zagrabie).

Stjepan biskup i vikar Slavonije nalaže zagrebačkom kaptolu, da istraži nasilja Stjepana sina Pavla, počinjena na posjedu plemića sv. Ivanskih.

[Nos Stephanus], diuina prouidencia episcopus Zagrabiensis et regni Sclauonie vicarius generalis, sinceram in domino . . . . .Petri, Thome et Laurencii fratrum carnalium suorum personis et Jacobus filius Jwachini . . , ...Stephanus filius Pauli dicti Ban tempore domini Mykch bani, quo comitatum Crisiensem . . . . .indebite et non de iure, ymo exquisitis quibusdam fraudulosis caucionibus occupasset .detinentur occupata, insuper idem Stephanus filius Pauli dicto eo tempore, quo dictum . . . . .iuris preiudicium pro se exigi fecisset ipsis hoc ducentarum marcarum dampni . . . . .transrriittendo ecclesiam ipsorum in honorem [beati] Iohannis Baptiste in eadem possessione .ciphos argenteos, balteos et alia clenodia argentea si . . . . .possessionis Jalseuch vocate similiter Jalsouch vocato in loco . . . . .molendinum construi fecisset per cuius molendini aque reclusionejm] . . . . .lse extitissent, insuper idem predicto tempore cornitatus sui sex boufes] . . . . quendam iobagionem eorum Stephanum nomine de eadem possessione ipsorum clam . . . .• . . . . .transduci fecisset. Super quo vestram amiciciarn presentibus requirimus reuerenter, quatenus . . . .• . . . .[Tho]mas filius Johannis filii Luce aut Johannes filius Gregorii de Ruenicha siue . . . ., ...bus homo noster ab omnibus quibus decet et licet sciat et inquirat super premissis conscienter . . . .[Z]agrabie feria tercia proxima post dominicam letare. anno domini M°CCC°LX° auarto.

Iz originalnog izvjesća zagrebačkoga kaptola od g. 1364. 19. marta na papiru, s obe strane oštećena u kr. ug. drz. arkivu u Budimpešii: M. O. D. L. no, 35.231,,— Siara signatura: Acta mon. Garig fasc, II. no. 11.

254.

1364. 5. marta.[1] U Hvaru. (Farre).

Đuro, opat samostana sv. Nikole na Visu, i Đfiro, primicer hvarski, zamjenuju neke zemlje uz običaj'ne uvjete.

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, indictione secunda; regnante inclito principe nostro domino Lodouicho, dei gracia serenissimo rege Hungarie; temporibus quidem reuerendi in Christo patris et domini domini Stephani, dei et apostolice sedis gracia Farensis et Brachiensis episcopi, absente comite de ciuitate Farre, ac nobilium virorum ser Duymi Vladisclaui, ser Ciuitani Desomani, et ser Decollini Zubriani, iudicum Farre ; die quinto decimo mensis marcii, in camera episcopali ciuitatis Farre. Venerabilis in Christo pater dominus Georgius, abbas monasterii sancti Nicolai de Lissa, pro se et suo monasterio ac subcessoribus cum consensu et voluntate reuerendi in Christo patris et dornini domini Stephani, dei et apostolice sedis gracia Farrensis et Brachiensis episcopi, presentis, volentis, consencientis ad omnia infrascripta, et auctoritatem suam prestantis et decretum suum in ipsis interponentis, ex vna parte, et dominus Georgius, primicerius Farrensis, pro se et suis heredibus et subcessoribus ex parte altera constituti in presentia mei notarii et testium infrascriptomm sponte ad infrascripte permutacionis siue cambii tale pactum et concordiam deuenerunt, videlicet: dictus dominus abbas reconpensans meliorationem et lucrum monasterii sui pref ati habito sano consilio et bona deliberatione tituio cambii et permutacionis dedit, tradidit et per stipulationem solempnem adsignauit ac perpetuo irreuocabiliter alienauit dicto domino Georgio, pfimicerio presenti, volenti, recipienti, stipulanti, peciam unam terrarum sitarum in insula Farre in campo sancti Stephani in loco vocato Colludar dolaz, — ab oriente versus montem comunis(j)[2], ab occidente via comunis, a meridie Vitalium Dabisiuich in parte, et in parte Condrich et a septentrione primicerium supradictum; qui confines fuerunt approbati esse veri per Micham Jaxe et Jacxam Drugi examinatores, — ad habendum, tenendum, possidendum, gaudendum, vsufructuandum, utendum, donandum, permutandum,

[1] **Datiramo ovu listinu** prema **naznaci u protokolu, dočim** je **u** eshatokolu **spominje 16. mart. Posto imamo pred sobom notarski prijepis, neda se ustanoviti jeii to naknadni pripis (od 16. marta) listini, ili je ta listina redigovana 16.** marta, a posao sam sklopljen jur 5. marta.

[2] Valjda **iura comunis.**

alienandum et de ipsis quidquid placuerit eidem primicerio, tamquam de re propria faciendum; promittens dictus dominus abbas eidem primicerio sub ypotecha et obligacione bonorum suorum et dicti monasterii,. tam pro se quam subcessoribus suis habere semper dictum cambium et permutacionem ratum et firmum, et in aliquo non contrahire et eum semper supra possessione ipsarum terrarum defendere ab omni volente ipsum primicerium propterea molestare, et ipsas discalumpniare et disbrigare ab omnibus volentibus impetere ipsum vel suos heredes super possessione terrarum ipsarum, non obstantibus legibus, constitutionibus> decretis, registris vel litteris papalibus vel aliis quibuscumque in contrarium obstitutis. Et versa vice supradictus dominus Georgius primicerius titulo cambii et permutationis dedit, tradidit et per stipulationem solempnem assignauit, donauit ac perpetuo alienauit venerabili domino abbati predicto presenti, volenti, recipienti et stipulanti vineam vnam sitam in ynsula Lisse, in campo magno, in loco vocato Pod Stomorcho berdo, — ab oriente iuxta dominum Stephanum archipresbiterum Farensem, ab occidente heredes quondam Stanoy de Andrea, a meridie iura comunis, a septemtrione ser Furnichum Nigoy; qui confines fuerunt approbati per ser Micham Jacxe et ser Jacxam Drugi, predictos examinatores comunis, — ad habendum pro se suoque monasterio et subcessoribus, tenendum, possidendum, gaudendum, vsufructuandum, dandum, exibendum, donandum, uendendum, utendum, alienandum, permutandum et quicquid placuerit eidem domino abbati suoque monasterio et subcessoribus suis de cetero, tamquam de re propria ipsius monasterii faciendum; promittens dictus dominus primicerius ipsi domino abbati sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum pro se et suis heredibus permutationem et cambium predictum habere et tenere semper ratum et firmum, nec in aliquo per se vel alium suo nomine contrafacere vel venire ipsasque vineas dicto abbati, monasterio et subcessoribus suis defendere, semper dischalumpniare et disbrigare ab omnibus volentibus impetere, turbare vel vexare ipsum vel eas super possessione ipsarum. Et pro predictis omnibus adimplendis et irreuocabiliter obseruandis dicte partes obligauerunt se ad inuicem, videlicet vna pars alteri et altera alteri sub pena et ad penam librarum quinquaginta monete parue Venetorum; acto exepresse inter partes easdem, quod pena ipsa semel vel pluries commissa peti et exigi valeat cum effectu, prout soluta vel non soluta aut gratiose remissa, presens nichilominus contractus cum omnibus, que in se continet, in sua semper maneat firmitate cum reffectione et integra satisfactione dampnorum et expensarum litis et extra, quas et que partem obseruantem predicta facere vel subire contigerit quoquomodo. Presentibus ser Petro Miccoy đe Tragurio et Stipoy

Obradich testibus vocatis et rogatis. — Die sexto decimo mensis martii, predicte indictionis, Cranota plazarius fecit gridam per plateam et loca consueta ciuitatis, quod, quicumque vult contradicere permutationi et concessioni predicte, debeat comparejre] infra duos menses secundum formam statutorum Farensium.

MCCCLXVII°, indictione quinta, die IIIL augusti.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus de Sorba de Janua, vicarius Fare me subscripsi.

(Signum notj.

Ego Petrus olim Bartholomei de Annobonis de Serpana, imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc iuratus cancellarius Farensis, suprascriptum instrumentum permutationis vel cambii olim scriptum et roboratum per Nicolaum Piquatellum de Brondisio, tunc canzellarium Farre, prout in actis eius in canzellaria Farre inuenitur ita publicaui signumque meum apposui consuetum, nil addens uel minuens, quod sensum mutet vel variet intellectum.

Notarski prijepis od 4. augusta 1367. na pergameni u kaptolskom arkivu biskupije u Hvaru,

255.

1364. 5. marta. U Senju. (Segnie).

Oporuka Dragulje Diminove iz Baške (de Besscha).

In Christi nomine amen. Anno domini a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, indictione secunda, die quinto mensis marcii, Acturn in ciuitate Segnie, in domo domine Suuanicche, filie condam ser Jarnii, ubi infrascripta testatrix iacebat. Presentibus domino Frixono uicario Segnie, presbitero Ma[r]ino canonico Segnie, Polucio condam Geroli de Ancona, Augustino condam Ginesii de Gualdo, Petro notario de A!ba Ripa, Blasio condam Ma[r]ini Boni de Veneciis, Tibaldo condam Aitti, et aliis testibus ad hec uocatis, habitis et rogatis.

Ibique Dragugla, filia condam Dimini de Besscha et uxor olim Balducii de Fumo, sana per graciam Jesu Christi mente, sensu et intellectu et recte loquens, licet corpore languens, nolens ab intestato decedere, omnium suorum bonorum et rerum dispositionem per hoc nuncupatum testamentum siue scriptum in hunc modum facere procuravit:

In primis in ecclesia sancti Francisci de Segnia voluit sepeliri etc. Item ordinauit, voluit et mandauit, quod una sua uinea sita in ualle Bessche post dictum castrum uocata Calac, et una alia uinea sita in dicta ualle Bessche uocata Oblu^, prope vineam Dochse, et prope uineam Johanriis Purchatti, et una terra uacua sita in dicta valle vocata Vlas, et duo orti, qui sunt sub dicto castro, ac una domus sita in dicto castro Bessche, omnes iste possessiones post mortem suam distribui debeant ac uendi per infrascriptas eius commissarias, quam meliori precio poterunt, quarum precium et pecuniarum debeant erogare pro anima sua et suorum defunctorum, prout ipsis commissariis -melius uidebitur. Suas autem commissarias et huius testamenti executrices fecit, constituit et ordinauit dictam dominam Mariam, consortem prenominati domini vicarii, et dominam Suuaniccam, sororem ipsius domine Marie, dans eis in predictis et quolibet predictorum plenam et liberam potestatem et generalem administracionem uendendi, soluendi, satisfaciendi, petendi, exigendi *et* predicta omnia et singula, ut dictum est, execuciorii mandandi et erogandi pro anima sua, ut eis uidebitur conuenire. Et hanc suam, ultimam uoluntatem asseruit esse, etc.

Iz notarske isprave od 6. marta 187 U; izvornik potonje na pergameni u arkivu samostana u Trsatu no. 4.,

256.

1364. 6. marta.

L/udevit kralj ugarski i hrvatski potvrdu/e Turopolju svo/u fio-velju od g. 1352. 25. marta, (Cod. dipl. XII. 83.).

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Regia sublimitas solet suos subditos ad gradum prouehi alciorem et de minori condicione ad maiorem transferre libertatem, quos innata virtus et opera fidelitatis propensius recommendant Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Petrus filius Stephani, comes terrestris, Petrus frater quondam Jaksa filius Vubini, Lucasius filius Wlchyak et Vid filius Endre, iobagiones castri de Campo Zagrabiensis, in suis ac vniuersorum proximorum et homtnum generacionum suarum personis nostre celsitudinis adeuntes conspectum exhi-

buerunt nobis auasdam litteras nostras patentes maiori sigillo nostro in Wzura casualiter deperdito consignatas, super eorum libertatibus emanatas tenoris infrascripti; supplicantes regie nostre celsitudini prece subiectiua, ut easdem ac libertates in ipsis expressas acceptare, approbare, ratificare et pro ipsis ac generacionum suarum hominibus eorumque heredibus, nostri noui et auctentici sigilli apposicione dignaremur priuilegialiter confirmare. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Ljudeviia od 25. marta 1352.),* Nos itaque iustis et iuri consonis supplicacionibus prefatorum nobilium iobagionum Campi Zagrabiensis nostre per ipsos humiliter porrectis maiestati, regio inclinati cum fauore, pretactas litteras nostras omni prorsus suspicione carentes, presentibus de verbo ad verbum insertas, simul cum dictis libertatibus in tenore litterarum earundem contentas et expressas, acceptamus, approbamus, ratificamus et predictis nobilibus iobagionibus de dicto Campo Zagrabiensi eorumque heredibus, mera regia actoritate(l) perpetue valituras confirmamus presentis priuilegii nostri patrocinio mediante. In cuius confirmactonis nostre testimonium stabilitatemque perpetuam, presentes eisdem concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et auctentici sigilli nostri noui duplicis munimine roboratas. Datum per manus.venerabilis in Christo patris domini Nicolai, archyepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui et aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC°. LX° quarto, pridie nonas mensis marti, regni autem nostri anno XXIII.; venerabilibus in Christo patribus et dominis: eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Wgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi, et Elia Ragusyensi, archyepiscopis, Demetrio Waradiensi, Dominico Transiluano, Colomano Jauriensi, Ladizlao Wesprimiensi, Stephano Zagrabiensi, Michaele Agriensi, Villermo Quinqueecclesiensi, Dominico Chanadiensi, Johanne Bachyensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Sirimiensi, Johanne Tininiensi, Demetrio Nonensi, Nicolao Traguriensi, Stephano Farensi, Valentino Macarensi, Matheo Sibinicensi, Mychaele Scardonensi et Porona(l) Senniensi, ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, magnificis viris Nicolao Konth* palatino, Dyonisio woyuoda Transiluano, comite Stephano iudice curie nostre, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum, Nicolao de Zeech, Dalmacie et Croacie, Nicolao de Gara de Machou, banis, Petro pincernarum, Paulo dapiferorum, Johanne ianitorum et Emerico agasonum nostrorum magistris, ac magistro Benedicto comite Posoniensi, aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Prijepts povelje u prijepisu hercega Karla Drackoga od 28. aprila 1371. u arkivu općine turopoljske.
Lajszowski Spom. Turopolja L 77.— 78.

257.

1364. 19. marta. (U Zagrebu).

Zagrebački kaptol izvješčuje Stjepana biskupa zagrebačkog i vikara Slavonije na nalog od 5. *marta* 1364., *da je Stjepan Pavlov doista počinio nasilja plemićima sv, Ivanskima,*

[Capitulum ecclesie Zagrabiensis] venerabili in Christo patri et domino domino Stephano, diuina prouidencia episcopo Zagrabiensi et regni Sclauonie. . . . .-: . deuotarum. Nouerit vestra paternitas, quod nos litteras vestras per vos nobis amicabiliter directas recepimus in. . . . . *(Slijedi pismo biskupa Stjepana od god. 1364:. 5. martaj.* Nos. . . . . Martinum sacerdotem, ecclesie nostre predicte prebendarium, ad premissa fideliter exsequenda transmissimus. . . . . eodem nostro testimonio ab omnibus illarum parcium hominibus quibus decuit et licuit diligenter . . . . comitatum Crisyensem a domino Mykch bano seruasset possessionem eorundem Iwan, Martini. . . . .

[Talsoluch vocata intra terminos eiusdem possessionis Scenth Iwan existentem indebite sibi occupando iuri

prenominatorum nobiiium de Scent Iwan minus iuste possedissent et quod idem Stephanus eosdem tempore

enda plurima dampna prefatis nobilibus irrogasset et tandem ipso tempore sui honoris suos. . . . .
in eadem constructam violenter rumpi ac scrinia eorundem Marci et Iwachini in eadem ecclesia tunc reper. . . . .
simul cum vestimentis et aliis rebus eorundem excip . . . . eisdem fecisset et assportari et quod sepedictus. . . . .
lias .nunquam molendinum fuisset, molendinum construi faciendo per aquas eiusdem tempore inundacionis. . . . .
cuius quidem molendini locum eciam ipsi fide vidissent occulata. Insuper idem tempore predicto sui. . . . . Scent lwan recipi fecisset et vnum iobagionem eorundem Stephanum nomine de prefata possessione. . . . . preiudicium nobilium de Scent Iwan predictorum. Datum feria tercia proxima post dominicam ram[ispalmarum] . . . .

Original na papiru, s oba kraja manjkav u kr. ugarskom drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 3523, — Stara signatura: Acta mon, Garig fasc. IL no. 11.

Ltstina bijaše valjda zatvorena, a pecat koji bio s kraja propao je s dijelom listine.

U reglstru nalazi se za ovu listinu slijedeci regest:

A. 1364. Inquisitio ratione et pretextu violentae occupationis possesionis Jalseuch intra terminos possesionis Scent-Ivan situatae per Stephanum filium Pauli Ban dicti tempore illo, quo comitatum Crisiensem a Mykch bano tenuisset, factae, plurium item damnorum tam in exactionibus quam et abactione 6 boum cum uno iobagione, non absimiliter per erectionem cuiusdam molendini. prout et scrinii rerumaue ac vestimentorum in ecclesia precitatae possesionis repertorum ablationem patratorum pro Martino et Ivachino, Petro, Thoma ac Laurentio fratribus carnalibus, Jacobo quoque filio dicti Iuachini, nobilibus de Scent-Ivan, peracta et relata in fragmento authentico.

Listinu smo datirah prema godini naznacenoj u regestu.

258.

1364. 26. marta. (U Dubrovniku),

Općina dubrovačka pritužuje se u Veneciju, da je posada mletačkog Iroda na Stonu otela Šest volova.

Exemplum Htterarum regiminum Ragusii missarum dominio pro animalibus derobatis per galleas nostras, ut asserunt.

Serenissime domine! Vestrae ducali excellentiae tenore praesentium facimus manifestum, quod homines ligni uestri, cuius erat supracomitus Toannes Arduini transeundo nuper per punctam nostram de Stagno, die uidelicet decima nona praesentis mensis martii de quodam loco dictae punctae, qui Dubraue nuncupatur, sex boues uiolenter nostris hominibus abstulerunt, et multos ueretonos proiecerunt in ipsos, satagentes boues illis deffendere supradictos. Quam disrobationem nedum factam nos, uestros cordiales amicos, sed etiamsi facta fuisset contra quoscumque alios, infallibiliter credimus eidem' uestrae excellentiae nimium displicere. Quare eidem uestrae excellentiae supplicamus, quatenus super praemissis de salutari remedio prouidendo, et satisfactionem debitam, si placeat, faciendo, sic uestris supracomitis transituris per nostras partes praecipere dignemini si libebit, ut disrobationem seu laesionem aliqfcm ibidem facere non praesummant, et quod omnes nostri homines, ut honorabiles

fratres, et amici, ubique nostri districtus a nostratibus pertractantur, et ipsorum aliqui ibidem aiiquando offendere non postponunt.

Michael de Babalio, rector communis Ragusii, iudices et consiliam ciuitatis eiusdem. Ubi data die uigesima sexta martii, secundae indictionis.

Com. t. VII. fol. 148. doc. 135.
Iz c. kr. kućnog, dvorskog t drzavnog arkiva u Beču.

259.

1364. 4. aprila. (U Zađru).

Općina zadarska ftritužufe se u Veneciju, da su mletački vojnici kod otoka sv. Marije porobili neke Ijude.

Exemplum litterarum rectorum consilii, et communis Jadre pro damnis illatis per nostros stipendiarios suis.

Magnifice dominel Non possumus sub silentio pertransire, quin uestrae excellentiae denotemus iniurias, quae per uestrates nostratibus inferuntur. Ideoque noueritis, quod die uigesimo octauo mensis martii nuper elapsi quaedam uestra gallea multis stipendariis constipata apphV cuit ad insulam sanctae Mariae nostri districtus, et descendentes in terram tam dicti stipendiarii, quam alii praedati sunt in duabus partibus dictae insulae homines, mulieres, et paruulos, quot comprehendere potuerunt de pannis et uestimentis eorum, et de rebus aliis, et a quibusdam certas quantitates pecuniae abstulerunt, animalia quoque, lanam, et caseum in non modica auantitate, quam damnificati faciunt circa libras quadringentas paruorum. Ideo super talibus provideat excellentia uestra, quoniam meminimus, quod a duobus annis citra quamplures uestri subditi, et conciues cum eorum nauigiis ad dictam insulam applicantes intulerint pluries nostratibus plura damna. Et cum uestrae magnitudini tam per dominum bannum(l), quam per nos de praedictis fuerit pluries, et saepe scriptum, nullam tamen satisfactionem, ymo nec responsionem potuimus habere. Ideoque tam super praeteritis damnis, et iniuriis, quam super nouissimis prouideat uestra iustitia, ita quod per satisfactionem condignam nostratibus tollatur materia quaerelandi, et in futurum sirnilia cessent, de quibus de leui possent maiora scandala exoriri.

Ibi datae quarto mensis aprilis.

Com. t. fyll fol. 149. doc. 137.
Iz c. kr. kućnog, dvorskog i drzavnog arkiva ti Beču.

260

1364, 8. aprila. (U Zagrebu)

Pred kaptolom zagrebačkim daje Vinimar opat cistercitskog samostana sv. Marije u Zagrebu Pavlu arcidakoriu Kamarče (Kamarchensi) i njegovoj braći kupalište u vlasništvo uz priuzdržaj određenih novčanih podavanja i službi.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod religiosi viri deo deuoti Wynimarus abbas, Nicolaus et Vlricus fratres totusque conuentus monasterii beate Marie virginis de Zagrabia, ordinis Cisterciensium, ad nostram personaliter accedentes presenciam confessi extiterunt ministerio viue vocis, quod tunc stuba uel locus -balnei in territorio eorum intra terminos metarum predicte ecclesie nostre sita ad Nicoletum olim iudicem ciuitatis Grechensis deuoluta et per decessum ipsius sine herede et testamento tanquam ab intestato racione dominii ad manus ipsorum fuisset deuoluta et tandem per dominam Berucham filiam Mafee Blondo de Veneciis, olim ciuem ciuitatis Grechensis, extitisset inpendita ex eo, quia ipsam stubam balnealem ad se dicebat pertinere; et licet super hoc coram iudicibus conpetentibus altercatum fuisset, finaliter tamen sic decretum et sentenciatum extitisset, quod hedificia, pro tunc in loco balnei predicti habita cedere ipsi domine Beruche, locus vero ipsius balnei rnonasterio ipsius et abbati debuisset et debuerunt; quibus hedificiis ablatis et de loco predicto substractis, idem locus balnei pluribus temporibus hedificiis extitisset et extitit destitutus, ex quo idem monasterium, abbas et fratres in eodem residentes non modicum in fructibus et prouentibus, racione loci ipsius balnei ipsis prouenire debentibus, defectum noscerentur subportare et subportarunt. Hiis igitur consideratis et pensatis ac vlteriori consilio dicto monasterio et fratribus in eodem nunc constitutis et pro tempore constituendis prouidere cupientes, ne vlteriorem defectum, qui ex destitucione hedificiorum siue balnei in predicto ioco fiendorum predicto monasterio et fratribus, vt premittitur, temporibus occurentibus incrementum fructuum et vtilitatum eidem prouenire debencium posset euenire, paciatur predictum locum balnealem honorabili viro domino Paulo, archidiacono Kamarchensi, socio et concanonico nostro, Thome et Johanni fratribus suis et ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus dedissent, contulissent et annuissent, ymo coram nobis dederunt, annuerunt et tradiderunt hedificiisque et aliis balneali domo necessariis aptandum, decorandum, sicque per eos et

ipsorum posteros iure perpetuo possidendum, tenendum pariter et habendum; ita tamen, quod idem dominus Paulus et fratres sui antedicti ac eorum heredes uel alii ipsius balnee possessores singulis annis in festo resurreccionis domini ab anno eiusdem MCCCLX° sexto incipiendo, pro censu annuo ipsius loci balnealis auatuor pensas denariorum monete pro tempore currentis, nec non ter in anno decem denariorum racione munerum abbati dicti monasterii et fratribus eiusdem dare tenebuntur et aministrare, licet primo census annuus dicti balnei tantum ad sexaginta denarios fuisset conputatus; hoc expresso, quod idem dominus Paulus et fratres sui predicti per balneatores siue rasores in eodem balneo residentes abbati et fratribus suis uel in stuba baineali uel in domo ipsorum, vbi voluerint, ad requisicionem ipsorum in singulis quindenis, exceptis diebus ferie quarte et sabbati, in quibus non expedit ipsum petere rasorem, ad radendum mittere tenebuntur et debebunt; pro sanguinis eciam minucione quo!ibet anno, si necesse fuerit, quatuor vicibus per ipsorum minutores tenebuntur eisdem prouidere; hoc non pretermisso, quod quantumque predicta stuba balnei diebus consuetis pro balneandis hominibus calefacta fuerit, idem abbas et fratres sui liBeram habebunt in eandem intrandi causa balneandi absque solucione aliquali facultatem et quod balneator predicti balnei et seruitores in eodem existentes eisdem debita et consueta seruicia aministrabunt. Dantes et concedentes nichilominus predicti abbas et fratres sui tam suo, quam sui conuentus ac suorum successorum nominibus predictis domino Paulo et suis fratribus dictum locum balnealem cum vniuersis hedificiis preparandis et hedificandis in eodem vendendi, dandi, legandi, locandi, obligandi et modis omnibus pro suo libito voluntatis, saluis et illesis predictis seruiciis ipsi monasterio et abbati prouenire debentibus reseruatis, disponendi liberam facultatem; si vero iidem dominus Paulus uel alii posessores ipsius balnei aliquem terminum predicti census obmitterent in soluendo, pro qualibet solucione obmissa penam dupli incurrent ipso facto. Que omnia premissa et singula premissorum dicti abbas et ffatres dicti monasterii per se et suos successores perpetuo et irreuocabiliter firmiter obseruare spontanea coram nobis obligarunt voluntate. Nos itaque predictum monasterium virginis gloriose, abbatem conuentumque eiusdem per desolacionem predicti loci balnealis nullum fructum siue vtilitatem, que ex ipso hedificato et constructo potuisset et debuisset pro ipsis prouenire defraudatum pluribus annis fide oculata tenentes predictam paccionem seu contra feudarium sic facta, tamquam veri patroni et tutores ipsius monasterii ratum et gratum habentes presentis scripti patrocinio confirmamus, nostrum in omnibus premissis prebentes consensum iure patronatus et assensum. In cuius rei testimonium

. firmitatemque perpetuam presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum feria secunda proxima post quindenas passche domini, anno eiusdem MCCCLX° quarto.

Original na pergam. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomaia a. 1364.

Na Ustim visi svilena vrvca crveno-bij'ele i zelene boje; pecat je otpao,

Osim toga ima jos u kaptolskom arkivu dva prijepisa na papirti.

Original same darovnice Vtnimarove nalazi se u arkivu kolegija prebendarskoga. Po nj'emu štampao Tkalčić Mon. civ. Zagr. I. 229.—230.

261.

1364. 8. aprila. U Zagpebu. (Zagrabie).

Vinimar opat cistercitski daj'e Pavlu arciđakonu kamarskomu i njegovoj braći kupke pod stalnim uvjetima.

Nos frater \Vynnimanus[1] ordinis Cisterciensium, abbas monasterii beate virginis de Zagrabia, totusque loci eiusdem conventus omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Quum ea, que aguntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, expedit, ut ea que agimus, in scriptis redigamus. Hinc est, quod cum stuba vel locus balnei in territorio nostro sita, ad Nikoletum olym iudicem civitatis Grechensis devoluta, et per decessum ipsius sine herede et testamento, tamquam ab intestato, racione dominii ad manus nostras fuisset devoluta, et tandem per dominam Benicham, fiiiam Masie Blondo de Veneciis, olym civem civitatis Grechensis, exstitisset inpedita ex eo, quia ipsam stubam balnealem ad se dicebat pertinere; et licet super hoc coram iudicibus competentibus altercatum fuisset, finaliter tamen sic decretum et sentencionatum exstitisset: quod hedificia pro tunc in loco balnei predicti habita, ipsi domine Benicha, locus vero ipsius bainei nobis debuissent cedere et debuerant. Quibus hedificiis ablatis et de loco predicto subtractis, idem locus balnei pluribus temporibus hedificiis exstitit destitutus, ex quo nos non modicum in fructibus et proventibus racione loci ipsius balnei nobis provenire debentibus defectum noscimur supportare. Hiis igitur considiratis et pensatis, ac utiliori consilio nobis et nostris successoribus pro-

[1] Vidi glede imena prеđašnju listinu.

videre cupientes, ne ulteriorem defectum, qui ex destitucione hedificiorum sive balnei in predicto loco fiendorum, temporibus occurrentibus et'redditibus de eodem nobis provenire debentibus posset evenire, paciamur predictum locum balnealem honorabili viro domino Paulo archidiacono Kamarchensi, Thome et Johanni, fratribus suis ac ipsorum heredibus, heredumque suorum suecessoribus dedimus, contulimus et donavimus, hedificiisque et aliis balneali domo necessariis apponendum, decorandum, sicque per eos et ipsorum posteros iure perpetuo possidendum, tenendum pariter et habendum, ita tamen: quod idem dominus Paulus et fratres sui antedicti ac eorum heredes vel alii ipsius balnei possessores singulis annis in festo resurreccionis domini, ab anno eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo sexto incipiendo, pro censu annuo ipsius loci balnealis quatuor pensas denariorum monete pro tempore currentis, nec non ter in anno per decem denarios, racione munerum, nobis et nostris succesoribus dare tenebuntur et amministrare, licet primo census annuus dicti balnei tantum ad sexaginta denarios fuerat computatus; hoc expresso, quod idem dominus Paulus et fratres sui predicti per balneatorem sive rasores in eodem balneo residentes, nobis et fratribus nostris vel in stuba balneali vel in domo nostra, dum per nos fuerint requisiti, in singulis quindenis exceptis diebus ferie quarte et sabbati et in quibus non expedit ipsum petere rasorem, ad radendum mittere tenebuntur et debebunt; pro sanguinis eciam minucione quolibet anno, si necesse fuerit, quatuor vicibus balneorum minutores tenebuntur nobis providere; hoc non pretermisso, quod quandocumque predicta stuba balnei diebus consvetis pro balneandis hominibus calefacta fuerit, nos et fratres nostri liberam habebimus in eandem intrandi causa balneandi, absque solucione aliquali, facultatem; et quod balneator predicti balnei et servitores in eodem existentes nobis debita et consveta servicia amministrabunt; dantes et concedentes nichilominus nostro et nostrorum successorurn nominibus predictis domino Paulo et suis fratribus dictum locum balnealem cum universis hedificiis preparandis et hedificandis in eodem vendendi, donandi, legandi, locandi, obligandi et modis omnibus pro sue libito voluntatis, salvis et illesis predictis serviciis nobis provenire debentibus reservatis, disponendi liberam facultatem. Si vero idem dominus Paulus vel alii possessores ipsius balnei aliquem terminum obmitterent predicti census in solvendo, pro qualibet solucione obmissa penam duppli incurrent ipso facto; premissa autem omnia et singula premissorum. nos et nostros successores perpetuo inviolabiliter et irrevocabiliter ac firmiter observaturos spontanea obligamus voluntate. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum et nostri conventus, ut robur perpetue firmitatis optineat, duximus appendenda(l). Datum in

monasterio nostro predicto, feria secunda proxima post quindenas pasce domini, anno eiusdem MCCCLX« quarto.

Original u arkivu kolegija prebendarskoga, pečat visi o zelenoj vrvci. Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 229.—230.

262.

1364. 19. **aprila.**

Ban hrvatski Nikola Seč prituiuje se u Veneciju radi otimačina, $to su ih počinili mletački podanici na Zadranima.

Exemplum aliarum litterarum Nicolai de Cech Dalmatiae et Chroatiae banni (I) super dicta causa.

Magnifice vir et amice honorande! Praeassumpto uociferae salutationis affectu, saepius uestrae magnitudini scripsisse meminimus, ut uos satisfactionis emendam de damnis nobilium uirorum ser Simonis de Botono et Joannis Galli, ciuibus Jadratinis, fidelibus domini nostri regis et vassallis per uestrates factis, illatis, et irrogatis eisdem Jadratinis faceretis, ad quarum continentiam nec nos, nec regimen Jadrense ad nostras et ipsorum Jadratinorum legitimas requisitiones nondum responsiones condignas a uestra magnitudine habere potuimus, ymo his prioribus depraedationibus uestrates non contenti peiora accumulantes prioribus homines uestri et uassalli in insula sanctae Mariae, res inter animalia, uestimenta, pecuniam et caseum nobilium uirorum ser Svmonis et Joannis Galli mercatorum sine aliis iniuriis et perturbationibus ad ualorem quadringentarum librarum paruorum de mense martii anno in praesenti se extendentes praeter alia eorum bona per nauigia uestra in antea recepta, ut praediximus, uobis per nos patefacta receperunt. Demumque nouissime applicante armata galea uestrae magnitudinis per homines ipsius galee arfnatae de mense aprilis in insula Neumae accepta sunt anitnalia nobili uiro domino Jacobp de Varicassis uiginti quinque, uel plura. Item per homines alterius armatae uestrae demum eam sequentis edi ipsius Jacdbi et caprae quadraginta quatuor sunt aufertae. His non cdntenti, šuperueniente quadam alia armata uestra ad insulam Syluae, res et bona inter pecudes, caseum, bladum et farinam, et alia doniesticalia minufa domini Tholsae presbyteri sancti Stephani de Jadra, ad ualorem ducentorum ducatorum auri, uel paulo pius se extendentes per armatam uestram praedictam sunt acceptae. Item per stolium armatae uestrae desćendentis animalia inter hircos et capretos ser Danielis ceritum decem

sunt ablata. Vnde cum tot et tanta damna ipsi Jadrenses pati dignoscantur, per quorum nouorum damnorum irrogationes factas ipsis per uestrates, ipsi fideles domini nostri regis nimium aggrauentur eisdem compatientes de eorum damnis per uestrates ipsis impressionibus mente agitamur praemissa suo nomine exentia uobis nuntiare. Ideo uestram magnitudinem praesentibus amonemus diligenter et attente, quatenus tum pro honore domini nostri regis, tum pro tutiori conseruatione et illesa obseruatione pactorum inter dominum nostrum regem et uestrum ducale dominium habitorum praemissa damna, depr§dationes, et spolia per homines uestros ipsis Jadratinis irrogati satisfationaliter eisdem Jadratinis uelitis iustificare, damna eorundem restaurari iaciendi; et quaecumque de praemissis et singulis praernissorum uestrae dominationi videbitur expedire nobis informationem uestris in litteris uelitis renuntiare. Datae Jadre, decimo nono die mensis aprilis, anno domini mi]lesimo trecentesimo sexagesimo quarto. Clarius nos litterae comunitatis Jadratinae informabunt ad praemissa.

Iz c. kr. kućnog, dvorskog i državnog arkiva u Becu.
Com. t VIL fol. 151. doc. 139.

263.

1364. 19. aprila.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski ftotvrđuje pod novim pečatom svoju povelju od g. 1350. 18. februara (Cod. dipl. XL p. 578.) danu knezu Bartolu krčkom.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Lodouicus rex prefatus vniuersis declaramus, quod, ubi in regno nostro Bozne innumerabilis multitudo hereticorum et paterenorum pululasset in errore fidei ortodoxe ad extirpandumque de ipso regno nostro eosdem, ex vna parte nos personaliter instaurato valido exercitu profisciscebamur, ex altera vero parte venerabilem in Christo patrem dominum Nicolaum, archyepiscopum Strigoniensem, nostrum cancellarium, penes quem vtrumque par sigilli nostri auctentici habebantur, et virum magnificum dominum Nicolaum palatinum cum ceteris prelatis, baronibus et regni proceribus in Wzuram destinaremus, quidam familiarii(l) ipsius domini archyepiscopi pro custodia deputati, vtrumque par dicti sigilli nostri preconcepta malicia subtraxerunt. Nos itaque precauentes, ne ex huiusmodi sigilli nostri deperdicione regnicolis nostris in eorum iuribus successiue periculum possit imminere sigillum nouum in duobus paribus fecimus pro nobis sculpi,

quod ad omnia priuilegia nostra ac condam domini Karoli regis, patris nostri, sub priori sigillo eiusdem tempore sue coronacionis sculpto et demum per eundem, eo quod sub ipso plurime infidelitates perpetrate extiterunt reperte, permactato ac sub alio sigillo ipsius in partibus Transalpinis casualiter deperdito confecta iuxta dicta tria sigilla decreuimus fore apponendum; ad quecunque vero priuilegia/ paterna, dictis duobus prioribus sigillis suis consignata, que per eundem patrem nostrum per sigilla eiusdem posteria vel per nos cum sigillo nostro premisso deperdito confirmata non haberentur, ad ipsa priuilegia ipsum nouum sigillum nostrum non appenderetur vel quecunque patentes littere nostre et paterne non confirmarentur; ea priuilegia et littere, sicut per eundem patrem nostrum fuerunt reuocata et annullata, sic et nos ipsas seu ipsa commisimus viribus caritura nullamque roboris obtentura firmitatem. Interque presens priuilegium nostrum omni suspicione destitutum et omnia in eo superius contenta et expressa pro comitibus Stephano et Johanne, filiis dicti comitis Bartholomei eorumque heredibus et posteris vniuersis dicti sigilli nostri noui dupplicis et auctentici appensione innouamus et perpetuo valiturum .confirmamus. Datum per manus venerabilis patris eiusdem domini Nicolai, archvepiscopi Strigoniensis lociaue eiusdem comitis perpetui et aule nostre cancellarii \ tredecimo kalendas maii, anno domini M°CCC° sexagesimo quarto, regni autem nostri anno vigesimo tercio.

*Pripisak nalazi se na povelji kralja Ljudevita od god. 1350. 18. febrttara i to na donjem rubu**

Isto u originalntm prijepisima kralja Sigismunda od g. 1392,—1393. i kralja Matije 1488. u kr. ugar. drš. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 32, 33.50?., 33.508.

Feje'r Cod. dipl. Hung. Tom. IX. voL 3. p. 413.—414.

[1] Bilo napisano: »vicecancellarii«, pak je »vice« Izbrisano.

264.

1364. 20. aprila. (Zadar).

Općina zadarska prituzuje se u Veneciju radi otimačina i nasilja počinjenih od mletačkih podanika na zadarskim podanicima odnosno u zadarskof o&lasti, te moli za doličnu zadovoljštinu.

Exemplum aliarum litterarum praedictorum super eadem et simili materia.

Magnitudini* uestr§ aures cogunt nos uoces quaerulae subditorum nostrorum frequenter et saepe propulsare, cum per uestrates illata iam diu damna, de quibus et pro quibus meminimus scripsisse uestrae magnitudini noua addentia peiora prioribus faciant praeterita memorare. Ideo nouerit excellentia uestra, quod de anno praesente de mense martii proxime elapso quaedam uestra galea armata, et multis stipendiariis onusta applicuit ad insulam sanctae Mariae nostri districtus, et ibi descendentes in terram tam stipendiarii, quam alii homines dictae gale§ praedati sunt dictam insulam in duabus partibus de animalibus in maxima quantitate, et de arnesiis et victualibus, pannis tam uirorum, quam mulierum, et in certa pecuniae quantitate, omnia ad ualorem et extimationem librarum quadringentarum paruorum, uel circa. Et in dicta insula per antea per uestrates sicut praemittitur, quod uestrae magnitudini scripsisse meminimus, damna pluries plurima sunt illata, quam insulam tenent a nostro comuni uiri nobiles Simon de Botono et Joannes Galli mercatoris, nostri conciues. Item de mense aprilis instantis per homines cuiusdam uestrae galleae applicantis ad insulam Neumae accepta fuerunt domino Jacobo de Varicassis, militi regio et ćiui nostrb, animalia uiginti quinque, uel circa. Item in eadem insula per quemdam gallionum (I), et per uestrates existentes in illo accepti fuerunt edi septuaginta et caprae quadraginta qnatuor. Item de dicto mense aprilis per homines uestri stollii de quodam scopulo uocato Bauaz, qui est ex opposito insulae Pescumani nostri districtus ser Danieli de Varicassis, iratri dicti domini Jacobi et ciuis nostri(l), accepta fuerunt animalia centum decem minuta. Item de dicto anno, et mense aprilis per armatam stolii uestri accepta sunt presbytefo Cholsae(I), plebano ecclesiae sancti Stephani de Jadra, ciui nostro et suis, et suis pastoribus de insula Seruiae inter animalia minuta, caseum, bladurn, farinam, et alias res ultra et praeter iniurias illatas habitatoribus dictae insul§ ad ualorem ducatorum ducentorum, uel circa. Igitur cum talia nobis et nostris conciuibus sunt intollerabilia et impossibilia supportare, placeat magnitudini

uestrae circa praedicta talem adhibere cautellam, quod uoces cessent quaerulae oppressorum, et quod tam de praeteritis, ,quam de praesentibus damnificatis talis satisfactio fiat, quod possint et ualeant merito contentari, et quod manifeste detis intelligi, quod praedicta uos grauant, et quod dissentientes praedictis contra uelle uestrae magnitudinis talia patrata noscuntur, ac etiam ad consimilia de tali remedio prouidere uellitis, quod cessent imposterum, et etiam tollatur occasio cuiusque scandali pro futuri(!). Et per latorem, si placet, uestram in hac parte finalem intentionem nobis reserare uelitis, ut infestantibus laesis ualeamus certum dare responsum.

Ibi datae die uigesimo aprilis, secundae indictionis.

Iz c. kr. kućnog, dvorskog i drzavnog arkiva u Becu.
Com. t. VII. fol. 150. doc. 138.

265,

1364. 22. aprila. (U Cazmi).

Kaptol čazmanski prepisuje na molbu Nikole i Stfepana, sinova Pavla de Pukur svoju listinu od g. 1322. 28. februara. (Cod. dipl. IX. p. 53-)

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Chrišti fidelibus presentibus pariter et futuris, presentem paginam intuentibus salutem in omnium saiuatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magister Blasius litteratus filius Jacobi, famulus et procurator magistrorum Nicolai et Stephani filiorum magistri Pauli de Pukur, vice et nomine eorundem dominorum suorum ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam patentes littefas moderno nostro sigillo consignatas petens nos precum cum instancia, vt ipsas, quas propter fraudes hostium, discrimina viarum ac alios inopmatos euentus, quibus persepe homines contigit dampnificari, localiter deferri esset periculosum, transcribi transcriptasque in formam nostri priuilegii redigi. faceremus uberiorem ad cautelam. Quarum tenor talis *est:, (Slijedi listina od g. 1322. 28. februara).* Nos itaque iustis et legitimis peticionibus eiusdem magistri Blasii annuentes predictas patentes Iitteras non rasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas de uerbo ad uerbum transcriptas in formamque presentis nostri priuilegii redactas pendentis sigilli nostri munimine duximus consignandas maiorem ad cautelam. Datum feria

secunda proxima ante festum beati Georgii martiris, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto.

Original na pergameni u arkivu jugoslavenske akademife u Zagrebu: Diplomata a. 1322.
Na listini visi svilena vrvca jasno crvene boje; pecat je otpao.

266.

1364. 23. aprila. (0 Dubrovniku).

Dubrovačka općina firituluje se u Veneciju radi nasilja, što su ih fiofinili mletački fiodanici dubrovačkim.

Exemplum litterarum missarum ducali dominio per regimen Ragusii pro animalibus derobatis.

Serenissime domine! Vestrae ducali praesentiae tenore praesentium facimus manifestum, quod nuper transeunte vestro exercitu galearum, quarum erat capitaneus dominus Joannes Dandulo, quidam de dicto exercitu ad punctam nostram Stagni in locum qui dicitur Vigel descenderunt, et ibi domos octo rusticorum penitus disrobantes, vnum rusticum nostrum interfecerunt, et unam mulierem ad faciem taliter percusserunt, quod de morte speratur potius quam de uita. Quare uestrae excellentiae humiliter supplicamus, quatenus iustitiae et nostri amoris intuitu super praemissis de salutari remedio prouidentes, et de premissis dampnis nouiter nobis illatis, et prius de bubus(l) octo nobis de dicta puncta Stagni ablatis per galeam Joannis Darduini, prout uestr§ excellentiae scripsimus, satisfactionem debitam facientes; talem ordinem si placeat facere dignemini et mandatum, ut uestrae gentes in nostris partibus, ubi ho-, norabiliter admittuntur nullam faciant offensionem.

Jacobus de Georgio, rector communis Ragusii, iudices et consilium ciuitatis eiusdem.

Vbi data die tiigesimo tertio aprilis, secund^ indictionis.

Iz c. kr. kućnog, dvorskog i drzavnog arkiva u Beču.
Com. t VII fol. 160.

267

1364, 27. aprila.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđuje svoju povelju od god. 2354. 2g. septembra (Cod. dipl. JČIZ. 256J.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Lodouicus rex prefatus vniuersis declaramus, quod vbi in regno nostro Bozne innumerabilis multitudo liereticorum et paterenorum pululasset in errorem(!) fidei orthodoxe, ad extirpandumque de ipso regno nostro eosdem, ex vna parte nos personaliter instaurato valido exercitu proficiscebamur, ex altera vero parte venerabilem in Christo patrem dominum Nicolaum, archiepiscopum Strigoniensem, nostrum cancellarium, penes quem vtrumque par dicti sigilli nostri autentici habebatur, et virum magnificum dominum Nicolaum palatinum cum certis prelatis, baronibus et regni proceribus in Vzuram destinaramus, quidam familiares ipsius domini archiepiscopi pro custodia deputati vtrumque par dicti sigilli nostri preconcepta malicia subtraxerunt Nos itaque precauentes, ne ex huiusmodi sigilli nostri deperdicione regnicolis nostris in eorum iuribus successiue periculum possit imminere, sigilium nouum in duobus paribus fecimus pro nobis sculpi, quod ad omnia priuilegia nostra et quondam domini Karoli regis, patris nostri sub priori sigillo eiusdem tempore sue coronacionis sculpto et demum per eundem eo, quod sub ipso piurime infidelitates perpetrate extiterunt reperte, permactato, ac sub alio sigillo ipsius in partibus transalpinis casualiter deperdito confecta, iuxta dicta tria sigilla decreuimus fore apponendum, Ad quecunque vero priuilegia paterna, dictis duobus prioribus sigillis consignata, que per eundem patrem nostrum per sigilla eius posteriora, vel per nos cum sigillo modo premisso deperdito confirmata non haberentur et ad ipsa priuilegia ipsum nouum sigillum nostrum non appenderetur, vel quecunque patentes litere nostre et paterne non confirmarentur, ea priuilegia et litere sicut per eundem patrem nostrum fuerunt reuocata et annullata, sic et nos ipsas seu ipsa commisimus viribus caritura nullamque roboris obtentura firmitatem. Inter que presens priuilegium nostrum orrmi suspicione destitutum et omnia iti eo superius contenta et expressa, pro eodem Petro filio Martini de Rakonok suisque heredibus et successoribus dicti sigilli nostri noui, duplicis et autentici appensione innouamus et perpetuo confirmamus. Datum per manus eiusdem domini Nicolai archiepiscopi, cancellarii nostri, quinto kalendas maii, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, regni autem nostri anno vigesimo tercio.

Pripisak na povelji kralja Ljudevita od 29. septembra 1354.
Original u arkivu grofova Draskovića u Trakošćanu.
Laszomski Spom. Turop. 1. pag. 78.—79.

268.

1364. 5. maja,

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski zamjenjuje s knezom Vlatkom Vukoslavićem grad KljuČ u Bosni za grad Borsonozvch u kriZevačkoj iupaniji.

Ludovicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Cum benemeritis fauor debitus et sinus dilectionis panditur, ac subditis digna merces redditur, deus placari creditur, ipsique subiecti regio adiuti presidio ad fidelitatis opera sacro regio dyademati impendenda ardencius inmitantur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod quia Latk filius Wlkozlow, fidelis noster, castrum Cluch nuncupatum, intra metas regni Boznensis habitum cum suis pertinenciis ornnibus nobis tempore nimium placito et oportuno manibus nostris regiis dedit, obtulit et liberaliter resignauit, per hocque homagium sumpme fidelitatis nostre maiestati et sacre nostre corone ostendens exhibuit 'et impendit, ideo nos beniuolentiam et bonam uoluntatem eiusdem gratuita regia pietate recommendatam habentes, licet dictum castrum Cluch nostrum fuerit et fit (!) regium proprium, in concambium tamen permutacionis eiusdem castri Ciuch vocati, quoddam castrum nostrum Borsonowch appellatum, in regno nostro Sclauonie situm, tum(!) villis Zenthamas, in qua ecclesia in honore sancti Thame (!) apostoli constructa existit, itern Zobochyna, in qua etiam in honore sancti Johannis ewangeliste existit edificata, nec non Kotonva iuxta fluuium Kotonya nominatum existente, in qua ecclesia in honore omnium Sanctorum constructa. existit et fundata, cum omnibus dicti castri et villarum predictarum vtilitatibus, videlicet tributis, prouentibus, piscinis, aquis, siluis Gay vocatis, pratis, fenilibus, molendinis et • ločis molendinorum, terris arabilibus, fimatis et campestribus ceterisque fructuositatibus et vtilitatum quarumlibet integritatibus, ac pertinenciis ipsa-

rum vniuersis, sub omnibus eiusdem metis, limitibus et terminis, quibus dictum castrum hactenus nostro nomine conseruatum extitit et possessum, eidenrLatk filio et heredibus suis heredumque suorum successoribus et posteritatibus vniuersis, damus, donamus et confirmamus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum. Insuper collectam seu exaccionem marturinarurri, quibus homines ad prefatum castrum pertinentes regie extiterunt celsitudini debitores, eisdem Latk eiusque heredibus de liberalitate regia et gracia speciali in perpetuum presentibus relaxamus, manus nostras regias, banorum et quorumlibet officialium nostrorum pro tempore constitutorum, de exaccione ampliori ipsarum marturinarum prorsus et per omnia retrahendo assumpsimus, nichilominus nostro et successorum nostrorum regum nominibus firmiter promittentes, prefatos Latk et suos heredes ab omnibus pretextu dicti castri et suarum pertinencianim ipsos successu temporum inpetere et inquietare volentibus, defensare et expedire, ac contra quoslibet homines in pacifico dominio sepefati castri et possessionum adspectantium, eosdem semper illesos, pacificos et indempnes conseruare presentis priuilegii nostri patrocinio mediante. In cuius rei memoriam nrmitatemque perpetuam, presentes concessimus litteras nostras priuileiales, pendentis et autentici sigilii nostri noui dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archyepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti M°CCC°LX° quarto,* tercio nonas maiy(!), regni autem nostri anno vigesimo tercio. Venerabilibus in Christo patribus et dominis: eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Wgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Elya Ragusiensi, archyepiscopis, Demetrio Waradiensis, Dominico Transsiluano, Colomano Jauriensis, Ladislao Wesprimiensis, Stephano Zagrabiensis regnique Sclauonie vicario generali, Michaele Agriensis Dominico Chanadiensis, Wilhelmo Quinqueecclesiensis, Johanne Wachiensis, Petro Boznensis, fratribus Stephano Nitriensis, Thoma Syrmiensis, Johanne Tyniniensis, Nicolao Traguriensis, Demetrio Nonensis, Stephano Pharensis, ValentinoMacarensis, Matheo Sibinicensis,MychaeleScardonensis, Portina(I) Seniensis ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus. Magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio woyuoda Transsiluano, comite Stephano Bubek, iudice curie nostre, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum, Nicolao de Machou banis, Petro Zudor pincernarum, Paulo dapiferorum, Emirico agasonum, Johanne ianitorum nostrorum magistris, ac magistro Benedicto comite Posoniensi, aliisoue quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Ovako u Vijesniku zem. arkiva.

Original u arkivu knezova Baćana u Kormendu.
Acta antiaua IV. L. p. 8. no. 246.
Na crvenoj svilenoj vrvci visi dvosiruki kraljevski pecat,
Ptijepis kaptola zagrebačkoga g. 1364. »die dominico proximo post

um
*nes Lack filius Wlkozlou de Borsonowch«.
Na crvenoj svilenoj vrvci visi pečat kaptola zagrebačkoga.
Vjesnik zem. arkiva god. VII. 224.—226.

269.

1364. 5» maja. U **Trogiru. (Tragurii)**

Jakov Mesbtig i Juba Dnstg, kao ovrHtelji oporuke Marij'e, kćeri Marinove, na drazbi kupljeno gradilište (paratinea) Bertanu Šubine, kao najboljem nudiocu.

In dei nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentessimo sexagessimo quarto, indicione secunda, regnante domino nostro domino Lodouico, serenissimo rege Vngarie, et tempore quidem venerabilis patris domini Nicolai, dei gracia episcopi Tragurii, et egregii et potentis viri domini Francisci de Jeorgio de Jadra, regii militis et de -eius mandato hpnorabilis comitis ciuitatis/Tragurii suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Lodouici Johannis, Agustini Cascoti (!) Petri Michael et Nicole Jacobi, die quinto mensis mai. Jacobus Mesotig et Juba Radouani Drisig, tanquam commissarii testamenti Marie filie -olim Marini comissario nomine, iure proprio et imperpetuum dederunt, vendiderunt et tradiderunt Bertano Subine caligario pro se et suis heredibus ementi brachia nouem cum dimidio per longum et brachia octo cum dimidio per amplum paratinee possite in burgo iuxta viam comunis a duobus lateribus et Lourinum Tolsig et heredum Tuirdecii Balbig et alia latera(l); que fuit deliuerata eidem Bertano tanquam plus offerenti publice in platea communis ad incantum per Marinum riuarium communis, — ad habendum, tenendum, possidendum et quidquid ipsi et suis heredibus placuerit perpetuo faciendum cum introytu et .exitu suo usque in viam publicam et cum omnibus et singulis pertinenciis et circumstanciis suis iure habitis in integrum, pro precio librarum quindecim,' soldorum sex paruorum. Quod totum precium dicti venditores fuerunt contenti et confessi habuisse et recepisse a dicto emptore; promittentes deffendere et discalumpniare contra omnes per- .sonas **cum** reffectione dampnorum, expenssarum ac interesse litis et

extra, sub obligatione bonorum dicte comissarie presencium et futurorum. Actum Tragurii in cancellaria comunis, pressentibus Nicola Marini et Nicola Colarig, testibus rogatis, et Paulo Marini examinatore.

(Drugi rukopis.)

Ego Paulus condam Marini, examinator conscius examinaui.

(Signum not.)

Ego Stephanus filius Bernardi condam Philipi Tigoni de Laude, imperiali auctoritate notarius, ut in notis comunis scriptis manu Bernardi suprascripti inueni, ita hic de uerbo ad uerbum nil addens uel minuens fraudolenter (!), quod sensum variat aut mutet intelectum ex ligencia et auctoritate maioris cpnsilii michi concessa in publicam formam redegi in millesimo trecentessimo sexagessimo quinto, indicione tercia, die decimo mensis decembris.

(Signum not.)

(Drugi rukopis.)

Ego Bernardus condam Philipi TiQoni de Laude, imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus comunis Tragurii secundum partem captam in maiori conscillio cum apossicione mei signi me subscripssi.

Original. not. prijepis od g. 1365. 10. decembra na pergameni u arkivu kaptola u Trogiru no. 91.

270.

1364. 7. maja. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka šalje Maroja de Radeno banu hrvatskom Nikoli de Zechj sa molborn, da im dade zadovoljštinu radi razbojniUva nekih njegovih fiodložnika, a naročito Ijudi iz Krajine, a Što ih počinjaj'u na dubrovačkim podloznicima iz Stona.

Anno domini MCCCLXIV\, die VII. maii.

Exemplum commissionis facte Maroe de Radeno, qui fuit missus ad dominum Nicolaum Zech banum Dalmacie per dominum rectorem ser Sauinum de Resti et paruum consilium, ex autoritate ipsiš concessa per consilium rogatorum.

Nuy Savino de Resti, rettor de Ragusa, cum lo picolo consello, per autoritate a nuy data da lo consello de li pregati, commettemo a ti Maroe de Radeno nostro amado zetadino, che al nome de dio et de misser san Blasio debi andar da parte nostra et de tuta la tera a misser

lo bano de Dalmacia et de Croacia et fattoli lo saludo cum quella reuerentia chi li conuien da parte nostra e dj tuta la tera li debi presentar la nostra litera de credenza.

Et quando ello ti dara audienzia et tu per lo piu ornato et sauio muedo, chi sauerav, li debi dire: »Misser lo bano 1 Lo comun de Ragusa per diuerse sue littere et per Jachomo de Menze, chi fo suo ambassador a la vostra signoria, se mando lamentando plusor fiate de le offese, iniurie et damnazi chi ha substegnudi da li hommeni subiecti a la vostra signoria, et ca contra quelH malefactori non fo facta punison et tengnudo quello remedio, chi se conuiene, per la vostra signoria. Cum reuerencia non sa lo comun de Ragusa per che ochasion li dicti malefactori et spezalmente quelli de la Crayna zammay non hanno cessato ni cessano arobare, ferire et anchidere li hommeni de la ponta nostra de Stangno, tollere lor li animali, chi so de gentili hommeni de Ragusa. Et finalmente lor fanno tutto quello chi fariono a lor mortali inimisi. Et de zo troppo si da a stranio lo comun de Ragusa, ca semo tuti suta una signoria, et deueriamo esser da li vostri hommeni, subietti alla vostra signoria, defisi et guardari. Et in lo nostro tempo semo stati plui offesi et damnazati ca zammai per li tempi passadi, quando non erano tengnudi de volerni quello bene, chi ni deueno volere rasonevelmente al presente, per honore del nostro comun signore. Et soura zo ben haueriamo possudo et poriamo prouider de quello chi se conueneria de fare ali dicti malefactori, ma per honore de la vostra signoria, ca so hommeni del vostro tener, non volsemo far nouita nessuna, ma recurrimo a vuy chomo signor lor, che fazati quella iustisia chi se conuien.

Et perzo lo comun de Ragusa supplica ala vostra signoria cum spezial baldeza, che vi piaqua far prouison contra li dicti malefattori de morte et de le feride de li hommeni, satisfacion de li dampni, et aroberie chi hanno patte; et cum lo vostro senso et discrezion se vi piase, debie ponere tale remedio et ordene sovra questi excessi, che li dicti malefattori siano cum iustisia punidi, li hommeni de Ragusa habiano satisfacion de li lor dampni et de zo zascuni altri de quelle contrade remangnano cussi spauentadi et stremiti, che non tanto a nuy, chi semo cum essi de vna signoria, ma a zaschuni altri zammay non presumano de far tali chose. Et cussi vuy fazando plaseri a dio et a misser lo re nostro signor, conpleri la iustisia et aquistari laude et honore, et nessuno offeso hauera ochasion de murmurar che non possa optegnir iustisia de la vostra signoria*

Et se vuy, chi siti in luogo del nostro signore in questi parti, non ponissino remedio in queste chose per le multiplicate et graue offese, chi cotidianamente ni se fa dali hommeni de la vostra signoria, de ne-

cessa ne scoiiuenera de lamentarne al nostro signor misser lo re, chi prouedera sovra zo de quelk>, chi fara bisongno?«

Et a piii chi starai sefara bisongno in conte de misser lo bana debi stare di VIII. et despuo ademanda littera de resposta da ditta misser lo ban et pilla licenzia e vieni a Ragusa.

Lettere e commissioni di Levanie voL 1359.—1380. foL 41. 53 b—54 a>*
Libri reformationum IV,. 21—22.
Gelcick-Thalloczy Dipl. Rag. br. 35., 41.—43.

271.

1364. 14. maja. (U Budimu).

Pred budimskim kaftolom daruje meštar Tomo sinBogislava s braćom i rođacima svoj'im tri selišta Bezluh zvana u kotaru udbinjskom (Vduina), remetama crkve B. D. M. na brijegu Turun zvanom (u-glagolskoj bilješci na hrptu: Turan),

Capitulum Budensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magister Thomas filius Bogvzlo pro se personaliter, vice et nominibus Nicolai Bogizlo et Fredul fratrum, item Pauli filii Karoli et Karoli filii Gregorii, item Bogizlo, Iwan, Duim et Gregorii filiorum Pauli proximorum suorum, quorum honera in hac parte ad se et ad suas possessiones asumpsit expedienda, coram nobis comparendo dixit et est confessus viua voce, quod ipse cum prenominatis fratribus et proximis matura deliberacione prehabita volentes seminare in terris, vt in celis metere(l) mereantur temporalia transferre valeant in eterna, tres villas seu tria predia Bezluk vocatas in Croacia in districtu Vduina existentes cum earum omnibus vtilitatibus et perttnenciis vniuersis, terris scilicet arabilibus, pimatis et campestribus, siluis, nemoribus, fenetis, aquis aquarumque decursibus, iobagionum sessionibus et aliis quibuslibet ad easdem de iure spectantibus sub earum certis metis et antiquis, item tria molendina, tres scilicet rotas farinam facientes seu molantes, et tres rotas panum tritulantes, in qua boues, oues, vaccas, equacias secundum numerum iuxta voluntatem ipsorutn ac duas vineas Heremitis in ecclesia virginis gloriose in monte Turun existenti, deo et sue genitrici totique collegio beatorum iugiter famulantibus et famulandis ipse cum fratribus suis quoad duas partes, et alii proximi sui prenotati quoad terciam

partem dedissent, tradidissent et donassent perpetuo et irreuocabiiiter tenendas, habendas et possidendas; ymo idem magister Thomas stando modo quo supra dedit et donauit coram nobis asumpmepdo, quod eisdem Heremitis predictas possessiones cum litteris regalibus homine regio, sub testimonio honorabilis capituli ecclesie .Zagrabiensis ab aliorum possessionibus distingueret, et postmodum mediantibus litteris regalibus confirmaret suis propriis et dictorum fratrum ac proximorum laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras priuilegiales sigillique nostri munimine roboratas alphabeto intercisas duximus concedendas. Datum per manus discreti viri magistri Alberti, lectoriš ecclesie nostre, tercio die festi pentecostes, anno domini M°CCC° sexagesimo quarto; presentibus viris discretis magistris Petro custode, Ladislao, Emerico, Mychaeie, Nicoiao, Jacobo, Beneđicto et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo deuote famulantibus.

Original na pergam. u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L, no. 34.824. — Stara sig-n.: Acta monast. B. M. V. in monte Turun no. S.

Na listini visi o crvenoj vlaknatoj svilenoj vrvci pecat.

Na hrptu je bilješka: 003 3 iRjSfim] fEa&h OHa&ifiP *Pih* atlbnUPS B3CTbfi fiSbđi |TliTiai]fijffi ^30130113*

272.

1364, 17. maja. **U Budimu (Buđae).**

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski odgovara u Veneciju na pismo upravljeno na njega u sporu šteta počinjenih Zadranima po Mle-Čanima.

Exemplum litterarum domini regis Hungariae responsalium ad ducales litteras sibi missas pro damnis animalium Jadratinorum.

Amice charisime! Litteras nobis per harum exhibitorem directas, et etiam copiam responstonis uestrae fideli nostro Nicolao banno(!) Croaci§ et Dalmatiae ad quasdam litteras suas factae, affectione solita recepimus. Et super his amicitiae uestrae respondemus, quod de huiusmodi responsione uestra bene contentamur, tenentes indubie, quod fidelibus nostris Symoni de Diacono et Joanni Galli, ciuibus Jadratinis, ex parte uestrorum, quos auctores dampnorum suorum reperitis, condignam impendatis et iustam satisfactionem. Data Bude, die decima septima mensis man.

Na donjem rubu: Inclito domino Laurentio Celsi duci Venetiarurn, amieo nostro carissimo.

Com. t. VII. fol. 167.
Iz c, kr. kućnog, dvorskog i dršavnog arkiva u Beču,

273,

1364, 18, maja.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrdu^e Babonićima privilegij, što im ga je dao Karlo Roberto g. 1330. q. decembra. (Cod. dipL IX. 534.).

Lodovicus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presentium notitiam habituris salutem in eo, qui in se credentibus dat salutem. Quoniam ea, que ex voto fidelitatis benigno cum favore conceduntur et donantur, ius appetit, ordo expostulat, ratio exquirit, ut tenore literarum debeant exordiri, ne lapsu temporis calamitate exsurgente incommoda irritentur oculis gratiosis intueri et ad memoriam posterorum perpetuam literarum patrocinio debeant commendari. Proinde ad universorum presentium et futurorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod fidelis noster Duym filius Radozlai filii Babonik ad nostram regiam accedens presentiam exhibuit nobis quoddam privilegium gloriosi principis domini Karuli, inclyti regis Hungarie clare memorie, genitoris nostri carissimi, sub novo et authentico suo sigillo communitum, super legitima confirmatione omnium iurium et iufisdictionum, ac quarundam possessionum ipsorum nova donatione emanatum et confectum tenoris infrascripti, nostram exinde flagitans excellentiam, quatenus ipsum privilegium paternum acceptare, ratificare et approbare, regiaque autoritate nostro tegio dignaremur confirmare privilegio. Cuius privilegii tenor *est* talis: *(Slijedi listina od godine 1330. . 9. decembra.)* Nos itaque humilimis petitionibus anotati Dwym filii comitis Radozlai filii Baboaik favorabiliter inclinati, attendentes fidelitates et fidelium servitioriim preclara merita, quas et que primo prefatus Nicolaus miles condam domino Karulo genitori nostro carissimo et consequenter antefatus Dwym nobis et sacre regni nostri Hungarie corone cum sumpma fidelitatis constantia et votiva sollicitudine, non parcentes rebus nec persone eorum, indesi-

nenter exhibuerunt usquemodo et exhibere eosdem sentimus in presenti, ac exhibituros pro firmo credimus et in futurum, predictum privilegium paternum presentibus de verbo ad verbum insertum in nulla sui parte vitiatum, cum toto suo tenore de consensu et beneplacita voluntate excellentissime principisse domine Elizabet, regine genitricis, ac domini Stephani ducis, fratris, nostrorum carissimorum, nec non consilio prelatorum ac baronum regni nostri ad hoc habito approbamus, acceptamus, ratificamus et presentis scripti nostri patrocinio privilegialiter innovantes perpetuo valere confirmamus. In cuius confirmationis testimonium firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras privilegiales duplicis sigilli nostri novi et authentici munimine roboratas. Datum per manus reverendi domini Nicolai archiepiscopi Collocensis, supremi cancellarii nostri, quinto decimo kalendas iunii, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, regni autem nostri vigesimo tercio; venerabilibus in Christo patribus dominis, Strigoniensi sede vacante, fratre Dionysio archipostulato Collocensi, Dominico Spalatensi archiepiscopo, Nicolao Agriensis, Demetrio Waradiensis, Andrea Transsiluano, Nicolao Quinqueecclesiensis, Gregorio Chanadiensis, Colomano Jauriensis, Michaele Vaciensis, Johanne Wesprimiensis, Nicolao Zagrabiensis, fratre Peregrino Boznensis, fratre Thoma Sirmiensis, fratre Stephano Nitriensis ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibusf magnificis viris Nicolao palatino, iudice Cumanorum, Stephano vavuoda Transsiluano comite de Zonuk, Oliverio magistro thauemicorum nostrorum iudice curie reginalis, comite Thoma iudice curie nostre, Paulo magistro thauernicorum reginalium, Dominico bano de Machow, Dionysio agazonum nostrorum magistro, Nicolao Konth comite Posoniensi, aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Thalloczy-Barabas Cod. đipL com. de Blagay 150.—152.

274.

1364. 2. juna. (U Križevcima).

Pred Đurom iupanom kri&evačkim i plemićkim sucima iste županije sklapaju nagodbu prior samostana sv. Marije u Krizevcima sa sinomima Egidija u parnici, koju • je prvi proti potonjima podigao radi nekog posjeda pred saborom lupanije krizevačke; tont nagodbom daju sinovi Egidija recenom samostanu neku sj'enokošu, dočim samostan priznaje tuienima njihovo pravo vlasniUva na prijepornome posjedu,

Nos magister Georgius comes Crisiensis, nec non Egidius fiiius Bexe, Blasius filius Elie, Ladislaus filius Pouse et Stephanus filius Ladislai, iudices nobilium Crisiensis comitatus memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod cum in congregacione generali per dominum nostrum venerabilem in Christo patrem Stephanum, diuina prouidencia episcopum Zagrabiensem et regni Sclauonie vicarium generalem, ac dominum Stephanum, magistrum sacre pagine, eadem prouidencia episcopum Vaciensem, nec non Thomam, germanum quondam Nicolai archiepiscopi Strigoniensis, vicarios maiestatis regie, cum eodem deputatos, vniuersis nobilibus comitatus Crisiensis publica proclamacione facta in quindenis .festi penthecostes in Crisio celebrata, religiosus vir frater Benedictus de Ala, ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini, prior claustri ecclesie beate virginis de eodem Crisio tam in sua, quam fratrum in eodem claustro deo famulancium personis, tanquam verus et legitimus successor . . . . de medio aliorum causidicorum exsurgendo contra Petrum, Petk, Georgium et Joannem filios Egidi . . de . . . super quadam possessionaria porcione olim per Nicolaum filium condam Isak . . . . ecclesie beate virginis deuoluta, ordine iuris obseruato causarn seu litem mouisset et suscitasset; tandem licet idem prior et fratres dictam porcionem possessionariam ab eisdem filii[s] Egidii iuris ordine conuenerint, tamen ut . . . fratres seu successores pace in tranquilla et quiete perpetua perseuerent et obdurent, obtenta prius a prefato domino episcopo et a nobis pacificandi licencia, per composicionem et ordinacionem proborum et nobilium virorum inter eosdem arbitros talem . . . ^vnionem deuenerunt coram nobis, quod iidem Petrus, Petk, Georgius et Joannes quoddam vnum fenetum eorum inter duos fluuios Zelnek et Cherezma vocatos habitum in concambium seu permutacionem prelibat.........filii Isaak sub metis et terminis infrascriptis ab eorum ac aliorum iuribus separatum et definetum(I) absque contradiccione aliquali eidem ecclesie

beate virginis ac fratribus in eodem claustro commorantibus et in futurum constituendis dederunt . . . . et irreuocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum. E conuerso autem idem prior et fratres sui prefatam porcionem possessionariam quondam Nicolai filii Isaak totalem cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis sub iisdem metis . . . . antea possedissent pro antedicto concambio feneti permutatt eisdem filiis Egidii et eorum heredibus relinquerunt, remiserunt et resignauerunt, similiter iure perpetuo possidendam. Litteras autem, quas et que idem prior et fratres prenotati ad eandem porcionem possessionariam habuissent emanata et confecta omnino et totaliter eisdem filiis Egidii reddiderunt et restituerunt ut, ... plene et integre; si quas autem fraudulenter et nequiciose obseruassent . . . . et viribus carituras . . . . . contra . . . . . . personam. Assumpserunt eciam idem Petrus, Petk, Georgius et Joannes, quod si qui per quempiam in processu temporum prelibatos priorem et iratres eiusdem claustri racione . . . . . . ordine iuris . . . . siue eciam contra eosdem suscitaret, extunc . . . iidem filii Egidii vel eorum heredes propriis laboribus et expensis tenebuntur expedire, tali obligacione interposita, quod si que parcium predictarum ipsam ordinaciopem seu concambium infringeret ac in eadem perstare ac obdurare nollet vel non curaret reputando, extunc talis pars rebellis contra partem alteram predictam composicionem et ordinacionem seu concambium tolerantem . . . . quadraginta marcarum sine iudicis porcione ante litis ingressum deponendarum conuinceretur eo facto. Ad que omnia premissa et singula premissorum predicte partes sponte se obligarunt coram nobis. Mete vero prelibati feneti, prout easdem magistri Joannes filius Jacobi, vicecomes, et Adam, prothonotarius nostri . . . . . . quos ad statuendum eisdem prefata concambia transmiseramus vna cum predictis partibus . . . . reportarunt, sunt tales: prima meta incipit a parte occidentali in arbore salicis, que wlgariter fyzfa dicitur, cruce signata, que est in littore prefati riuuli Zelnek uocati, ubi est meta terrea a parte orientis . . . riuulum . . . . abhinc directe procedit versus orientem per alias tres metas terreas et venit ad arborem ilicis, que wlgariter thulfa vocatur cruce signata, sub qua est meta terrea iuxta dictum riuulum Che . . . za(!) vocatum, per quem riuulum infra descendit versus meridiem usque cursum dicti riuuli Zelnek et per eundem Zelnek inflectitur contra cursum eiusdem versus septemtrionem ad priorem metam, et sic terminantur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales partibus ambabus ad peticionerri earundem duximus concedendas, pendentis sigilli nostri munimine robo-

ratas. Datum in Crisio octauo die congregacionis prenotate, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto.

Kopija XV 1L vijeka na papiru u kr. zem. arkivu uZagrebu Doc. med> aevi. a, 1364. Nekoć: Acta Franciscanorum Crisiensium.

275

1364. 7. juna. (U Čazmi).

Pred kaptolom čazmanskim damju JPavao i Petar sinovi Dudechovi i Toma Stjepanov iz iupanije virovitičke Dominiku Jakovljevu iz Konjske (Kanizka), trećinu posjeda Konjska (Kanizka) iz zahvalnosti, Što im ie po?nogao, da im je povračen oteti im prije spomenuti posjed.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentem paginam intuentibus salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Paulo et Petro filiis Dudech et Thoma filio Stephani de comitatu Reuchensi ab una, parte vero ex altera magistro Dominico filio Jacobi de Kanizka personaliter coram nobis constitutis, per eosdem Paulum, Petrum et Thomam viua uoce spontaneaque uoluntate confessum extitit pariter et relatum, quod quia idem magister Dominicus ad reobtinendum et rehabendum possesssionem eorum hereditariam manibus potenciariis occupatam, Kanizka uocatam, a Dragech et Dragan, auis et predecessoribus eorum hereditarii iuris titulo ipsis deuolutam, pro cuius reinuencione et rehibicione nunc propria eorum facultas non suppeteret, rebus in(!) persona adoptatum et tanta tamen ipsis exhibuisset et impendisset subsidium et iuuamen. Igitur ipsi in expensam et retribucionem eiusdem tanti beneficii rectam terciam partem eiusdem possessionis ipsorum a parte possessionis ipsius magistri Dominici sitam cum omnibus suis vtilitatibus et vtilitatum integritatibus ipsi tercie parti congruentibus dedis-"sent, donassent et tradidissent, ymo tenore presencium dederunt, tradiderunt et donauerunt coram nobis prelibato magistro Dominico et per eum heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam; assumpmentes iidem prenotatum magistrum Dominicum et eiusdem posteros contra omnes cognatos eorum et proximos in predicta tercia parte possessionis eorum iam dicte et eiusdem vtilitatibus vniuersis pacifice et quiete conseruare; tali vinculo interiecto, vt si ipsi sepedictum magistrum Domi-

nicum et eiusdem posteros in pretacta tercia parte possessionis eorum prenominate in toto uel in parte contra omnes cognatos eorum pacifice et quiete modo premisso conseruare nollent vel non possent, in subcubitu đuelli potencialis conuincerentur contra magistrum Dominicum et posteros eiusdem prenotatos et insuper porciones eorum in prenotata possessione eorum ipsos contingentes cum omnibus earum vtilitatibus eidem magistro Dominico et eiusdem posteris perpetuo deuoluentur possidende, tenende pariter et habende ipso facto. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria sexta proxima ante festum beati Barnabe apostoli, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto.

Original na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije: Diplomata a. 1364.

Na listini vist crvena svilena vrvcd bez pečata.

Ova listina potvrđena od bana Ulrika Celjskoga nalazi se u kr. ug. driavnomarkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.011. — Stara sign, N R. A. fasc. 1575. no. 19.

276.

1364. 11. juna (U Dubrovniku).

Mora e u ime Martinusija de Procho, ne smije nikom izdati do nalom iz Dubrovnika.

Die XI. mensis iunii. Registrum littere destinate Cherve de Mora ad peticionem Benesse de Benessa.

Piero de Prodanello, rector de Ragusa, Savin de Bonda, Nicola de Grede, Blasio de Babalio, Nicola de (^avernicho et Marino de Go§e, iurati iudesi de la dicta terra, a ti Cherve de Mora, nostro ^etadino de Ragusa, salutem cum sincero amor. Ca per parte de Benessa de Benessa ni'fo facta fe, ca tu re^evesti da Nixa de Goge in san Dimitri uno paro de bisage cum argento de Martinusso de Proclo, debitore del dicto Benessa, sicho ordeno al dicto Nixa Stepe de Sorgo per sua lettera de Ragusa. Per 90 volemo et chomandemo sub pena a nostra voluntate, che debi tignire per man de la signoria sequestrate le dicte bisage cum lo argento et ad nessuna persona le debi dar senga nostro chomandamento. Et se el ti fosse stado ordenado de mandar lo ditto

argento a Ragusa et tu lo debi mandare in man nostra; et debi ni scrivere ordenadamente quanta quantitate e de anjento, et cum ehe condigion ti e stato dado a ti questo argento ; et non fare altro.

Galeg Paulovich, Priboe Radenovich cursores iurati.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380.f. 54.
Libri reformationum IV- 22.

277.

1364. 13. juna. U Zagrebu. (Zagrabie).

Stjepan biskup zagrebački i vikar kraljevine Slavonije pozivlje kaptol zagrebački, da izašalje svog povjerenika, da bude prisutan kod razvoda međa posjedima Mlynoga> Vizoko i Ztresich, kaji ima uslijediti na tužbu opata topličkog samostana Guide proti slob. gradu Petrinji:

Viris discretis capitulo ecclesie sue Zagrabiensis, fratribus in Christo karissimis et amicis suis reuerendis Stephanus, diuina prouidencia episcopus eiusdem ecclesie Zagrabiensis et regni Sclauonie vicarius generalis, sinceram in domino caritatem cum amicicia pleniori. Vestra noverit amicicia, quod vir religiosus dominus frater Guydo, abbas monasterii beate virginis de Toplica, in congregacione nostra generali per nos de speciali regio mandato vna cum domino Stephano, sacre scripture magistro, eadem prouidencia episcopo Nytriensi; et strennuo milite magistro Thoma, fratre quondam domini Nycolai archiepiscopi Strigoniensis, hominibus regis, per regiam maiestatem de curia sua regia ad hec specialiter transmissis, feria secunda proxima ante festum beati Barnabe apostoli vniuersis nobilibus comitatus Zagrabiensis publica proclamacione facta, Zagrabie celebrata, de medio aliorum causancium exurgens contra villicum et vniuersitatem hospitum de Petrina egit proponendo, quod iidem feria quinta proxima ante quindenas festi pasce domini, cuius in proximo septima[1] preterisset reuolucio annualis, quasdam possessiones dicti monasterii Mlynoga et Vizoka vocatas, nec non medietatem cuiusdam terre possessionis eiusdem monasterii beate virginis Ztresich nuncupate per illustrem principem dominum Andream, quondam regem^ Hungarie felicis recordacionis, fundatorem scilicet dicti monasterii, eisdem, mediantibus suis litteris priuilegialibus coram nobis et eisdem baronibus in specie exhibitis, in perpetuam elemosinam datas

[1] U listini od g. 1364. 15. juna sexta

per indebitas reambulaciones rnetas eiusdem veras et antiquas in priuilegio domini Stephant, quondam Sclauonie bani et capitanei Stirie, similiter in nostri presencia in specie producto, contentas, destrueiido potencialiter et contra legittimas procuratoris ipsius monasterii prohibiciones per se vsurpatiue occupassent ad dictam liberam villam de Petrina, nouis metis iuxta nutum voluntatis eorum positis minus iuste applicando et ad usus eorum non de iure conuertendo, quas adhuc in preiudicium. graue dicti monasterii detinerent occupatas. Que omnia iudices nobilium iuratique assessores et vniuersi nobiles dicti comitatus in ipsa congregacione nostra existentes ad nostram iuridicam requisicionem per eosdem villicum et hospites de Petrina premisso modo facta fuisse affirrnarunt. Quibus sic peractis Taysa filius Jacobi de Moroucha, procurator eorundem villici et hospitum de Petrina legitimus, facie ad faciem coram nobis ad hoc deputatus, assurgendo non aliquas possessiones seu possessionarias particulas ipsius monasterii beate virginis de Toplica per eosdem villicum et hospites de sepefata Petrina occupatas fore et fuisse, sed terras eiusdem libere ville Petrina proprias intra veros et certos metales cursus in litteris priuilegialibus regalibus libertatem ipsorum continentibus, modo simili in nostri presencia in specie presentatis contentos et adiacentes per eosdem villicum' et hospites limitatas extitisse allegauit ex aduerso. Vnde cum nos iura parcium predictarum possessionaria[1] litigiosa iuxta seriem instrumentorum earundem et cursus metarum in eisdem contentos, eo quod quelibet eorum super suis iuribus possessionariis instrumenta efficacia certas metas eorundem contenta habere dinoscitur mediantibus nostro eorundemque domini Stephani, episcopi Nytriensis, et magistri Thome hominibus vnoque ex iudicibus nobilium dicti comitatus Zagrabiensis presente ydoneo viro, testimonio ab inuicem conscienciose sequestrari sicque vnicuique parcium predictarum sua iura possessionaria iuxta seriem suorum instrumentorum et cursus metarum in eisdem expressarum ab inuicem distingendo per eosdem pacifice possidere mature deliberando statui velimus, amiciciam vestram presentibus requirimus diligenter, quatenus vnum ex uobis virum ydoneum simplici canonia, maiori ecclesiastica dignitate prefulgentem pro vtrisque partibus de collegii vestri medio pro testimonio transmittatis; coram quo et cum quo magister Jacobus, prothonotarius et vices nostras gerens, noster, nec non magister Gallus filius Michaelis, nepos quondam domini Stephani archiepiscopi Colocensis, prefati domini Stephani episcopi Nvtriensis, ac Ladizlaus filius Stephani de Kouachi, sepefati magistri Thome, homines ad hoc specialiter transmissi presente

[1] Pieano: possessionara.

vno ex iudicibus nobilium comitatus Zagrabiensis antedieti, cui illic presencium serie aćcedere iubemus tercio die festi natiuitatis beati Johannis Baptiste nunc proxime venturi ad facies predictarurri possessionum et possessiotiariarum particularum Mlynoga, Vizoko et Ztresich vocatarum vicinis et eommetaneis suis vniuersis legittime inibi conuocatis, partibus uei earurri procuratoribus presentibus, accedendtf easdem in ea parte, vbi eedem terre prefate libere ville Petrina iunguntur iuxta cursus metarum in litteris priuilegialibus parcium predictarum per easdem inibi exhibendis contentarurri nouis metis secus veteres itl locis necessariis erectis reambulent reambulatasque et sic ab invicem per predictos cursus metales vndique distinctas vnicuique parcium predictarum sua iura possessionaria prenotata contradicione earundem in hac parte sibi inuicem obuiare non valente eo iure, quo ipsas uel earum aliquam tangere dinoscuntur statuant et relinquant pacifice possidere et habere; facta siquidem huiusmodi possessionaria statucione de eo, vtrum alique possessiones vel possessionarie particule eiusdem domini abbatis et sui monasterii prenotati per prefatos villicum et hospites de Petrina in preiudicium eiusdem monasterii occupate fuerint et vsque nunc detente existant, vel ne, diligenti et conscienciosa inuestigacione prehabita ab omnibus quibus decet, deum inserendo pre oculis, sciant, videant et[1] inuestigent omnimodam veritatem; et post hoc seriem omnium premissorum nobis suo modo amicabili rescribatis. Datum Zagrabie, quarto die congregacionis nostre prenotate, anno domini MCCCLX° quarto.

Iz kodeksa: Priuilegia monast. b. virg. Marie de Toplica no$_m$ 66. Kodeks se nalazi u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. XI. 15.

278.

1364. 15. juna. U Zagrebu. (Zagrabie).

Stjepan biskup zagrebacki i m'kar kraljevine Slavonije svjedoči, da su na saboru zupanije zagrebačke pod prisegom potvrdili plemički suct\ priseznici i svi plemići, da su građani Petrinje doista protupravno zaposjeli posjede Mlynoga, Vyzoko i Stresich.

Nos Stephanus diuina prouidencia episcopus Zagrabiensis et regni Sclauonie vicarius[2] generalis memorie comendamus, quod dominus frater Guido, abbas monasterii beate virginis de Toplica, in congrega-

[1] Slijedi precrtano: uidea.
[a] Pisano: vicaris«

cione nostra generali per nos vna'cum domino fratre Stephano. sacre theologie magistro, eadem prouidencia episcopo Nytriensi, et strenuo milite magistro Thoma, fratre. quondam domini Nycolai, archiepiscopi Strigoniensis, hominibus regie maiestatis specialibus, publica proclamacione facta, vniuersis nobilibus comitatus Zagrabiensis feria secunda proxima ante festum beati Barnabe apostoli, Zagrabie celebrata, de medio aliorum causancium exurgendo nobis et eisdem baronibus ac iuratis assessoribus, iudicibus nobilium et vniuersis nobilibus in dicta congregacione nostra existentibus per modum grauis querimonie significare curauit, quod Iwche quondam villicus et tota communitas hospitum * in Petrina feria quinta proxima ante quindenaš pasce domini, cuius nunc sexta[2] preterisset reuolucio annualis propria ipsorum auctoritate et potencia mediante super quasdam possessiones dicti monasterii Mlyn'oga, Vyzoko et Ztresich vocatas, quondam per regiam excellenciam dicto monasterio in perpetuam elemosinam salubriter ćollatas[3] duas ex eisdem scilicet Mlynoga et Vizeka(!) nuncupatas omnino ac medietatem de eadem tercia possessione Ztrešich nominata per quasdam indebitas reambulaciones contra crebras prohibiciones procuratoris dicti monasterii legitime factas occupassent et easdem destructis ipsarum veris et antiquis metis nunc tenerent occupatas; de quibus duodecim colonos affugari et septem molendina desolari fecissent; et hoc eisdem iudicibus nobilium, iuratis assessoribus ac vniuersis nobilibus in dicta congregacione nostra existentibus pateret euidenter. Cumque nos auditis huiusmodi querelis dicti domini abbatis ad eiusdem humilem supplicacionem prefatos iudices nobilium iuratosque assessores et vniuersos nobiles ad dictam congregacionem nostram confluentes pro dicenda premissorum veritate iuridice quesiuissemus. Mox iidem ad premissam nostram iudiciariam requisicionem fide eorum deo debita et fidelitate sacre corone regie obseruanda mediante, tacto viuifice crucis ligno pro obseruanda regni iusticia prestito iuramento per prefatos villicum et hospites de Petrina suprascriptas possessionarias porciones dicti monasterii occupatas fuisse et metas earundem antiquas destruendo, metas pro se ipsis nouas potencialiter faciendo erectas extitisse vnanimi, conscienciosa et concordi attestacione affirmarunt coram nobis, set hoc nescirent quante essent porciones possessionarie prenotate, uel quantum dampnum racione premissorum perpessus extitisset dictus dominus abbas prenotatus. In cuius assercionis testimonium vicariatus nostri eorundemque domini Stephani episcopi et

[1] Umetnuto ovamo navodnim znakom.
[2] U ltstini od g. 1364. 13. juna: septima!
[3] Listinom od g. 1211. kralja Andrije Melinoga, Stresvche, Wyzocha . . . Tkalcić Mon. episc. Zagr. I. p. 26.

magistri Thome sigilla presentibus duximus apponenda. Datum Zagrabie sexto die congregacionis nostre prenotate, anno domini MCCC^{0} sexagesimo quarto*

Iz kodeksa: Priuilegia monasterii beate virginis Marie de Toplica no, 65.
Kodeks se nalazi u arkivu nadbiskupije » Zagrebu: I. B» XI. 15.

279.

1364. 16. juna. U Zadru. (Jadre).

Franjo de Zadulinis daj'e Grguru Volcine i Merdeši Radenichu s otoka Pašmana (de Pischimano), kao kolonima jednu svoju ledinu, da nasade vinograd uz plaćanje godišn/e četvrtine, te uz uvjet^ da če kod svakog otuđenja dati mu jednog skopca ili 12 groša.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, indicione secunda, die sexto decimo mensis iunii; regnante serenissimo principe et domino nostro domino Lodouico, dei gracia illustri rege Hungarie, temporeque reuerendi patris domini Nicolai de Seeg, regnorum Dalmacie et Crohacie bani generalis et comitis ciuitatis Jadre. Ser Franciscus de Zadulinis, ciuis Jadre, iure pastinacioms dedit, concessit et locauit Gregorio condam Volzine et Merdesse Radenich de Pischimano gognaios tres et quartum alterius g°g^{na}i tere vacue posite in insula Pischimani; cui terre hii sunt confines: de austro terra ser Mauri condam Francisci de Grisogonis, de trauersa mare, de borea terratici archiepiscopatus Jadre, de quirina terra ser Francissi de Zadulinis mediante via comunis, — ad pastinandum, laborandum, studendum et procurandum, semel putandum et bis zapandum, anno quolibet multiplicandum cum pocladis et grebeniziis, cum condicione et pacto, quod dicti laboratores debeant pastinasse (!) dictos tres gognaos terre et quartum alterius gognai usque ad tres annos proxime subsequentes sub pena sex perperornm; ita et taliter, quod dicti laboratores cum heredibus et successoribus suis annuatim quartam partem omnium fructuum ex ea perueniencium dare teneantur ad ripam maris in barcha expenssis omnibus dictorum laboratorum; et quociens vinea venderetur, tociens dicti laboratores dare teneantur patrono terratici vnum bonum castratum vel soluere pro eo grossos duodecim; verum dicti laboratores possint et valeant de iure suo facere velle suum, iuribus dicti locatoris semper saluis. Quos tres gognaos terre vacue et quartum

alterius gognai dictus ser Franciscus locator cum omnibus suis iuribus et pertinenciis vniuersis dictis laboratoribus stipulantibus ab omni persona, homine et vniuersitate defendere et excaluniare promissit super se et bonis suis omnibus presentibus et futuris; et dicti laboratores omnia et singula suprascripta laudauerunt et aprobauerunt eaque atendere et obseruare promisserunt sub omnium suorum obligacione bonorum presencium et futurorum. Et voluerunt dicte partes de premissis fieri duo publica instrumenta. Actum Jadre presentibus Gregori de Zadulinis, Zicharello et Josiza de Begna, testibus ad hec vocatis, rogatis et aliis.

f Ego Grisogonus olim Damiani de Begna, examinator manum missi.

(Signum not.)

Ego Bartholomeus filius condam ser Paganini de Bononia olim cancelarii Jadre, publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, cui per maius et generale conscilium Jadre concessum est et atributum scribere, autenticare et in publicam formam reducere omnes scripturas, acta et instrumenta cuiuscumque generis Blasini Brochi, condam notarii et iurati Jadre, me supradictam cartam pastinacionis sua propria manu abreuiatam scripssi et in publicam formam redegi..

Originac na pergam. u gubernij. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 727.

280.

1364. 17. juna. (U Zagrebu).

Pred zagrebačkim kaptolom prodaje Petar sin Jurja iz Pribića sve svoje posjede u Pribiću sinovima Mihajla Bisseni de Nezd.

[No]s capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Petrus filius Georgii de Pribvch in nostri presencia personaliter constitutus dixit, retulit et confessus extitit ministerio viue vocis se vniuersas porciones suas possessionarias ipsum quovis iuris titulo in dicta Pribych contingentes nobilibus viris magistris Johanni, Andree et Mathie filiis Michaelis Bisseni de Nezd comitatus Symigiensis pro quadraginta florenis auri puri plene ab eisdem, ut dixit, habitis et receptis vendidisse, tradidisse et assignasse, ymmo coram nobis vendidit, tradidit et assignauit iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas in filios filiorum et heredes, saluo iure alieno. In cuius rei testimonium firmitatemque perpetuam presentibus sigillum nos-

trum duximus appendendum. Datum feria secunda proxima post festum beatorum Viti et Modesti martirum, anno domini M°CCC°LX⁰ quarto.

Original na pergameni u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 33.662. — Stara sign. N. R. A. fasc. 1539. no. 69. Na listini visi zelena svilena vrvca bez pečata.

281.

1364. 20. juna. **(U Dubrovniku).**

Općina dubrovačka šalje svoga punomoćnika u Ankonu, da nabavi vina. .

Die XX. mensis iunii. Copia comissionis fatta Leonardo de Dersa.

Nuy Piero de Prodanello, rectore de Ragusa, cum lo picolo consello per auctoritate a nuy data da lo gran consello comettemo a ti Leonardo de Dersa, nostro amado cetadino, che al nome de dio et de messer sancto Blasio debi andare da parte nostra et de tuta la terra in Anchona, et siando la spiaray et saveray dove porray haver mellori vini et per melior merchado; et dove in uno de questi due luogi porray haver mellori vini et per millor merchado, et tu debi comparare quattro millia quinquade vino, de cimma de vino, de questi VIIIC. ducati, che ti havemo dati; et de auello chi ti manchara a la compara de questo vino et tu debi obbligare lo comune per quanto ti parera, fin a summa de ducati VIC, come ti havemo fatto lo sindicato. Et se potray haver navilio per adure questo vino, bene quidem; altramente, et tu al piu tosto chi potray, debi cargare questa barcha, cum la quale tu vay et manda la a Ragusa et scrivi ni ordenadamente de omne chosa.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. fol. 54 b.
Libri reformaiionum III. 22.—23.

282.

1364. 25. jula. U Gerenčeru. (In villa Gerencher).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaze Stj'epanu, biskupu zagrebačkomu i namjesniku u Slavonij'i, da nešto poduzme, da prestanu tuibe na novac, Što ga je on (t. f. namjesnik) u Slavoniji stavio u tečaj'.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie, fideli suo venerabili in Christo patri, domino Stephano, Zagrabiensi episcopo regnique Sclauonie vicario enerali salutem et graciam. Noveritis, quod tarn nobilium quam civitatensium in regno nostro Sclauonie iam dicto consistencium querimonia aures propulsavit nostre maiestatis, quod illa moneta nova, quam in eodem regno exponere intenditis discurrendam, eis nimium fieret nociva, ymmo ex eiusdem exposicione cunctis ipsius regni incolis dampnum intollerabile et turbacionem non modicam presensissent evenire. Quare fidelitati vestre firmis damus in mandatis, quatenus, si cum eisdem nobilibus et civitatensibus poteritis ordinare, ut predicta moneta in eodem discurrat regno ipsius incolarum mutuis usibus exponendam iuxta vestram intencionem, bene quidem; alioquin factum ipsius monete taliter disponatis, ut eadem moneta nec nobilibus et civitatensibus predictis sit nociva et dampnosa, nec eciam nobis dampnum eveniat ex eadem. In casu autem, quo horum neutrum facere possetis, tunc nobis ea seriatim rescribatis, ut nos exinde deliberemus, quid fuerit faciendum. Datum in villa Gerencher, in festo beati Jacobi apostoii, anno domini millesimo CCCLX quarto.

Original na papiru it arkivn nigoslavenske akademije, pečat iatni kraljev pritisnut na plećima.

*Tkalcić Mon. civ. Zagrab. **L** 281.*

283.

1364. 27. jula. U Cazmi.

Stjepan, biskup zagrebacki, određuj'e, da imadu priseći oni kapitularci, koji su pozvani od kralj'a ili bana, da budu prisežnici suda.

Stephanus dei et apostolice sedis gracia episcopus ecclesie Zagrabiensis omnibus ad quos presentes pervenerint, quosque presens negocium tangit vel tangere poterit quomodolibet in futurum, salutem in

domino sempiternam. Placens deo veterum in domo domini militancium conversacio et fida operum exhibicio meruit eorumdem, ut ad ipsos per regnicolas in eorum agendis specialior, more patrie laudabili, et tucior recursus habeatur; sed quorumdam modernorum ad bonum pigra, ad malum vero prona subtilitas priorum suorum gestus laudabiles sinistra molitur accione extinguere. Unde factum ' est, ut quorumdam locorum collegiatorum et conventualium rectores et persone, dum cupiditati sue frena restringere et manus a munere excutere noluerint, sigilla eorum, yrnmo verius munimen et ecclesie sue decorem(l), per que iura regni tueri solebant, novissimis temporibus ammitterent, et tam suam quam ecclesie eorum famam sempiterno obprobrio macularent. Cum igitur illos felices describat antiquitas, quibus ex alieno prestatur cautela periculo, volentes dictam ecclesiam nostram Zagrabiensem, cui auctore deo licet inmeriti presidemus, sic undique esse regulatam et sic tutam, ut nichil sit, quod sibi et suis ministris possit affere incommoda, nec locus timori relinquatur. De sano et maturo consilio statuimus inrefragabiliter (I) sanccientes, quod ad execucionem cuiuslibet negocii regnicolarum, quod longo usu fldeidignitali nuncupatur, dum fratres nostri de capitulo per regem et reginam, iudicem curie eorum, palatinum et banum regni Sclauonie vel per aliquem iusticiariorum Hungarie et Sclauonie regnorum de aliqua re nunciis aut litteris fuerint requisiti, tales deputent et dirigant ex canonicis vel prebendariis dicte ecclesie nostre pro varietate negocii, qui fame nitore, consciencie puritate et morum honestate perfulgent, et contra quos alias nulla suspicionis causa in simiiibus extitit agitata. Qui antequam onus exequendi negocii assumpmant, iurent ad sanctos dei, tactis ewangeliis sacrosanctis, quod nec prece nec precio, nec odio nec favore a veritatis tramite reflectuntur, sed negocium sibi commissum absque machinacione mali, sine dolo exequentur, et quod nichil petant, vel recipiant a causante, quod dantem manifeste ledat, vel clamorem suscitet sive murmur; sed habendo pacienciam in dantem vlariter recipiant, quod offertur. In casum autem, ubi forte labor talium non eque bene remuneraretur, tot persone ex dicto capitulo, quod sigillare consveverunt, taxabunt conscienciose quantum debeat, pensata laboris et cause qualitate; pecunia vero sic optenta, inpensa prius dicta retribucione de labore illorum, qui huiusmodi negocia exequentur, quam disposicioni eorumdem fratrum nostrorum relinquimus, usui communitatis dicti capituli per omnia deputetur, que scilicet pecunia reposita in archa ad hoc apta sub sigillo communitatis dicti capituli conservetur; et postquam iuxta numerum canonicorum dicte ecclesie nostre fideidignitas ipsa circumducta consumatur, eadem pecunia de dicta archa excepta inter personas et canonicos eius-

dem ecctesie nostre equaliter dividatur, illis dumtaxat exceptis, qui non sunt in sacris ordinibus constituti, quique extra dictam ecclesiam nostram absque manifesta et racionabili causa commorantur. Volumus eciam et sub pena infrascripta precipimus, ut antiquam et prescriptam dicte ecclesie nostre in scriptis redactam, qua cavetur, ut nullus admittatur in consilium et agendis capituli, qui non est in sacris constitutus, omnes canonici et persone dicte ecclesie nostre innovent et iurent inviolabiliter observare in tanturn, ut nemo canonicorum ipsius ecclesie nostre, qui non est in sacris, admittatur in consilium, secreta, agendis(l), disposicionem vel quamuis ordinacionem iam nominati capituli ecclesie nostre verbo vel litteris iniendam, nec hii sigillacioni vel leccioni litterarum et instrumentorum propria ipsius capituli vel exterorum iura tangencium possint interesse, nec fructus et redditus ex huiusmodi litteris provenientes percipiendi habeant facultatem. Quos scilicet canonicos non constitutos in sacris ordinibus et nos, auctoritate ordinaria, hiis omnibus, videlicet: consilio et communione capituli nostri, fructuum et reddituum dictarum fideidignitatum et litterarum super hiis conficiendarum et aliis, quibus supra, privamus presentis scripti patrocinio mediante, Proinde precipimus firmiter obtinentibus et obtenturis in futurum in dicta ecclesia nostra dignitates, personatus, beneficia et officia, in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in contrarium venientes, monicione canonica premissa, ferimus in hiis scriptis, quod premissam constitucionem nostram tam salubriter initam, iurent ad sanctos dei ratam habere in perpetuum et totaliter ad omnes sui clausulas effectui mancipare sine contradiccione aualibet, sine fraude. Tu vero custos ecclesie nostre predicte, presentem constitucionem inter alta ecclesie nostre statuta compositam, studeas sub bona custodia conservare, ut si forte aliqui extra sacros ordines constituti inportune se ingerere presumpserint, iidem fratres nostri de capitulo vel alter eorum hos vigore harum constitucionum semper removere sub pena excommunicacionis predicta teneantur. In cuius constitucionis et innovacionis ac privacionis memo* riam firmitatemque perpetuam presentes nostro sigillo anulari secreto duximus consignandas. Datum Chasme, in festo deposicionis sancti regis Ladizlai, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto.

Farlati Ilfyr. sacr. V. p. 437.-438.
Katona Hist. crii. X. 344.-348.
Fejer Cođ. dipL Hung. IX. 3., 443.-446.
Tkalčić Mon. civ. Zagr. I. 231.—233.

284.

1364. 16. augusta. U Zadru, (Jadre).

Suci zadarski izriču u parnici Pelegrine udove iza Franje de Grisogonis proti Franji Lonbardinu i Saladinu za ustup prava vlasništva na dvije livade osudu, kojom udovoljuju zahtjevu tuiiteljice.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, indictione secunda, die sexto decimo menssis augusti; regnante serenissimo principe et domino nostro domino Lodouico, dei gracia inclito rege Hungarie; temporeque reuerendi patris domini Nicolai de Matafarris, decretorum doctoris et Jadrenssis archiepiscopi, ac magnifici et potentis domini Nicolai de Zeećh, regnorum Dalmacie et Crohacie bant generalis et comitis ciuitatis Jadre. Nos Damianus condam Philipi de Begna, Damianus de Cipriano et Micha de Sloradis, iudices curie maioris Jadre ad ciuillia deputati, cognoscentes de lite et questione vertente et que versa est inter dominam Pelegrinam relictam Francisci de Grisogonis seu ser (Janinum eius aduocatum ex vna parte petente, et ser Franciscum Lonbardinum, et Saladinum seu ser Volcjnam de Ginano eorum aduocatum ex altera defendente, in eo et super eo, quod [pe]tebat dicta domina Pelegrina ab ipsis Francisco et Lonbardino fratribus, quod sibi restituerent et restituere deberent duo viridaria posita extra portam terre ciuitatis Jadre; que viridaria ipsa domina Pelegrina seu dictus eius aduocatus dicebat sibi detineri per dictos ser Franciscum et Lonbardinum indebite occupata, tamquam viridaria empta per ipsam dominam Pelegrinam a condam ser Cosa de Saladinis eorum* patre per publicum instrumentum, reseruans ius suum contra supradictos ser Franciscum et Lonbardinum in vsufructibus habitis per ipsos et receptis de viridariis antedicfcis, reseruans eciam ius suum tam contra dictos ser Franciscurn et Lonbardinum, quam contra ser Saladinum et Gregorium eorum fratres, tanquam filios, omnes heredes dicti condam ser Cosse in vsufructibus per eundem ser Cosam eciam habitis et receptis de viridariis antedictis, Hec contra vero respondebatur pro parte dictorum ser Francisci et Lonbardini, quod dicta vendicio et instrumentum vendicionis dictorum viridariorum ficticia erant et quod dictus ser Cosa confidens de dicta domina Pelegrina filia sua dictam vendicionem sibi fiticie fecerat de viridariis antedictis et quod propterea dicta vendicio non tenebat; alegabat eciam dictus ser Volcjna,

quod ipsa vendicio nulla erat eciam alia ratione, videlicet quia dicta viridaria vendita eciam valebant ultra duplo precii, pro quo data fuerant et hoc per testes se oferens probaturum et producens coram nobis quoddam conscilium, quod incipit: »In conscilio rogatorum die X.° nouembris misso partito cum pisidibus et balotis«. Contra uero replicabatur et alegabatur per supradictum ser (Janinum Cosse aduocatum domiue Pelegrine predicte, quod supradicta vendicio pure et libere facta fuerat per dictum condam ser Cosam domine Pelegrine predicte et non fiticie et non sub alliqua condicione, ut apparere dicebat per publicum instrumentum factum secundum ordines et consuetudines Jadre et quod dicta vendicio firma et valida erat et maxime per formam statuti, quod incipit: »Si alliqua persona«, per caius statuti formam testimonium instrumenti seu carte debet in omnibus obseruari; alegabat eciam alliud statutum pro iuribus suis, quod incipit: »Volutnus et cuiuscumque concedimus«, — per que statuta dicebat dictam vendicionem valere et tenere ac valuisse et tenuisse, nec infringi posse vlla racione uel eausa; dicebat insuper, quod testes recipiendi non erant, nec admitendi non erant in causa ista contra instrumentum predictum, quia dictum instrumentum per vllos testes infringi nec anulari non poterat per formam statuti superius allegati et maxime statuti, quod incipit': »Si alliqua persona« ; alegans eciam, quod conscilium supradictum productum per dictum ser Volzinam nichil releuabat, nec in alliquo obstabat peticioni ipsius Zanini aduocati domine Pelegrine predicte producende; legi faciens coram nobisštatuta duo predicta et instrumentum vnum publicum scriptum per Coradum de Padua, notarium ad ciuillia Jadre, in millesirno trecentessimo quinquegessimo(!) secundo, indiccione quinta, die tercio septembris, quo inter cetera continetur, qualiter dictus ser Cossa vendidit supradicte domine Pelegrine duo viridaria sua posita extra portam Jadre,, in confinio sancti Mathei, pro precio librarum septem denariorum Venetorum grossorum, a nobis postulans et requirens, quatenus dictos ser Franciscum et Lonbardum senternciare deberemus at(!) relasandum et restituendum domine Pelegrine predicte supradicta. Quibus auditis et intellectis, auditis eciam, cognitis et intellectis omnibus et singulis, *qne*-dicte partes dicere et allegare voluerunt, attendentes, quod per formam statuti per dictum ser Zaninum superius ailegatum testes contra instrumentum recipere nec admitere non debemus et quod conscilium per dictum ser Volzinam productum nichil obstat peticioni dicti ser Zaninl aduocati domine Pelegrine predicte: pro tribunaili sedentes sub lobia. magna Jadre, Christi nomine invocato, de cuius vultu recta procedunt iudicia, partibus presentibus sentenciamus et per sentenciam dicimus et-preferimus in hiis scriptis dictum instrumentum vendicionis viridariorum

predictorum et dictam vendicionem valuisse et tenuisse et valere et tenere, condempnantes supradictos ser Franciscum et Ronbaldinum (!) ad restituendum et relasandum domine Pelegrine predicte viridaria supradicta libera et expedita et ad dandum et soluendum ipsi domine Pelegrine expenssas legiptime in causa factas; iurantes dicta domina Pelegrina se tempore, quo celebratum fuit dictum instrumentum vendicionis, non permisisse dicto ser Cosse patri suo dicta viridaria sibi restituere seu retro redere quandocumque ipse ser Cossa daret et solueret ei precium in dicto instrumento contentum, dantes in pristaldum Gregorium de Zadulinis, tribunum nostre curie, ad hanc nostram sentenciam execucioni mandandum, Presentibus ser Cressio condam Petri de Zadulinis et ser *St*ephano de Rasulo, ciuibus Jadre, testibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Damianus de Begna, iudex subscripsi.

(Drugi rukopis).

Ego Damianus de Cipriano, iudex subscripsi.

(Drugi rukopis).

Ego Michael condam Barti de Sloradis iudex subscripsi.

(Signum not.)

Ego Bartholomeus, filius ser Paganini de Bononia cancellarii Jadre, publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus et ćoadiutor datus per marus conscilium ser Corado de Padua, cancellario ad ciuilia Jadre, hanc supradictam sentenciam de mandato suprascriptorum dominorum iudieum scripssi et publicaui.

MCCCLXXXVII \ a di XXVI di feurar da parte di miser. . . . .

Original na pergameni u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.
• a. 1364.

[1] Ovo što slijedi pisano drugom rukom.

1364. 16. augusta. U Rimu. (Rome).

Papa Urban V. nala&e Ivanu nadbiskupu Cezareje boravečem u Zadru, biskupu skradinskomu i opatu sv. KrŠevana, da zaUite samo^ stan sv, Kuzme i Damijana proti nasiljima, što im ih nanose razna gospoda.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus Johanni, archiepiscopo Cesariensi in ciuitate Jadrensi commoranti, et . .[1] episcopo Scardonensi ac dilecto filio . . abbati monasterii sancti Grisogoni Jadrensis, salutem et apostolicam benedictionem. Militanti ecclesie licet inmeriti disponente domino presidentes circa curam ecclesiarum et monasteriorum omnium solertia reddimur indefessa, ut iuxta debitum pastoralis officii eorum occurramus dispendiis et profectibus diuina cooperante clemencia salubriter intendamus. Sane dilectorum filiorum . « abbatis et conuentus monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte ordinis sancti Benedicti Jadrensis diocesis, conquestione percepimus, quod nonulli archiepiscopi, episcopi aliique ecclesiarum prelati et clerici ac ecclesiastice persone tam religiose, quam etiam seculares, nec.non duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, comunia ciuitatum^ vniuersitates« opidorum, castrorum, villarum et aliorum loeorum et alie singulares persone ciuitatum et diocesis et aliarum partium diuersarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas, insulas et alia loca, terras, domos, molendina, possessiones, iura et iurisditiones, nec non fructus, census, redditus et prouentus dicti monasterii et nonnulla alia bona mobilia et imobilia, spiritualia et temporalia ad predictos abbatem et conuentum ac rnonasterium spectancia et ea detinent indebite occupata seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium, uel fauorem; nonnulli etiam ciuitatum, diocesis et partium predictarum, qui nomen domini in uanum recipere non formidant, eisdem abbati et conuentui super predictis castris, villis, insulis et locis aliis, terris, domibas, molendinis, possessionibus, iuribus et iurisditionibus, fructibus, censibus, redditibus et prouentibus eorundem et quibuscunque aliis bonis mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus et aliis rebus ad abbatem et conuentum ac monasterium predictos spectantibus multiplices molestias et iniurias inferunt. Quare predicti abbas et conuentus nobis humiliter suplicarunt, ut, cum eis ualde reddatur difficile pro singulis querelis ad

[1] Ove točke su u samom tekstu mjesto imena.

apostolicam sedem habere recursum, prouidere eis super hoc paterna diJigencia curaremus. Nos igitur aduersus occupatores, detentores seu presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi illo uolentes eisdem abbati et conuentui remedio subuenire, per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus commictendi similia precludatur, discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus, qua'tinus (!) uos uel duo aut vnus uestrum per uos uel alium seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus deputati estis conseruatores et iudices, prefatis abbati et conuentui efficacis defensionis presidio assistentes non permictatis eosdem super hiis et quibuslibet aliis bonis et iuribus ad abbatem et conuentum ac monasterium predictos spectantibus, ab eisdem uel quibusuis aliis indebite molestari uel eis grauamina seu dampna uel iniurias irrogari, facturi dictis abbati et conuentui, cum" ab eis uel procuratoribus suis aut eorum aliauo fueritis reauisiti de predictis et aliis personis auibuslibet, super restitutione huiusmodi castrorum, villarum, insularum, terrarum et aliorum locorum, iurisditionum, iurium et bonorum mobilium et immobilium, reddituum quoque'et prouentuum et aliorum quorumcumque bonorum, nec non de quibuslibet molestiis, iniuriis atque dampnis presentibus et futuris in illis uidelicet, que iudicialem requirunt indaginem sumarie et de plano, sine strepitu et figura iuditii, in aliis uero prout qualitas eorum exigerit iustitie complementum occupatores seu detentores, presuntores. molestatores et iniuriatores huiusmodi, nec non contradictores quoslibet et rebelles cuiuscumque dignitatis, status, ordinis uel conditionis extiterint, quandocumque et quotienscunque expedierit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; non obstantibus tam felicis recordationis Bonifatii pape VIII., predecessoris nostri, in quibus cauetur, ne aliquis extra suam ciuitatem et diocesim, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra vnam dietam a fine sue diocesis ad iuditium euocetur, seu ne iudices et conseruatores a sede deputati predicta extra ciuitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere siue alii uel aliis uices suas comictere aut aliquos ultra vnam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur, seu quod de aliis quam de nianifestis iniuriis et uiolentiis et aliis, que iudicialem indaginem exigunt, penis in eos, si secus egerint et in id procurantes adiectis conseruatores se nullatenus intromictant, quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis et conseruatoribus, quam personis ultra certum numerum ad iuditium non uocandis aut aliis editis, que uestre possent in hac parte iurisditioni aut potestati eiusque libero

exercitio quomodolibet obuiare, seu si aliquibus communiter uel diuisim a predicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi uel excommunicari seu extra uel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras apostolicas, non facientes pienam et expressam, ac de uerbo ad ad uerbum de indulto huiusmodi et eorum personis, locis, ordinibus et nominibus propriis mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali uel spetiali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam uestre iurisditionis explicatis in hac parte ualeat quomodolibet impediri et de qua cutusque toto tenore in nostris litteris habenda sit mentio spetialis. Ceterum uolumus et apostolica auctoritate dećernimus, quod quiiibet uestrum prosequi ualeat articulum etiam per alium incoatum, quanuis (I) idem inchoans nulio fuerit impedimento canonico prepeditus; quodque a dato presentium sit uobis et vnicuique uestrum in premissis omnibus et eorum singulis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris perpetuata potestas et iurisditio ac tributa et eo ulgore eaque firmitate possitis in premissis omnibus ceptis et non ceptis, presentibus et futuris et pro predictis procedere, ac si predicta omfnia uel s]ingulla coram uobis cepta fuissent et iurisditio nostra et cuiuslibet uestrum in predictis omnibus et singulis per citationem uel modum alium perpetuata legitime extitisset constitutione predicta super conseruatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante, presentibus post triennium minime ualituris, Datum Rome apud sanctum Petrum, XVII. kalendas septembris, pontificatus nostri anno secundo.

t
f
T
f A. de Giueta
Jo. de sancto Justo.

Original na pergameni u gubern. arkivu n Zadru, odio samostana rogovskoga; datirano krivo 1263.

Na listini nalazi se trag, gdje je o vrvci visio pecat.

Savremena bii/eška na krptu: Priuilegium quomodo episcopus Scardonensis et abbas sancti Grisogoni de Jadra debeant deffendere abbatem mouasterii sanctorum Cossme et Damyani.

Glagoljska bilješka: Na obrantne kloštra biskupu skradinskomu i opatu krševanskomu.

286.

1364. 22. **đugusta.**

Ljudevit kralj' ugarski i hrvatski potvrduj'e samostanu sr. Marij'e u Remetama svoj'u darovnicu od 25. maj'a 1356. (Cod. dipl. XII.
A *355')-*

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Exuberans inflamata deuocio eo saluti sue proficit vtilius, quo piis et Iocis religiosis donata pro quiete personarum celibitarum limpidius muniminis sui beneficio roborat et confirmat. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod viri religiosi fratres Emericus et Petrus, conuersi ordinis sancti Pauli primi heremite, in suis ac ceterorum fratrum Heremitarum claustri beate virginis de promonthorio Zagrabiensi personis nostre celsitHdinis adeuntes conspectum exhibuerunt nobis quasdam litteras nostras patentes maiori sigillo nostro olim in Vzura furtim sublato consignatas, super donacione et statucione cuiusdam particule terre dicte ecclesie Pristauchyna vocate, per nos facta, emanatas, tenoris infrascripti; petentes nostram maiestatem precibus humilimis et deuotis, ut easdem acceptare, approbare, ratificare et pro dictis Heremitis nostri noui sigilli appensione dignaremur 'confirmare. Quarum tenor talis est: *(Slijeđi listina kralja Ljudevita izdana u Zagrebu g. 1356. 25. maj'a).* Nos itaque iustis ac iuri consonis salubribusque peticionibus dictorum fratrum Heremitarum regio inclinati cum fauore pretactas litteras nostras omni prorsus uicio et suspicione carentes presentibus de uerbo ad uerbum insertas, simul cum collacione et statucione dicte terre in tenore earundem expressa acceptamus, approbamus, ratificamus et pro ipsis fratribus Heremitis de Zagrabia mera regia auctoritate perpetue ualituras confirmamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici noui sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolat archyepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC° sexagesimo quarto, vndecimo kalendas septembris, regni autem nostri anno vigesimo tercio; Venerabilibus in Christo patribus et dominis eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colochensi, Vglino Spalatensi, Nicolao Ja-

dryensi, Elya Ragusiensi, archiepiscopis; Demetrio Waradiensi, Dominico Transiluano, Villermo Quinqueecclesiensi, Colomano Jauriensi, Ladislao Vesprimiensi, Michaele Agriensi, Stephano Zagrabiensi toc]usque Sclauonie vicario generali, Dominico Chanadiensi, Johanne Vachiensi, Petro Boznensi, fratre Stephano Nitriensi, Demetrio Nonensi, Nicolao Traguryensi, Stephano Farensi, Valentino Macarensi, Matheo Sibiniceilsi, Mychaele Scardonensi, et Portiua Seniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Syrimiensi, Tyniensi et Corbauiensi sedibus uacantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio woyuoda Transiluano, comite Stephano Bubek iudice curie nostre, Johanne magistro thauarnicorum nostrorum, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Gara de Machow banis, Petro Zudor pincernarum, Paulo dapiferorum, Johanne ianitorum et Emerico agazonum nostrorum magistris ac magistro Benedicto comite Posoniensi, aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Iz originalnog prijepisa zagrebackog kaptola od g. 1369. u kr. zem. arkivu u Zagrebu: Doc. med. aevi a. 1356. -— Stara signatura: Actor. convent. Remethensis fasc. 1. no. 11.).

287.

1364. 25. augusta. (U Dubrovniku).

Zabiljezba Nike Bjelića, srpskog pisara općine' dtibrovačfce, o isplati mogoriša županu Senku.

THcmjito H Tfnurra H iuecT&^eceTb H vcTtifti;, -K6« ***&huh*** **u(*)-ceijfl AvrscTA.**

ĉ\ ce KAKO noc/ia ***mmMh*** **CN&KO** ***V*** **110 CKOH ,\oxo,y>Kh CO^E ua-rADHUIA** KN63A MHALUItf KnOftNHIJOV« d **KN63b MHAhIUA UOCAA IONOIK&** cKora HMeneM . . . .[2] Tf>L MV **no^Auie** BAacTeAe ^KpoKhvijH *3(* Aoxo^Kb niecTbAeceTk nepneph TOTOKML AHNA^H. (\ TOM« CK CBT.IJH <J>f>ANY6CK0 Edilh^CAa H ilOftHNh PNIJO H €o^6^0 NOTAf>h H MllAIHV H *VX* HHKO KnAHKfe f\ltl\KK Cf>KUCKH.

Liber reformationum g. 1362. knjiga u dubrovackom arkivu. Jtrecek Spom, srp. br. 17., 33.

[1] Ozgo kratica.
[2] U originalu.

288.

1364. 29. augusta. U Spljetu. (Spaleti).

Vukocije sin Kreftinov dariva svojoj sestri sve svoje nasljeđeno-imanj'e,

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo [sexagesimo] quarto, indictione secunda; regnante serenissimo principe et domino domino nostro Lodouico, dei gratia rege Hungarie; temporibus equidem reuerendi in Christo patris et domini domini Hugolini, eadem gratia archiepiscopi Spalatensis, egregii regii militis domini. Johannis de Grisogonis de Jadra, honorabilis comitis Spaieti, et nobilium virorum dominorum Nichole Petri, Johannis Peruoslaui et Nichole Macthei, dicti Spaleti iudicum, die vigesimo nono augusti. Volchocius Creftini de Spaleto per se et eius heredes et successores non vi, non dolo,. nec metu, nec aliquo alio impedimento circumventus, set pure, libere, simpliciter et irreuocabiliter inter viuos dedit, concessit et donauit Volchne,. eius sorori et nunc uxori Duimine Rusich de Spaleto, absenti, tanquam presenti et eiusdem Volchne successoribus omnia eius bona paterna et materna, iura et actiones vbique sitas et reperiendas et quomodolibet tagencia(!) eum; ad habendum, tenendum, possidendum, gaudendum et omne quidquid dicte Volchne et suis heredibus et succéssoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus suis iuribus, actionibus et pertinenciis; et hoc pro multis gratis benefficiis et seruiciis ab ipsa. receptis. Promittens dictus donator per se et eius heredes dicte Volchne licet absenti, tamquam presenti et suis heredibus et successoribus, tanquam bene, digne et merito(!) ipsam donationem occaxione ingratitudinis uel qualibet alia de calisa non reuocare, set pocius ipsam donationem occaxione ingratitudinis perpetuo habere ractam et firmam et vllo tempoire non contrauenire sub obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum et reffectione dampni et expensarum litis et extra.. Actum Spaleti infra ambas portas, presente Madio Alberti et Nichola Miche Madii, testibus et ser Camurcio Francisci consiliario et examinatore.

(Drugi rukopis).

Ego Chamurcius condam Francissci consius(I) examinaui.

(Signum not.)

Ego Francischus filius Johannis condam domini Phylippi de Bertinoglis de Bononia, publicus imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus Spaleti, predictis interfui, rogatus scripsi et publicaui.

Original na pergameni u arkivu samostana Franjevaca u Sibeniku^ a. 1304.

289.

1364, 1. septembra. (U Zagrebu).

Pred zagrebačkim kaptolom očituje Stjepan Mikšin, da su on i njegovi ređi uvijek obitavali na posjedu Berkueulg kod Hraščine kao jobagioni Petra sina Punykova.

. . . . omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentem paginam intuentibus salutem in . . . . defectuosa posteritas in tantam mentis deuenit inopiam, vt solum longe preteri . . . . ampnosa obliuio a memoriis et mentibus hominum diriperet, nisi prouida scriptorum discrecio . . . . adinuenissec mentibut futurum longum in ewm reseruandum. Proinde ad . . . . quod Stephanus filius Mixe sua, Iwan, Pauli, Georgii et Nicolai . . . . grauamen, si quod racione infrascripti negocii euenire contingat in futurum super se assump . . . . personaliter constitutus per eundem viua voce spontaneaque voluntate confessum extitit pariter et relatum, quod quam . . . . ipse et sui predecessores in possessione Berkueulg vocata in districtu Hraschina, vt dicitur, existente, mansissent . . . . fecissent nunquam vt in propria possessione, sed semper vt in possessione Petri filii Punyk et predecessorum eiusdem heredita . . . . more iobagionum residenciam fecissent et mansissent. Ideo quascunque litteras super eadem possessione Berkueulg . . . . lia haberet procuratas coram quouis iudice vigore presencium friuolas redidisset et innanes et cuilibet exhi[ben]ti nocituras, immo reddidit et commisit coram nobis penitus viribus canturas. In cuius rei memoriam firmitatemque [per]petuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo sancti Egidii abbatis et confessoris, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto.

Original na pergameni, s lijevog kraja manjkav, u kr. ugar. drš. arkivu u Bndimpešti: M. 0. D. L. no. 33.971. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1598. no. 25.

Na crvenoj i zelenoj svilenoj vrvci visi pečat zagrebačkog kaptola.

290.

1364. 5. septembra. U Zadru. (Jadre).

Pavao sin Marinov, prodaje Ivanu de Sloradis neke zemlje i vinograd na otoku Lukoranu uz običajne uvjete; vinograd obrađuje ka& kolon mornar Vladiha pa se i njegova prava štite.*

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo auarto, indictione secunda, die auinto mensis septembris, Jadre; regnante serenissimo principe domino nostro domino Lodouico, dei gratia rege Hungarie; temporeque reuerendi patris domini Nicolay de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac magnifici et potentis domini Nicolay de Zeech, regnorum Dalmacie et Crohacie bani generalis et comitis ciuitatis Jadre. Ser Paulus filius condam Marini Pauli de Marino, ciuis Jadre, iure proprio imperpetuum dedit, vendidit et tradidit ser Johanni condam Bartholomet de Sloradis, ciui Jadre, pro se et suis heredibus et successoribus empti(!) et recipienti vnam peciam terre vineate gognaiorum quinque uel circa, positam in insula Lucorani et si plus **uel** minus esse reperiretur, id cedat in presenti vendicione absque addicione uel diminucione precii; et vites in ea plantate sunt Vladiche marinarii et eam terram laborat dictus Vladicha et reddit paterno terretorii (!) terciam partem omnium fructuum et reddituum ex dictis vitibus et vinea proueniencium pro terratico omnibus expensis laboratoris; cuius terre hii dicuntur esse confines: de quirina. terre et vinee dicti emptoris, de austro mons, de trauersa derrum Martini Placipogacich partim et partim heredum Mathei Contareni, et de borea est via publica. Item vendidit et dedit ac tradidit eidem ser Johanni ut supra vnum derrum gognaiorum duorum uel circa positum ad Lucoranum ibi prope dictam terram, cuius hii dicuntur esse confines: de austro via publica, de trauersa est derrum dicti Marini et de borea possidet Domolus Suoncouigh et de quirina via conuicinalis; ad habendum, tenendum et possidendum et quidquid dicto ser Johanni emptori suisque heredibus et successoribus deinceps placuerit faciendum, cum omnibus et singulis, que infra predictos continentur confines uel alios,. si qui forent ueriores; accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omni iure et actione, usu seu requisicione sibi ex ea uel pro ea seu de ea re, videlicet terra et derro vendito ullo modo pertinente, saluis tamen dicto Vladiche marinario iuribus suis, que habet ia vinea seu vitibus predictis super terra predicta. Et hoc pro precio et nomine precii librarum septuaginta trium denariorum paruorum, quod

precium dictus ser Paulus venditor contentus fuit et confessus se a dicto ser Johanne emptore habuisse et recepisse ac sibi integre datum, numeratum et solutum fore, excepcioni sibi npn dati, non numerati et non soluti dicti precii et omni alii auxilio omnino renuncians. Quam quidem terram cum derro vendito dictus Paulus venditor se dicti ser Johannis emptoris nomine constituit possidere, donec ipse ser Johannes emptor dictarum rerum possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps eidem licenctam omnimodam dedit. T?romittens dictus ser Paulus venditor, per se et suos heredes et successores dicto ser Johanni emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti de dictis rebus venditis seu parte ipsarum litem uel questionem ullo tempore non inferre nec inferrenti consentire, set dictam terram et derrum vendita cum omnibus suis iuribus et pertinenciis tam in proprietate, quam in possessione deffendere et excaiumpniare ab omni persona et vniuersitate in racione et dictam vendicionem et omnia et singula predicta perpetuo firma, rata et grata habere et tenere et et non contrafacere uel uenire per se uel alium, aliqua racione uel causa, de iure uel de facto sub pena quarti dicti precii et reffectione omnium expensarum, dampnorum et interesse litis et extra, et obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum; et pena soluta uel non, nichilominus presens instrumentum in sua firmitate perduret. Actum presente ser Damiano condam Filippi de Begna et ser Nicolao •condam Grisogoni de Marino, ciuibus Jadre, testibus uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego fohannes condam Biualdi de Botonno, iudex examinator manum missi.

(Signum not).

Ego Blasinus Brocus, imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, premissis omnibus interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

Original na perg. u gubem arkivu u Zadru; odio samostana sv. Nikole no. 220.*

291.

1364. 29. septembra. U Senju. (Segnie).

Samostan sv, Nikole u Modrusu daje Dominiku Ivanovom jednu kuću u Senju u naslijedni najam za Četiri godišnja dukata.

In dei nomine amen. Anno domini a natiuitate eiusdem miliesimo trecentesimo sexagessimo quarto, indictione.secunda, die vigesimo nono mensis septembris; temporibus equidem domini Lodouici, dei gratia serenissimi regis Vngarie, venerabilis patris domini fratris Prothiue, eadem gratia episcopi Segniensis, magnificorum[que] virorum dominorum Stephani et Johannis Vegle, Modrusse, Gecche ac Vinodolli comitum ac ciuitatis Segnie dominorum generalium, nobilis militis domini Andree vicecomitis, Jacobi condam iudicis Cosme, Vicardini condam domini vicecomitis, Dauid et Jacobi condam iudicis Vidonis, iudicum ciuitatis predicte. Actum in ciuitate Segnie in statione mei Michine notarii infrascripti, presentibus ser Jacobo filio condam ser Nicolai de Paonis de Veneciis, Petro Lazari, ciue Segnie, Jacobo filio condam Jacobi de Burgo Bassignano, Giliucio filio condam Ciuecii de monte sancta Maria in Cassiano habitatore Segnie et alliiš testibus ad hec uocatis, habitis et rogatis. Jbique relligiosus et honestus frater Florianus, prior conuentus siue monasterii sancti Saluatoris in valle Glubotine prope Segniam, asseruit se ad omnia et singula suprascripta et infrascripta habere plenum mandatum a religioso et honesto fratre Gregorio, priore monasterii santi Nicolai de nemore Modrusse, eorum vicario, et promittit se facturum et curaturum omni occasione remota, qubd dictus frater Gregorius confirmabit omnia et singula suprascripta et in hoc contractu contenta ibem(!) presente fratre Vrbano, tunc fratre dicti monasterii sancti Saiuatoris et ad omnia et singula consentiente; volens dictus frater Fiorianus circa hutilitatem (!) dicti monasterii debite prouidere per se et dictos fratres et eius successores, qui pro tempore fuerint in dicto officio, dedit, cessit, transcribit et locauit Dominico casselario filio condam Johannis cassellarii, habitatori Segnie presenti et pro se et suis heredibus ac successoribus et cui cedere voluit(!) ius suum stipulanti et recipienti iure proprio [et] in perpetuum, saiuo iure census dicto conuentui, vnam domum dicti monasterii; que domus fuit ser Beneuenuti condam Venimbene de monte sancta Maria in Cassiano, olim iudicis Segnie, positam in ciuitate Segnie prope domum Michouilli sartoris ab vno latere et prope domum Raddouani Dessizeuiz a parte posteriori et prope vias publicas a duobus lateribus uel iure(!) allios, si qui sunt veriores

confines; ad habendum, tenendum, superhedificandum, gaudendum, possidendum, obligandum, dandum, donandum, allienandum, pro anima et corpore iudicandum et quicquid dicto Dominico uel suis heredibus uel cui ius contulit dictum ius in dicta domo deinceps placuerit perpetuo faciendum; cum ingressibus et egressibus suis in viam publicam et cum omnibus et singulis suis pertinenciis, coherenciis, adherenciis, proprietatibus, vtilitatibus et quolibet iure suo ad dictam domum spectantibus seu pertinentibus quoquo modo. Promittens dictus frater Florianus per suosque[1] successores ac vice et nomine conuentus dicti monasterii et pro ipso conuentu et qui pro tempore fuerint dicto Dominico pro se suisque heredibus uel ius[2] suum cesserit de dicta domo suisque pertinenciis eidem uel eius heredibus posteris uel successoribus uel[3] commiserit, litem, questionem, controuersiam uel molestiam aliquam vllo tempore non inferre nec inferrenti consentire, set ipsam domum cum suis pertinenciis ei et suis heredibus et conductoribus eiusdem ab omni et quolibet homine, persona. collegio et vniuersitate in iudicio et extra legittime deffendere, disscalumpniare et in solidum dissbrigare dicti monasterii et conuentus propriis sumptibus et expensis et dictam locationem, obligationem, allienationem et omnia et singula supradicta et infrascripta perpetuo firma et rata habere et tenere, attendere, obseruare et adimplere et non contradicere, facere vel venire per se uel alium, alliqua ratione uel causa, fraude, dolo uel ingenio, de iure vel de facto. Et hoc ideo, quia dictus Dominicus per se et suos heredes, posteros ac successores aut cui cesserit dictum ius solempni stipulatione sine aliqua exceptione iuris aut facti promisit dare et soluere dicto conuentui uel priori, qui pro tempore fuerint uel eorum vices. gerentibus omni anno, in kallendis mensis octubris proxime venturis incipiendo, pro censu, affictu et pensione dicte domus quatuor ducatos. de auro bono et iusto pondere; nec liceat tamen dicto Dominico aut suis heredibus uel successoribus dare, cedere, allienare uel locare dictam domum alicui domino, potestati, monasterio aut alicui persone, per quod ius affictus et census dictorum fratrum et monasterii in aliquo minuatur; videlicet in kallendis octubris annuatim, ut dictum est, quatuor ducatos de auro bono et iusto pondere. Que quidem omnia et singula suprascripta et infrascripta pars parti insimul et ad inuicem per stipulationem. solempnem attendere promisserunt sub pena dupli tocius rei petite uel eius, de quo foret deffectus et reffectione omnium dampnorum et ex-

[1] Očevidno manjka per se.
[2] Očevidno manjka: cui ius
[3] Manjka: cui.

pensarum et interesse litis et extra, et sub obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobiltum, presentium et futurorum. Cuius quidem pene medietas curie, coram qua de premissis fieret questio et allia medietas parti deueniat predicta obseruanti; qua pena commissa soluta uel non, rata et firma maneant omnia et singula supradicta et in hoc instrumento contenta.

Et die vigesimo quinto mensis octubris, sub dicto millesimo relligiosus et honestus frater Gregorius, prior ecclesie siue monasterii sancti Nicolai de nemore Modrusse ac vicarius dictorum fratrum, in plathea ciuitatis Segnie coram suprascriptis testibus et me Michouillo notario confirmauit et approbauit omnia et singula supradicta et in hoc contractu contenta. Promittens per se suosque successores perpetuo firma et rata habere et tenere et non contraagere uel uenire per se uel alium, aliqua ratione vel causa uel ingenio, de iure uel de facto sub pena dupli tocius rei petite stipulatione promissa. Cuius pene medietas curie, coram qua de premissis fieret auestio et allia medietas dicto Dominico deueniat; qua pena commissa soluta uel non, rato manente contractu.

Ego Andreas vicecomes Segnie, examinator manum misi.

Ego Michinus condam ser Baioni de Bochacupis de Ancona, imperiali auctoritate notarius et comunis Segnie iuratus, ut supra legitur, omnibus interfui et publicaui rogatus meoque signo solito corroboraui.
(Monogr. not.).

Ego Nicolaus condam Dominici de Vegla, imperiali auctoritate et nunc comunis Segnie scriba iuratus, predicta omnia et singula, ut in quadam copia scripta manu Dominici, cancellarii magnifici domini comitis Stephani, reperi, ita fideliter exemplaui et sicut in dicta copia extracta de quodam publico instrumento scripto manu dicti Michini inueni, ita de uerbo ad uerbum scripsi et in formam publicam ad instanciam honesti viri fratris Mathei, prioris sancti saluatoris diocesis Segniensis, posui sub adictione mei signi consueti.

Originalni not prijepis na perg u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 31.374. — Stara signatma: Acta conventus s. Salvatoris prope Segniam no. 2.*

Na pravoj sirani 'na dnu listine glagoljska biljeska: Karta od D'min'ka skrinara.

292.

1364. 30. septembra. U Spljetu. (Spaleti).

Kaptol spljetski prepisuje na jnolbu Omišana listinu bana Nikole od g. 1323. <?. septembra (Cod. dipl. IX. p. 132.).

'Noš Andireas archipresbiter, Franciscus primicerius, Damianus Andree, Duymus Damiani, Gregorius Johannis, Laurencius Johanini vicarius, Jacobus Andree, Bucardus Jacobi, Margaritus Margariti, Nicolaus Pouerseni et Damianus Peruosii, canonici maioris ecćlesie Spalatensis, vniuersis et' singulis Christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, deducimus in noticiam euidentem, quod nobis in superius nominata ecclesia capitulariter ad infrascripta congregati accedendo ad nostri presenciam dillectus nobis in Christo Slauogostus Julich, olim de Almisio, riunc habitator Spaleti, uice et nomine, ut ipse asserebat, vniuersitatis Almisiensis, coram nobis exhibere curauit nomine quo supra quandam litteratri in p[er]gameno, ut prima facie apparebat, magnifici ac potentis domini domini Nicolay, tocius Sclauonie olim bani ac comitis Supprimtensis(!) sigillo inpendenti super serico rubeo et uiridi de cera crocei coloris communitam ; sigillurn autem super se habe[bat] sculptum unam uridam per longurn de tribus collis (!), littere autem circumquaque legi non poterant propter cartam papiream, [que] ipsi sigillo inpressa adherebat; non cancellatam, non uiciatam, non abolitam, non abbrasam riec in aliqua sui parte ut uidebatur suspectam, set prorsus omni uicio et falsitate carentem, — supplicans nobis idem Slauogostus humiliter ac deuote, ut dictam litteram ad maiorem cautelam dignaremus sub nostro sigillo autentico facere copiare. Nos uero humilibus ipsius supplicacionibus inclinati ipsum de uerbo ad uerbum per manus domini Laurencii, concanonici nostri superius nominati, fideliter fecimus transscribi et postmodum per dominum Jacobum Andree, similiter canonicum nostre ecclesie, [cum] ipso domino Laurencio dictam copiam cum eius orriginali in nostri presencia examinari. Cuius tenor per omnia dignoscitur esse talis: *(Slijedi listina bana Nikole od god. 1323. 8. septembra).*

In [x] quinta linea a fine in uerbo »commorari« [2] et in uerbo »alias« [2] propria manu abrasi et aptaui, quod propter erorem obmiseram.

[1] Neposredno iza transumirane listine.

[2] Linijc su brojene odozdo gore; prema tomu padaju ove riječi u listinu Andrijinu od g. 1207. (sadržanu u listini od 1323.), i to pod konac:.. . in ciuitate sedulo commorari nec cum extra urbem alias pronciscentem .... Razura izvedena je osobito dobro, tako da se može opaziti tek, pošto je pisar sam pomnju na nju svratio.

Datum et actum Spaleti in eius katedrali ecclesia, sub appensione sigilli autentici nostri capituli secundum morem actenus in talibus et similibus conseruatum, anno domini millesimo trecentesimo sexagessimo quarto, indiccione secunda, die lune in festo beati Jeronimi doctoris, pontifićatus sanctissimi in Christo patris et domini ḍomini Vrbani, diuina prouidencia pape quinti, anno secundo.

Original na pergameni na dva mjesta u sredini oštecen u knjiznici narodnog muzeja u Budimpešti a. 1364., bivša zbirka Jankovićeva.
Vidi se trag, da je visio pečat.

293.

1364. 11. oktobra. U Zagrebu. (Zagrabie).

Jakob protonotar i zamjenik banski ftozivlje kaptol čazmanski neka izašalje svo.ga povjerenika, pred kojirn če banski izaslanik pozvati Ivana i Petra sinove Dušanove, da ne smetaju Ladislava Tuteusovog u mirnom posjedu Blyne.

Viris discretis capitulo ecclesie Chasmensis, dominis et amicis suis reverendis, ma'gister Jacobus, prothonotarius et vicesgerens domini Stephani episcopi Zagrabiensis et regni Sclavonie vicarii generalis, paratam ad eorum queque genera mandatorum voluntatem. Dicitur mihi loco dicti domini mei in persona magistri Ladislai fllii Tuteus, quod Johannes et Petrus filii Dusan usus, fructus et utilitates possessionum eiusdem magistri Ladislai de Blyna propria eorum auc^oritate contra voluntatem dicti magistri Ladislai perciperent et eisdem in preiudicium eiusdem magistri Ladislai uterentur. Quos idem magister Ladislaus ab ulteriori huiusmodi usuum, fructuum et utilitatum percepcione legitime iuxta regni consuetudinem vellet facere prohiberi. Super quo vestram discrecionem presentibus requiro diligenter, quatenus vestrum mittatis hominern pro testimonio fidedignum, quo presente Thomas filius Endere, vel Dyonisius filius Ladislai, aut Endery filius Johannis filius Philipi sive Thomas filius Chernk aliis absentibus, homo domini mei supradicti, ad eosdem filios Dusan accedendo, prohibeat eosdem ab huiusmodi ulteriori usuum, fructuum et utilitatum earundem possessionum ipsius magistri Ladislai quoquo modo contra voluntatem eiusdem facienda percepctone, regni consuetudine requirente. Et post hec seriem premisse prohibicionis eidem domino meo, prout expedierit, amicabiliter rescri-

batis. Datum Zagrabie, feria sexta proxima ante festum beati Galli confessoris, anno domini M°CCC°LX° quarto.

Na hrptu: Viris discretis capitulo ecclesie Chasmensis, dominis et amicis suis reverendis, pro magistro Ladislao Tuteus prohibitoria.

Original u ark. grofova Zichy u Zselyu, 211. B. 437.
Na hrptu vidi se trag pečata u smeđe-crvenom. vosku, kojom bijaše listina zatvorena.
Cod. dipl. com. Zichy. III. p. 253.—254.

294.

1364. 14. oktobra.

Đuro zupan križevački sa plemičkim sucima križevačkim izriče osudu ti parnici Ivana, Jakova i Dragoje proti Dalenu i njegovim sinovttna radi smetanja posjeda, kojom udovoljuje tužbi, te povrh toga ustanovlj'uj'e, da su tuženi seljačkog staleža.

Nos magister Georgius comes Crisiensis, Egidius filius Bexe, Blasius filius Elie, Aladar filius Pousa et Stephanus filius Ladislai, iudices nobilium comitatus eiusdern, significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod licet nos Johannem filium Georgii, Jacobum filium Emerici et nobilem dominam Dragova nuncupatam filiam Andree, coasortem videlicet Ztank filii Pauk, in facto inpedicionis porcionis possessionarie Dalen et filiorum eiusdem per nos facte et illate in nostram presenciam ad feriam secundam proximam ante festum sancti Galli confessoris legitime euocassemus et ab eisdem personaliter coram nobis in prefixo termino astantibus racionem, q[ua] scilicet racione dictam porcionem possessionariam prefati Dalen ac filiorum eiusdem occupassent et occupatam detinerent et possiderent, rite et legitime quesiuissemus, tandem quia iidem Johannes, Jacobus et domina Dragova racione instrumentali super facto diuisionis ipsorum ab antiquo facta, confecta ac vniuersis nobilibus regni tunc in sede nostra iudiciaria adherentibus approbarunt (!), quod idem Dalen ac filii sui in medio ipsorum nunquam aliquam porcionem possessionariam, videlicet in possessione ipsorum sub silua Bik inter fluuios Klokochouch et Plaunicha vocatos habita habuerunt, sed nec ad scitum ipsorum allibi possessionatus fuerit et extiterit, ymmo pocius semper et in omni loco more rusticorum permansisset. Vnde quia nos eundem Dalen ac fllios eiusdem recognita et inuestigata

ab omnibus a auibus licitum fuit et decuit rusticos esse et inpossessionatos veraciter sciuimus et inuenimus, ideo prefatos Johannem, Jacobum et dominam Dragovam, ac eorum heredes et posteritates in predicta possessione ac iuribus eiusdem racione predicte nostre inpedicionis comrhisimus et relinquimus pacifice et quiete permansuros, saluis iuribus alienis, reddentes eosdem super facto prelibatorurri Dalen ac filiorum suorum expeditos prorsus et per ornnia absolutos. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales sigillis nostris pendentibus consignatas eisdem Johanni, Jacobo et domine Dragoya duximus concedendas. Datum feria secunda prenotata, anno domini M°CCC°LX° quarto.

Original na pergameni u kr. ugar. drz. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.634. — Stara signatura: Acta monast. de Ztreza fasc. L no. 4.

Na listini visi pet svilenih vrvca: 1. crvena bez pečata; 2. žuta bez peČata; 3, zuta i c?vena bez pecata; 4. sllčna s ulomkom pečata; 5. *slična s ulomkom pečata.*

295.

1364, 15. novembra. (U Krku).

Agneza lena kneza Gospodina daruje samostanu dva polja u Poganki.

1361, indictione 2., die 15. novembris. Agnes uxor quondam vicecomitis Gospodini in dotis initio altaris sanctae Agnetis signati vocabulo in ecclesia sancti Francisci conventus Minorum de Vegla, donavit dicto conventui duos campos contiguos in contrata sub ecclesia sancti Nicolai de Pogancha positos; ab una parte quorum est territorium Francisci dicti Plachnaro, ab alia quaedam sunt terrae Dragae uxoris Manti de Mancina; a tertia vero est territorium capituli Veglensis. Apparet manu ser Joannis quondam Petri de Rotuttda notarii.

Bartoli Zbornik p. 16.

296.

1364. 30. novembra. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka daje naputak Jakobu de Georgio kapetanu lade, koja je odlazila po obitelj Povereskovu.

Die ultimo novembris. Copia commissionis fatte ser Jacobo de Georgio capetaneo gallee, que ivit pro matre, uxore et filio quondam Poveresci cum sua familia, est haec:

Nuy Nicola de Grede, rectore de Ragusa, cum lo pic.olo consello, per auctoritate a nuy data dal consello de li pregati, chometemo a vuy ser Jachomo de (Jorci, capitanio de la nostra galia, et a Pale de.Sorgo et Dobre de Calichij tuoi conselieri, che al nome de dio et de messer santo Blasio, debie gire cum la nostra galia fin al castello de Budoa, non pognando scala in terra; et siando a provo lo dito eastello debie mandare cum lor salvamento uno over duy boni homeni de puovolo cum la barcha nostra al dito castello, dando a saver a la matre, a la uxor et a lo fio de Povereseho, ca segondo la requesta, chi fo fatta da lor parte al comune de Ragusa per uno lor coriero, la citade de Ragusa de presente armo(!) questa gallea, et mandala per tollere la matre, la uxor et lo fio de Povereseho cum le lor chose et lor homeni in salvamento che voluno vignire a Ragusa.

Et se la matre, la uxor et lo fio de Povereseho cum la lor familla et lor homeni et lor chose voluno vignire cum la galia nostra a Ragusa, et vuy li debie recevere et adure a Ragusa cum le loro chpse e,t massarie et cum le armi de le lor persone, coe de tutti quelli che vegp nera cum la galia. Et ordenati dextramente, et fagati tollere le nose.de la spiugarda che e al castello.

Et se trovari T armada de li navili deCatharo a lo assedio dej castello, et vuv li debie saludare chomo amisi nostri, Et se, elli ni volesse dare alguno impa^amento de parole o de fatto, et vuy lor debie dire: »Signori de Catharo! Nuy semo vegnudi per totlere et dare salvamento a li nostri ^etadini, chomo vuy farešsi lo simile per li vostri. Et per go ve pregiemo, chomo parenti et amisi, che ne lage fare li fatti nostri et non ni de impacamento«. Et tanto cum lo lor inpagamento, quanto senca, debie recevere' li sovradeti in galea, sicho e sovradeto. Et se li Catharihi vi fesse alguna offension, et vuy ve debie defendere.

Et se vuy presenteri ca lo castello deve vignire in mano de Catharini, et vuy ordene cum li homeni de Povresco et fage poner fuogo al mangano, che e al castello et fe lo abrusare.

Et se la matre, la uxor, lo fio de Povrescho vuy non trovari al castello de Budoa, et vuy debie gire cum la galia fin allu luogo, dovo haveri novella de quelli del castello chelle fosse, extendandove fina san Nicola de Oldrin in qua verso Ragusa, et debie mandar uno homo over II. de puovolo cum la barcha in terra fin ad esse digando lor sicho e deto de sovra in lo primo capitolo. Et condollando avanti tuto et agrauandoue asse del contrario chi venne a Povrescho nostro amigo fidelissimo et fradello, et chomo de la sua morte ha gran dolla tuta la cetade de Ragusa. Et non debie lagare nessuno homo in terra, salvo que!lo uno ouer IL.de puovolo, che mandaray alla matre et alla uxore de Povrescho sicho e deto. Et sello non volesse vignire cum la galia a Ragusa, et vuy habiando la lor resposta, debie tornare a Ragusa.

Et se Balsa de Balsa fosse alla rriarina in quelle parti, dovo vuy andari cum la nostra galia, et vuy li debie mandare uno nostro bono homo de puovolo discreto et experto chi vi parera. Et mahdalo salutando da parte de tuta la terra et da parte nostra, condollandoli^asse tanto del contrario che adevenne a Qura suo frar, quanto del contrario de la morte de Povrescho, suo servidore et nostro fidel amigo et Icetadino, chomo la nostra cetade de questi II. contrary e asse dolorosa ; cum quelle parole dulci de firmar amestate, chi sia ad honore et acrescemento de la nostra terra. Et fe-li fare lopresento da parte npstra.

Lettere e commissioni di Levante 1359. — 1380. fol. 55.
Libri reformaiionum IV. 23.—24.

297.

1364. 11. decembra. Avignbn. (Avetiione).

Papa Urban V. udovolj'ujući molbi kotofske općine nalaie bisku.pu kotorskome, da na m/estu satnostana Benediktinka podigne samostan Klarisa.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri nostro episcopo Catharensi salutem et apostolicam benedictionem. Piis . votis fidelium libenter etc. Petitio siquidem pro parte dilectorurh comfnunis Catharensium nobis nuper exhibita continebat, quod eum olim in civitate praedicta quoddam monasterium monialium ordinis sancti Benedicti fuerit, quod per sui vetustatem a multis iam elapsis temporibus pro maiori parte est dirutum, nec ex tunc ibidem abbatissa seu aliae moniales habitarunt, idem commune habentes ad ordinem sanctae

Clarae specialem devotionis affectum ac cupientes terrena cum caelestibus commutare ad laudem dei et divini cultus et religionis augmentum, in loco ubi antiquum monasterium existebat, unum aliud monasterium monialium seu sororum ordinis elusdem sanctae cum ecclesia seu oratorio, campanili et campana et aliis necessariis officinis pro abbatissa et triginta monialibus seu sororibus inibi perpetuo moraturis fundare et aedificare ac de bonis propriis sufficienter dotare proponant. Quare pro parte dictorum communis nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis faciendi praemissa licentiam concedere dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuae, de qua fiduciam in domino gerimus specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, si ita est, eidem communi, ut monasterium huiustnodi, in quo abbatissa et 30. moniales seu sorores dicti ordinis sub religionis observantia deo famulentur, cum huiusmodi ecclesia seu oratorio, caemeterio, campanili et campana, domibus et aliis necessariis officinis, dote sufficienti pro praemissis omnibus ad tui arbitrium primitus assignata, ac iure parochialis ecclesiae et cuiuslibet alterius in omnibus salvo, in loco praedicto, ubi praedictum monasterium, ut praemittitur, existebat, fundare et construere valeant, auctoritate apostolica licentiam largiaris. Et nihilominus in hac vice primaria moniales seu sorores huiusmodi in eodem monasterio, postquam constructum et dotatum fuerit, ut praefertur, auctoritate praefata recipias et recipi facias; et unam ex iis sive aliam monialem seu sororem ordinis sanctae Clarae ordinem ipsum professam ad regimen praefati monasterii utilem et idoneam ipsi monasterio in abbatissam praeficias, curam et administrationem ipstus monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus comrriittendo, sibique facias a suis subditis obedientiam et reuerentiam debitas exhiberi. Et insuper postquam idem monasterium constructum et dotatum fuerit, ut praefertur, ut abbatissa et moniales praedictae omnibus et singulis privilegiis et indulgentiis eiusdem ordinis sanctae Clarae per sedem apostolicam concessis perpetuo uti et gaudere valeant, eisdem abbatissae et monialibus praefata auctoritate concedas. Datum Avenione, 3. idibus decembris, anno 3. pontificatus nostri, id est anno 1364.

Farlati III. sacrum« IV p. 451,*
Eubel Bullarium Franciscanum VI. 381. no. 926.
Wadding Annal. IV. 86.

298.

1364. 19. decembra.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđnje pod novim pečatom listinu na korist plemića lapačkih (de Lapuch).

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Lodouicus rex prefatus vniuersis declaramus, quod vbi in regno nostro Bozne innumerabilis multitudo hereticorum Patarenorum pululasset in errore fidei orthodoxe ad extirpamdumque de ipso regno nostro eosdem, ex una parte nos personaliter instaurato ualido exercitu proficiscebamur, ex alia vero parte venerabilem in Hristo patrem domimim Nicolaum, archiepiscopum Strigoniensem, nostrum canceltarium, penes quem vtrumque par sigilli nostri autentici habebatur et virum magnificum dominum Nicolaum palatinum cum ceteris prelatis, baronibus et regni nostri proceribus in Vzuram destinaramus, quidam familiares ipsius domini archvepiscopi pro custodia deputati vtrumque par dicti sigilli nostri preconcepta malicia subtraxerunt Nos itaque precauentes, ne ex huiusmodi sigilli nostri deperdicione regnicolis nostris in eorum iuribus successiue periculum possit imminere, sigilium nouum in duobus paribus fecimus pro nobis sculpi, quod ad omnia priuiiegia nostra et condam domini Karoli regis patris nostri sub priori sigillo eiusdem tempore sue coronacionis sculpto et demum per eundem, eo quod sub ipso plurime fidelitates(I) perarate extiterunt reperte permanato (!) ac sub alio sigillo ipsius in partibus Transsiluanis casualiter deperdito confecta iuxta dicta tria sigilla decreuimus fore apponendum, ad quecumque priuilegia paterna dictis duobus prioribus suts sigillis consignata, que per eundem patrem nostrum per sigilla eius posteriora vel per nos cum sigillo modo premisso deperdito confirmate non haberentur 'et ad ipsa priuilegta ipsum nouum sigillum nostrum non appenderetur, uel quecumque patentes littere nostre et paterne non confirmarentur, ea priuiiegta et littere, sicut per eundem patrem nostrum fuerunt reuocata et anichilata, sic et nos ipsas seu ipsa commisimus viribus caritura nullamque roboris optentura firmitatem. In cuiusque presens priuilegtum nostrum et paternum omni suspicione destituturri et omnia in eo superius contenta et expressa pro dictis nobilibus de Lapuch eorumque heredibus et successoribus dicti sigilli nostri noui, diipplicis et autentici appensione tnnouamus et perpetuo confirmamus, saluis iuribus alienis. Datum per manus eiusdem domini Nicolai archy-

episcopi, cancellarii nostri, XIIII° kalendas ianuarii, anno domini millesimo CCC° sexagesimo quarto, regni autem nostri anno XX⁰ tercio.

Ova se poivrda nalazi dolje na listini kralja Ljudevita od g. 1355. 26. jula. (Cod. dipl. XII 297.).

299.

Oko 1364. 23. decembra. U Zadru (Jadre).

Ban Nikola SeČ piše duždu mletačkonte, da bi povratili onu svotu% koja je bila utjerana od Pažana u ime odštete Belloti Đurinom, te pohranjena u općinskoj blagajni, a nepravom je došla u Veneciju,

Excelse. magnitudini vestr.e presentibus patefiat,, quod comparentibus coram nobis ambasciatoribus et nunciis ac syndicis universir tatis terre Pagi, fideles domini nostri regis, exposueruni cum querella, quod cum . mandatum predecessorum vestrorum fuisset datum universitati et populo antedicto firmiter in mandatis, eis tum existentibus sub Venetico dominio, propter secundam taxacionem et modum datum de ducali mandato per nobilem virum dominum Paulum Lauredano, tunc de suo mandato comitem Nonnensem, ut solucio et satisfacio, fieret integralis. Bellote Georgii de Pago et eius propinquis ac aliis, quibus aq suggestionem populi universitatis predicte fuerant eorum domus inconsulte et indebite posite in ruynam, ut manifeste dotninio Venecie fuit liquide patefactun% ipsi, ut tenebantur, volentes mandata ducalia efficualiter observare secundum taxacionem prefati domini Pauli inposuerunt collectam, et arendaticum^ de florenis sexcentis auri, exigendis a quibuscunque de unjversitate Pagi pro rata^ Omnibus exactis solucio facta fuit auibusdam dampnificatis, qui tunc erant presentes secundum dictam taxacionem, que ascendit ad sum* mam trecentorum ducatorum vel ad circa. Et quia dictus Bellota et eius propinqui tqnc erant absentes, quibus secuncjum dictam taxacionem tangebat residuum dictorum V. ducatorum, depositi fuerunt in camera universitatis Pagensis ducati .tr.ecen.ti eamd ...——de ea exacti pro solvendo et satisfaciendo eisdem tempore congruo. „Contigit postea,. quod medio tempore dominus Mapheus Bembo, tunc de ducali mandato cpmes Pagi, invenerit, pecunjam antedictarr> in dicta camera universif tatis et eam accepit et misit ^Veneeiam, prout fertur et; constat per quaternps repertos in camera antedicta. Demurn conparuerurit ,pre4icti Bellota et propinqui petentes ab unive'sitate iamdicta pecuniam ante-

dictam, super quibus fuit tam per universitatem, quam per predictum BelLotam significatum et supplicatum dominio antedicto, quod, ut patet publicis documentis, promissum fuit et ordinatum per predictum dominum dictam pecuniam debere restitui, quod hucusque non restitit exequutum. Nunc vero ad requisicionem et instanciam dicti Bellote et suorum propinquorum firmatum extat iuridice, quod universitas terre Pagi solvere teneatur dicto Bellote et suis propinquis dictos florenos CCC [aureos] secundum taxacionem dicti dampni. Quare cum non sit consonum racioni, ut quod semel exactum *est* amplius exigatur et cum dicta quantitas pecunie, ut premittitur, iam exacta extiterit et accepta, ut predicitur, non credimus fore dignum, quod universitas in predictis ulterius agravetur. Quare magnitudinem vestram presentibus duximus deprecandum, quatenus iusticia preconisante pro honore domini nostri regis et nostris intervenientibus precibus indempnitati predicte uniyersi~ tatis et populi taliter providere dignemini, quomodo cedat iuri et honori vestro ad laudem et ne querella eorum ad aures regias valeat devenire, sed per satisfactionem condignam eorum querimonie cessare cogantur, Et super hiis. que vestra' magnificencia ordinaverit et djsposuerit, si placet, dignetur rescribere per latorem. Datum Jadre, XXIII. decembris.

Otraga:

Excelso et magnifico domino Johanni Deiphino, đei. gratia inclito duci Veneciarum.

Dolje drugom rukom naplsano :

Banus Sćlauenorum pro Pagensibus.

Pečat bijaše pritisnut izvana.

Original u. knjižnici sv. Marka u Miecima, pisan u formi listova onoga vremena. •

Prijepis Ivana Kukulfevića.

300.

Oko 1364. 23. decemb'ra. U Zadru. (Jadre).

Ban Nikola Seč prituzuje se duždu mletačkom, da se Zadranima ne dozvoljuje izvoz nekih stvari iz Venecije, koje su im nuzne, da uzmogne izvršiti naloženu im narudzbu banovu.

Excelsam magnificenciam vestram non latere volenies, vobis duxi~ rnus presentibus fore notum, quod coram nobis iudices civitatis Jadre nomine cunctorum nobilium et communis querellam exposuerunt. quod cum nos vice regia eis commiserimus aliqua peragenda, asserunt ea non potuisse perficere, quoniam necessaria ac predicta non possunt habere, nisi de civitate vestra Veneciarum, utpote ferrum, arrna et alia consimilia ad perficiendum per nos eis imposita superius, ut est dictum, addentes, quod per officiales vestros suis non datur licentia et facultas pro sua pecunia extrahendi de civitate et aliis locis vestre dominacioni subditis predicta et alia quamplurima suo usui necessaria. Quare cum in locis, terris et portubus subiectis dominp nostro regi, plena sit cunctibus concessa facultas extrahendi queque victualia et alia universa pro eorum libito voluntatis absque conditione vel molestia, dignetur magnificencia vestra pro honore domini nostri regis et nostris intervenientibus precibus, ut omnis materia scandali de medio auferatur, et amor et gracia augeatur, disponere et ordinare, quod predicti fideles domini nostri regis et alii eorum subditi possint et valeant pro sua pecunia mercimonia queque et alia usuaria et eis necessaria extrahere et extrahi facere de omnibus terris et locis vestro dominio subditis, ut nos proinde et eos magnitudini vestre faciatis ad similia debitores. Rogantes si placet, ut quidquid disposueritis fieri superinde velitis et dignemini nobis per vestre magnitudinis litteras- intimare. Datum Jadre, XXIII. decembris.

Izvana:

Excelso et magnifico domino Johanni Delphino, dei gratia inclito duci Veneciarum.

Dolje drugom rukom pisano:

Banus Dalmacie pro armis et aliis rebus extrahendis.

Carta 34.

Original u knjiznici sv. Marka u Mlecima.

Prijepis Ivana I^ukuljevićd.

301.

1364 27. decembra. TJ Zađru. (Jađre).

Đuro, zupnik sv. Marij'e, izriče osudu u parnici Tihoslave Gfubanove iz Lapea proti Milutina kmeta na priznaitje valjanosti njihova braka i na povratak u zajednički život, koj'om odbija tužiteljicu sa njezinom tuzbom^ poHo je dokazano, da je ona jur sklopila ženitbeni vez sa Radovanom iz Krbave, a nije nasuprot dokazano, da je potonji u vrij'eme sklapanja braka bio robom, uslijed čega bi bio brak izmedu tog Radovana i tuziteljice, koja je slobodna, nevaljan.

Anno domini millesimo trecentesimo sexagessimo quarto, indictione tercia, die vigesima septima decembris; regnante serenissimo domino domino Lodouicho, illustrissimo rege Vngarie; tempore reuerendi in Christo patris et domini domini Nicholai de Matafaris, permissione diuina archiepiscopi Jadrensis ac magnifici viri domini Nicholai de Sec, regnorum Dalmacie et Croacie generalis bani et comitis Jadre. Conquestio matrimonialis verteretur coram venerabili viro domino Georgio, plebano sancte Marie maioris dejadra, vicario permissione diuina archiepiscopi Jadrensis, inter Tichoslauam filiam Grubani de Lapac agentem et Miltinum(!) abitatorem in Cotopanscina, vilanum ser Johannis de Uaricassis, reum et se defendentem; nam petebat dicta Tigoslaua(l) dictum Miltinum sibi adiudicari in virum, cum quo dicebat se legittime matrimonium contraxisse et secum quoabitasse, ut cum viro proprio. Quod dictus Miltinus eciam fatebatur; set quia ad ipsum peruenerat relatio fidedignorum, quod dicta Tigoslaua prius habuerat alium, cum quo contraxerat matrimonium et simul quo abitauit, qui vir adhuc viuit et vocatur Radouanus de Corbauia. Et dicta Tigoslaua aserendo et excipiendo dicebat: verum esse, quod virum illum prius habuerat et quod ipsum dimisserat, eo quod seruus erat, propter seruilem condicionem sibi vxor esse non poterat, taquam(!) mulier libera et [in] libertate existens. Quia vero constitit dicto domino vicario per legitima documenta, quod dicta Tigoslaua habuerat et abet prius virum dictum Radouanum, cum quo fecerat et abitauerat, qui eciam vir adhuc viuit, nec Tigoslaua ostendere potuit, nec probare legitime, quod ille sit seruus uel fuerit tempore contractus: dictus dominus vicarius sedens pro tribunali, Christi nomine inuocato in hiis scriptis sentenciauit et per difinitiuam sentenciam absoluit dictum Miltinum a petićione dicte Tigoslaue, cui et dedit licenciam cum alia legitime matrimonium contraendi; et

quod dicta Tigoslaua redere debeat ad primum virum, qui est vir suus legitimus, non obstante condicione seruili per eam contra illum oposita, cum nichil probatum fuerit. In cuius rei testimonium presentibus aponi iusimus nostrum sigilum ad cautelam. Actum est hoc Jadre in curia archiepiscopali, presentibus partibus supradictis et presbitero Tolsa, plebano.sancti Steffani et Lucha Sempitrina, clericho sancte Anastasie testibus ad hec vocatis et rogatis et aiiis.

(Monogram notJ

Et ego presbiter Johannes Bonouich sancti Petri veteris, imperiali auctoritate notarius et scriba curie domini archiepiscopi, de mandato dicti domini vicarii hanc sentenciam scripsi et in puplica forma redegi et signo meo consueto signaui.

Original na perg. u arkivu grof. Begna n Posedarju: P. no. 102. 'Na listini visi konopljana uzica; pecat otpao.

302.

1364.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđuje Stjepanu Frankapanu listinu kralja Andrije od i2Q2. 27. februara (Cod. dipl. VII. 74.).

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presens scriptum irispecturis salutem in salutis largitore. Sicut[2] ad regalem pertinet excelleciam(!) vnicuique pro meritis digna confere beneficia, sic a suis predecessoribus rite prestita et donata muniminis beneficto debet confirmare, vt eadem futuris temporibus obtineant inmobilis perseuerancie firmitatem. Proinde vniuersorum noticie presencium serie declaramus, quod fidelis noster et dilectus Sth[epha]nus(!) de Frangapan Segnie, Wegle Modrusseque comes, aule nostre regie miles ad nostrum veniens conspectum, exhibuit nobis quoddam priuilegium condam incliti principis domini Andree regis, felicis reminiscencie predecessoris nostri, tenoris infrascripti; petens nostram excellenciam prece humili et deuota, ut ipsum priuilegium ratificare et approbare pro ipsisque et suis heredibus denuo et ex nouo decorare[2] et patrocinio presentis' nostri priuilegii confirmare -dignaremur. Cuius quidem priuilegii

[1] Pisano kao nastavak malim slovom.
[2] Nepoznato u formulama kralja Ljudevita.

tenor is est: *(Slijedi listina kralja Andrije III. od god. 1292. 27. februara).* Nos itaque prescriptis humilimis supplicacionibus anotati Stephani comitis de Frangapan nostre maiestati porrectis, fauorabili pietate exauditis predictum priuilegium prefati domini Andree regis invenientes ipsum non abrasum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte viciatum, set omni prorsus suspicione carentem de verbo ad verfrum insertum, quoad omnes ipsius continencias et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus ipsumque etdem fidelissimo nostro Stephano comiti de Frankapan et suis cunctis posteritatibus simul cum singulis libertatum prerogatiuis noue nostre donacionis titulo de consilio prelatorum et baronum regni nostri habito prematuro, ac ex certa sciencia nostre maiestatis perpetuo confirmamus. In cuius igitur confirmacionis nostre memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales duplicis et autentici sigilli nostri noui munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai episcopi Zagrabiensis, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, regni nostri anno vigesimo tercio; wenerabilibus in Christo patribus dominis Nicolao Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, Dominico Spalatensi, archiepiscopis; fratre Dionisio archielecto Collocensi, Nicolao Agriensi, Andrea Transsiluanen[si](l), Demetrio Varadiensi, Colomano Nitriensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Johanne Wesprimiensi, Michaele Vaciensi, Thoma Chanadiensi, fratribus Thoma Sirmiensi, Stephano Jawriensi, Pelegrino Boznensi et Blasio Tininiensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao palatino et iudice Comanorum, Nicolao wayuoda Transsiluanen[si], comite de Z^nok[1], Oliuerio magistro thauarnicorum nostrorum, iudice curie reginalis, comite Thoma iudice curie nostre, Stephano tocius Sclauonie et Croacie, Dominico de Machow et Nicolao de Zeurino banis, Paulo magistro thauarnicorum reginalium, Lewcus[x] dapiferorum, Bartholomeo pincernarum, Dionisio agazonum, Tewthus ianitorum et Johanne dapiferorum reginalium magistris ac Johanne Herrici (!) comite Posoniensi, aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Fahijikai na pergameni, a gradi se izvornikom u kr. ugarskom drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 38.484. (bivši arkiv Frank. u Porpettu no. 16.). Na listini vide se rupe kuda je prola zila uzica za viseći, po svoj' prilici pravi pečat. — Na hrptu jedna starija bilješka iz 16. vijeka: Na Dresnjk.

[1] Ovaj pravopis u XV, vijcku.

Falsifikat ovaj nastao je u prvoj polovici XV. vij'eka, po s'voj prilici u vrijeme vrijenja u Hrvatskoj za Sigismunda, kad su se Frankopani poboj'ali za svoj'a na temelju pravih listina osnovana prava, pak su htjeli starije novim potvrdama utvrditi proti nasilju Sig ismun dovom.

i. Premda falsifikator nasioji imitirati pismo kr. kancelarije Lj'udevitove, ipak ne uspijeva u iom potpuno. Grubi karakter pisma bez ikakovih nuansa u finoći i bez razlike debelih i tankih poteza sam po scbi tj'era listinu u XV. vijek. K tomu dolaze pogriješke ii skračivanju riječi u XIV. vij'eku dosta Često. Ipak se vidi, da j'e nastojao i u tom biti doslj'edan, a opet da nij'e predaleko od toga vremena.

2. Nadalje pokazuje pravopis vlastitih imena XV. vij'ek. — Tako n. pr. (u prepisanoj' listini Andrij'inoj'): Geczke orig. Gecke, Mresnicze or. Mresniche; Qwozd or< Gozd; Zwnok mjesto Zonuk itd.

9. Potanje o tom kao n. pr. ime Frankapan, to što listina nema točnij'ega datuma itd. bilo bi suvišno iznositi.

303.

1365. 4. januara. (U Zadru),

Dragoslav zvan Meduid kmet nasljednikd Petra de Matafarro prodaje Radomiru sinu Milovana iz Zadra svoi kolonski vinograd uz običaj'ne uvj'ete.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentessimo sexagessimo quinto, indicione tercia, die quarto decimo ianuarii, Jadre; regnante domino nostro domino Lodouico, dei gracia serenissimo rege Vngarie; et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro, decretorum doctoris, archiepiscppi Jadrensis, ac magniflci Nicolai de Se^, tocius Dalmatie et Crohatie generalis bani et comitis Jadre. Dragoslauus uocatus Meduid condam Pribci, uillanus heredum Petri de Matafarro ad Canali dedit, uendidit et tradidit Radomiro condam Millouani, capatori Tadrensi, duos gognaios uinee positos ad Canali super terra Mafei condam Johannis Petri de Matafarro et Philipy et Marini, fratrum et filiorum olim Volcene Petri de Matafarro ibidem presentis, uolentis et consencientis, infra hos confines: de borea terratici Gregorii Damiani de Nassis, de trauersa, austro et quirina terratici dictorum Mafei, Philipy et Marini, *— ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid ei et suis heredibus et successoribus deinceps pla-

cuerit faciendum, sicut de re sua cum omnibus suis iuribus et pertinenciis. Et hoc pro precio et nomine precii in summa sexaginta unius libre et quatuor soldorum denariorum paruorum; quod precium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicto emptore habuisse et recepisse ac sibi integre datum, solutum et mimeratum esse in bona, usuali et legali moneta curente in ciuitate Jadre. Quam rem dictus venditor se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licenciam omnimodam contulit atque dedit. Nec non promittens prefatus uenditor per se et suos heredes et successores dicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam ei uel suis heredibus aut successoribus de dicta re seu parte ipsius ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, set ipsam rem cuin omnibus suis iuribus et pertinenciis ei et suis heredibus et successoribus. ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione super se et bonis suis omnibus presentibus et fucturis, omni exceptione remota. Et nichilominus ad cautelarri dictorum Mafei, Philipy et Marini promisit dictus Radomire per se et suos heredes et successores eisdem Mafeo, Phylipo et Marino pro se ipsis et eorum, heredibus stipulantibus et recipientibus dictam uineam anno quolibet bene putare et bis . gapare, poclades et gribenieos multiplicare et omnia et singula alia legaliter et studiose facere, que circa predicta fuerint facienda secundum consuetudines et statuta Jadre; et pro terratico annuatim quartum de omnibus fructibus et redditibus, quos extnde perceperit in Jadra in eorum domo conductum eis dare et consignare et si dictam uendiderit uineam dare eis unum bonum castratum; de iure autem suo faciat dictus Radomire et facere possit pro anima et corpore omnimodam suam uoluntatem sicut de re sua, iure dictorum Mafei, Phvlipi et Marini et omni alio secundum consuetudines et statuta Jadre semper saluo et reseruato. Actum est hoc et firmatum pressentibus Jacopo aurifice condam Jacobi. de Lilla et Stanoi condam Danielis, Jadrensibus, testibus ad hec uocatis et rogatis, et aliis«

(Drugi rukopis).

Ego Simon de Cugilla, iudex examinator manum missi.

(Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum,

Original na perg. u arkivu grof. Begna u Posedarju: P. no. 103.

804.

1365. 12. januara. U Trogiru. (Tragurii).

Biskup i kaptol trogirski imenuju Dominika, opata samostana sv. Ivana, svofim zastupnikom u prij'eporu sa kaptolom šibeničkim radi nekih desetina de Dobrauis.

In Christi noriiine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo [trecentesimo] sexagesimo quinto, indictione tercia, pontificatus sanctissimi in Chfisto patris et dornini nostri domini Vrbani, sancte Romane lecclesie papej quinti, anno tertio. Pateat vniuersis per hoc publicum instrurnentum, quod presente me notario infrascripto et testibus inferius expressis ad hoc uocatis et specialiter requisitis, congregato capitulo ecclesie Traguriensis in episcopatu Tragurii ad infrascripta specialiter ordinanda ad sonum maiofis carripane efusdem ecclesie in hiis et aliis actibus capitulafibus pulsari rnore solito consuete et hoc de licentia reuerendi in Chfisto patfis domini Nicolai, dei et apostolica gratia episcppi Tragurierisiš; in quo quidem capitulo pfefuit ipse dominus episcopus supradictus, tariquam caput eius ecclesie predicte, nec rion et ibi interfuerunt discreti viri dofnini Jacobus, archidiaconus Traguriensiš, presbiter Thomaxius, primicerius eiušdem ecclesie, presbiter Michael cpndam Martini, Goyslauus Slauci dyačonuš, presbiter Johannes' condam Mathei, Johannes Slischi dyaconus, prešbiter Nicolaus Buici,[1] presbiter Grupsša condam Dobrogosti, presbiter Georgius' condam Duyrrii, presbiter Matheus condam Desse et Stephanus magistri Bernardi dyaconus, omnes et siriguli canonici ećclesie supradicte, tamquam membra cum ipso domirio episcopo supradićto constituentes totum capitulurri ecclesie prelibate, protestatiorie priuš premissa per ipsum dorriinum episcopum nomine suo et eius ecclesie et per ipsos canoničos nomine eorum capituli memorati, quod per hanć constitutionem eorum mutui syndicatus, de qua statim inferius submittetur, non intendebant ipsi tacite uel expf'esse in aliquo reuocare aliquos eorum šyndicos uel procuratores prius hb minibus eorum mutuo constitutos in causa, de qua inferius explicatur, set eos in solidum potius confirmare, et acta et gesta similiter per eosdem. Fecit exinde ipse dominus episcopus nominibus predictis curri ipsis canonicis et ipsi canonici nominibus eorum in comuni mutuo cum ipso dornino episcopo supradicto, constituit et pariter ordinauit eorum vicissim singulis nominibus quibus supra syndicum, procuratorem et nuncium spe~cialem venerabilem et religiosum virum dominum fratrem Dominicum,

[1] Binci ?

abbatem monasterii sancti Johannis Baptiste ciuitatis Tragurii, ordinis Nigrorum beati Benedicti, licet tunc absentem, tanquam presentem, ad se antedictis nominibus presentandum specialiter coram reuerendissimo in Christo patre et domino domino Nicolao, dei-et apostolica gratia. archiepiscopo Jadrensi, sacrorum canonum professore, iudice delegato a reuerendissimo in Christo patre et domino domino Anclruino, tituli ancti Marcelli presbitero cardinali, apostolice sedis legato ad partes Lombarclie etc. destinato, super certa appellationis causa intemosite nominibus ipsius domini Traguriensis episcopi et eius capituli a reuerendissimo in Christo patre et domino domino Hugolino, eiusdem sedis gratia archiepiscopo Spallatensi, in principali causa tunc vertente coram eo inter ipsum dominum Traguriensem epi^copum et eius capitulum ex parte vna se defendente et capitulum ecclesie Sybenicensis ex parte alia agens(l) super certis decimis et iure decimationis ipsarum quarumdam villarum de Dobrauis, diocesis Traguriensi$, ut in litteris ipsius domini legati directis eidem domino Jadrensi archiepiscopo dignoscjtur contineri et ad impetrandum nominibus antedictis ab ipso domino Jadrensi archiepiscopo predicto tanquam in hoc iudice delegato citatipnem in pre^dictis contra prefatum capitulum ecclesie Svbenicensis in certo termino sibi per ipsum dominum archiepiscopum prefigendo, nec non et inpetrandum ab eo nominibus antedictis litteras inhibitorias in causa presenti . . . . . . p . . . m prefato domino archiepiscopo Spalatensi ac ad agendum et defendendum in predictis et occasionibus predictorum si et cum extiterit oportfunum lijbellum', facta pćtitiorie sentčnciarum, dandum et in se recipiendum et litem contestandum, iurandum in sui et dictorum constituenttum animas de calumpnia [et ueritalte dicenda, et subeundum cuiuslibet alterius generis necessarium et legitimum sacramentum, ac diuisim ad omnes alios actus iuridicoš facienfdum, si.l de] premissis extiterit oportunum, \et generaliter ad omnia alia procurandum et exercendum, que quilibet legitimus syndicus exercere posset .. . ,:.. . . . et siogulis predictorum generalem administrationem et liberam comittentes ipsi in predictis omnibus, etiamsi mandatum ekigerent speciale. Promittentes ipsi constituenteš sjngulis nominibus quibus supra mihi notario infrascripto, uelut in hoc publice persane stipulanti et recipienti uominibus omnium, quorurh.in prećictis interesšet uel interesse de iure posse.t quomodolibet. in futurum de iudicio ; siste (!)' • et iudicato soluendo in omnibus eius, clausulis oportunis, nisr extiterit prouocatum et ubi actorum nominibus fungencium ratum et firmum habere totum et quicquid ipse eorum svndicus e.xercendum duxerit in predictis et circa singula predictorum; et uolentes ipsi constituentes singulis nominibus quibus supra relleuare prefatum eorum syndicum ab omni onere et ge-

nere satisdandi, cauerunt ipsi coram me notario predicto legitime, ut predicitur, stipulante de iudicio sisti et iudicato soluendo, prout superius explicatur. Pro quibus quidem omnibus et singulis inuiolabiliter actendendis prefati constituentes nominibus prelibatis constkuerunt se fideiussores pro prefato eorum syndico penes me notario legitime ac predictam stipulationem sub obligatione eorum in singulo et in comuni et bonorum dicti episcopatus et prefati capituli expressa ypotheca.

Actum in ciuitate Tragurii in episcopali palatio Traguriensi, anno, indicione et pontificatu superius explicatis, die dominico, duodecimo mensis ianuarii, preseatibus Augustino condam Caxoti, Nicola condam Jacobi, ciuibus Traguriensibus et presbitero Johanne eondam Slouani de Tragurio, testibus ad predicta uocatis.

(Signum not.)

Et ego Guido condam domini Alberti de Godio ciuis Vincentinus, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus et singulis interfui et rogatus per ipsos constituentes nominibus quibus supra hoc scribere scripssi et in hanc publicam formam ipsa redegi sub mei proprio nomine et tabellionatus signo in testimonium premissorum.

Original na pergam. u ark. kaptola u Trogiru no. 92,

305.

1365. 18. januara. U Višegradu. (Vissegradi).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski moli Florentince neka podmire trazbine Marinu de Goize.

Nobilibus et sapientibus viris, prioribus artium, vexillifero iustitie, populo et comuni civitatis Florentie, amicis nostris, Ludovicus dei gratia rex Hungarie.

Amici karissimi! Proposuit nobis fidelis noster dilectus familiaris Marinus de Goize de Ragusia, quod quidam concives vestri sibi satis in magna pecunie quantitate forent debitores, quam sepius requisiti sibi soivere non curassent. Quare cum idem Marinus ex hoc magnum dampnum pati videatur, rogamus amicitiam vestram studio quo possumus ampliori, quatenus iam dicto Marino contemplatione nostri faciatis- ex parte debitorjim suorum huiusmodi iuris et iustitie complementum, gratam nobis in eo compiacentiam ostendentes. Datum in Vissegradi,. die XVIII. mensis ianuarii, anno LXV°.

Capitoli del comun di Firenze. Vol. XVI. f. 140.
Makusev Monum. hist. S/av. merid. I. 1. p. 431.

306,

1365. 7. februara. U Zadru. (Jadre).

Katarina, kči Zoyla de Cevalello, izjavljuje uz privolu svog muža Mihe de Sloradis, da ne traži ništa više iz dobara svog oca, kao ni svoje pokojne mafke, pošto je primila novčanu otpravninu,

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, indiccione tercia, die septimo mensis februarii; regnante serenissimo principe et domino nostro domino Lodoico, dei gracia Hungarie rege ; temporeque reuerendi patris domini Nicolai de Matafarris, decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac magnifici et potentis domini domini Nicolai de Zeech, regnorum Dalmacie et Crohacie bani generalis ac comitis Jadre. Domina Chatarina, filia ser <^oyli de Ceualello ciuis Jadre, et vxor ser Miche condam Barti de Sloradis ciuis Jadre, cum uoluntate et assenssu dicti sui viri ibidem presentis, consencientis et parabolam ei dantis fecitque se suosque heredes *et* successores ser Zoylo predicto, eius domine Chatarine patri, pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti et recipienti plenam et inreuocabilem securitatem, finem, remixionem. refutacionem, transaccionem et perpetuum et speciale pactum de unquam eidem ser Zoylo, nec eius heredibus et successoribus ulterius aliquid non petendo generaliter de omni iure et actione ac de omni eo, quod ad ipsam dominam Chatarinam spectabat seu pertinebat, spectat uel pertinet, aut spectare seu pertinere videbatur et poterat quoquo modo, in bonis seu de bonis tam SHpradicti ser Zoyli, eiusdem domine Chatarine patris, quam domine Marchete, condam matris domine Chatarine predicte, nomine et ocaxione hereditatum uel successionum dictorum parentum suorum seu testamenti dicte condam domine Marchete seu alterius eorum et quocumque alio titulo, forma, modo, ratione et causa, ac de omni alio iure et actione, quod ad ipsam spectare et pertinere poterat quocumque et qualicumque* in bonis paternis et maternis quibuscumque; transferens dicta domina Chatarina in dictum ser Zoylum, eius patrem, omnia et singula sua iura et actiones ad ipsam spectantes et pertinentes quoquo modo, ratione et causa in bonis predictis paternis et maternis; et hoc fecit dicta domina Chatarina pro libris mille paruorum bone et antique monete, quas libras mille paruorum seu dictam pecunie quantitatem pro dotibus suis dictus ser Micha eius maritus iam habuisse et recepisse confessus [est] a ser Zoylo predicto; liberauit insuper et absoluit dicta domina Chatarina dictum ser Zoylum eius patrem et eius heredes et successores ac bona

ab omnibus et singulis, que predictorum ocaxione uel quacumque ratione uel causa petere potuisset et posset in bonis et de bonis dictorum parentum suorum et cuiuslibet eorum, in quibus dicta domina Chatarina videretur et posset aliquod ius habere; promisit insuper dicta domina Catharina stipulans solempniter per se suosque heredes et successores eidem ser Zoylo pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti et recipienti litem, questionem, causam aut controuersiam eidem, nec eius heredibus et successoribus de dictis bonis paternis et maternis ad ipsam spectantibus, et que spectare et pertinere viderentur et possent quoquo modo ullo tempore non mouere nec infere, set predictam refutacionem, securitatem, finem et remixionem et omnia et singula in hoc contractu contenta firma et rata habere et tenere perpetuo et ea atendere et obseruare et nunquam contrafacere uel venire aliqua ratione uel causa sub pena quarti eius, in quo contrafaceret uel veniret; qua pena soluta uel non, nichilominus contractus iste ratus maneat. Pro quibus omnibus et singulis supradictis firmius atendendis et obseruandis dicta domina Chatarina obligauit se heredesque suos et successores et omnia bona sua prešencia et futura eidem ser Zoylo pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti et recipienti. Actum Jadre, presentibus ser Augiistino de Cigalis et Francisco de Zeuallello, ciuibus Jadre, testibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Damianus de Cipriano examinator manum missi.

Et ego Isuardus condam Romanati de Romanato, publicus imperiali auctoritate notarius et ciuis Paduanus et iuratus notarius Jadre, scripsi.

(Signum not,).

Original na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije: Diplomata a. 1364.

307.

1365, 12. februara. U Dubici. (In comitatu Dubicensi).

Red Ivanovaca daruje samostanu Pavlina crkve sv. Marije u Dubici sve marturine, submarturine i ostate dohotke, što su ih dulni kmetovi sa posjeda Otok.

Nos frater Bandonus Cornuti, saćre domtis hospitalis sancti Johannis Jerosolirhitani per Hungariarn et Sclauoniam prior humilisi et cbmes Dubyche, tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quođ

nos ad supplicacionem et instantem peticionem religiosi viri fratris Mathie, ordinis sancti Pauli primi heremite, prioris claustri beate virginis Marie de eadern Dubyčha, cum consilio et consensu fratrum et procerum nostrorum nobiscum existencium in hac parte vniuersas marturinas, submarturinas et alios prouentus, quas et quos de iobagionibus seu colonis super quadam particula terre in possessione Otok vocata in dicto nostro comitatu existente constituta per Ntcolaum iam defunctum et Stephanum filios Odoleni prefato claustro beate virginis data et donata commorantibus pro nobis vel ordine nostro habere debuissemus uel deberemus ad honorem omnipotentis dei et eiusdem virginis Marie totaliter et omnino prelibato claustro et fratribus in eo deo famulantibus duximus in perpetuum relaxandas et remittendas. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli prioratus nostri Hungarie et Sclauonie appensione munitas et roboratas. Datum in eodem nostro comitatu Dubicensi, feria quarta proxima ante festum beati Valentini martiris, anno domini M°CCC°LX° quinto.

Original na pergameni u kr. ttgarskom drzavnom arkivtt u Budimpešti: M, O. D, Z. no. 35.232. —- Stara signaiura: Acta monast. de Dubica no. 6.

Visi konopljana vrvca bez pečata.

308

1365. 26. februara.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski zajamčuje da na plemićka dohra biskupa Stjejbana i brata mu Ivana ne će nikada imati prava nasljedstva zenska loza te obitelji.*

[Llodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium saluatore. Fauorabilis peticio supplicancium deuotorum plenum debet consequi effectum in hys presertim, que futuris eorum profectibus cernuntur utiliter conuenire. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nos pensantes fidelitates et fidelium seruiciorum gratuita merita venerabilis in Christo patris domini Stephani, episcopi Zagrabiensis regnique Sclauonie vicaru generalis, ac magistn Johannis fratris sui vterini, filiorum quondani magistri Laurencii, dilec-

torum nobis et fidelium, que ipsos primum quondam excellentissimo principi domino Karolo illustri regi Hungarie, genitori nostro karissimo clare recordacionis, sceptra regni regiminis Hungarici feliciter inportanti, et demum vocacione diuina, cui humana non nouit inbecillitas obuiare eodem patre nostro ab humanis eximito nobis iure successorio in coronam et regalia fastigia excellenter sublimatis, in omnibuš nostris et regni nostri negocits ac expedicionibus diuersis continue et sine intermissione lateri nostro adherendo, personas eorum fortuitis et inopinatis casibus strennue et viriliter exponentes fatigas et onera supportantes expensarum pro nostri honoris incremento cum sumpme diligencie studio, agilitate strennua semper eorum gressus in via debite fidelitatis dirigentes exhibuisse nouimus, exhibere sentimus de presenti et exhtbiturum pro firmo credimus in futurum, volentes et ex animo cupientes, ne ipsorum laudabilia seruicia, que suo modo longum esset enarrare et scribere tediosum, erga liberalitatem nostri regalis culminis ingrata permaneant et irreconpensata, sed tam ipsi, quam heredes eorum et successores legitimi nostre(!) senciant in ipsorum personis largitatem supplicatiua eorum intercessione nos ad hoc humiliter et deuote inducente eisdem domino episcopo et magistro Johanni fratri suo verbo nostre regie dignitatis assumpmentes permittimus et pollicemur ex gracia speciali, quod in eorum castris, hereditatibus, possessionibus et villis quibusuis nominibus vocitatis, vbilibet et in quibuslibet regni nostri comitatibus habitis filias uel sorores fratrum, consanguineorum et proximorum eiusdem domini episcopi ac magistri Johannis fratris sui illorum, scilicet ad quos vera successio possessionum eorum deuolui deberet, absque ipsorum fratrum, proximorum, consanguineorum ac heredum sexus masculini scitu, voluntate, intercessione et consensu, in veros heredes ueluti filios masculinos sub hiisdem graciarum prerogatiuis, quibus aliis facere extitimus consueti non instituemus, non creabimus, neque preflciemus, ymmo in casum, quo eisdem filiabus uel sororibus ex suasu et indiccione aliquorum ipsam graciam facere nos vel nostros successores contingeret, volumus et ex presenti nostro statuto decernentes committimus, vt huiusmodi gracia ipsis filiabus et earum heredibus in nullo penitus suffragetur, sed penitus irrita habeatur et inanis. Si vero tam ex alicuius suasione super consimili gracia litteras nostras cuipiam concessissemus, eas cassamus, reuocamus, friuolasque et cassas ac viribus pronunciamus carituras, presentis priuilegii nostri patrocinio mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpfetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri noui dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre

cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini M°CCC°LX° quinto, quarto kalendas mensis marcii, regni autem nostri anno vigesimo quarto. Venerabilibus in Christo patribus et dominis eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Vgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Elya Ragusiensi, archiepiscopis; Demetrio Waradiensi, Dominico Transsyluano, Colomano Jauriensi, Ladislao Vesprimiensi, eodem Stephano Zagrabiensi, regnique Sclavonie vicario generali, Vilheimo Quinqueecclesiensi, Dominico. Chanadiensi, Mychaele Agriensi, Johanne Vaciensi, Petro **Boz**nensi, fratre Stephano Nitriensi, Demetrio electo Syrmiensi confirmato, Demetrio Nonensi, Nicolao Traguriensi, Stephano Farensi, Valentino Macarensi, Mattheo Sibinicensi, Michaele Scardonensi et Portiua Senniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Tininiensi et Corbauiensi sedibus vacantibus; magnificis viris Nicolao Konth" palatino, Dionysio voyuoda Transsilvano, comite Stephano iudice curie nostre, Johanne magistro tawarnicorum nostrorum, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Gara de Machou banis, Petro Zudor pincernarum, Paulo de Lyzkou dapiferorum, Johanne ianitorum et Emerico agazonum nostrorum magistris, ac magistro Benedicto comite Posoniensi, aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Onginal na pergameni u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti. M. O. D. L. no. 33.465. — Stara signatura: N R. A. fasc. 563. no. 35. Na listini visi žuta i tamno-modra svilena vrvca bez pecata.

Na hrptu nota: Declaratib regis Ludovici, quod filie non creentur in filios in bonis dominorum de Kanysa.

Feje'r Codex Dipl, Hung. T. IX. 3., 504.—507.

309.

1365. 16. marta. U Kninu. (Tininii).

Nikola i i hrvatski daruje Pribanu, Ratku, Mladenu sinovima Zilana, Vtasima, kraljevsku zemlju Vydche-zelo među Keglom i Zrmanjom, uz dužnost vojničke sluzbe.

Nos Nicolaus de Zeech regnorum Dalmacie et Croacie banus memorie commendamus, tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelitatum preclaris meritis Pribani, Bathkoni, [1] Dwdany, Woyhne et Maladeni filiorum Zylan,

[1] Dolje ispravntje Rathkonis.

t

Olahorum domini nostri regis in regno Croacie sitis et existentibus, quandam terram fegalem pretextu nostri banatus nobis pertinentem Wydchezelo nominatam inter possessionem Kegel et Zirmana existentem, nunc vacuam et habitatoribus destitutam, volendo populosam efficere eandem, secundum cursus antiquarurn metarum videlicet terris cultis et incultis, vineis, siluis, pratis, nemoribus, aquis, aquarumque decursibus, lapidibus, arboribus fructiferis et vniuersis vtilitatibus inter iustis metis dicte terre et possessionis Wydchezelo habitis et existentibus modo quo supra, vt premittitur, pro fidelitabus et opportunis seruiciis eorundem eisdem Pribano, Rathkoni, Dwdano, Woyhne et Maledeno honoris titulo dedimus, donauimus et contulimus tenendam, vtendam, fruendam, gaudendam pariter et habendam, sine preiudicio iuris alieni, tali modo: vt quicunque homines per adductionem dictorum Pribani, Rathk, Dwdani, Woyhne et Maladeni ad faciem dicte terre causa commorandi venirent et edificia facerent a die aduentus eorum in dictam terram vsque ad terciam reuolucionem annualem supranominatam computando libertatis prerogatiua perfruantur, ita vt per spacia trium annorum ipsis pro libertate assignatorum ab omni onere penitus sint exempti; elapsis autem trium annorum curriculis iidem homines in facie dicte terre residentes ea et eadem seruicia ipsis Olahis impendere teneantur, prout alii ipsius contrate homines, scilicet consimiles, sunt facere consueti. Iidem vero Olahi de eadem possessione nobis et nostris successoribus more armigerorum et woytanis seruire tenebuntur. Datum Tininii, die dominico proximo post festum beati Gregorii pape, anno domini millesimo trecentesimo sexao;esimo auinto.

Iz originalnog prijepisa kralja Maiije Kotvina na pergam. u formi knjige u arkivu fugosiav. akademije u Zagrebu: Diplomaia a. 1365.

310.

1365* 27. marta. U Senju. (Segnie),

Cvjeta, udova Konstantinova prodaje svećeniku Radovanu, sinu LukaČevu, vinograd u Picauigi za šesdeset i dva dukata.

ln Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo septuagessimo sexto, indictione quarta decima, die quarto mensis aprilis; temporibus equidem domini Lodouici, dei gratia serenissimi regis Vngarie, venerabilis in Christo patris domini fratris Prothiue, eadem gratia episcopi Segniensis, magnificorumque virorum dominorum

Stephani et Johannis Vegle, Modrusse, Gecche ac Vifiodolli comitum nec non Segnie dominorutn naturalium, generosi militis domini Andree, vicecomitis Moysis condam iudicis Bartholi, Georgii condam ser Zanelii et Jacobi condam iudicis Vidonis, iudicum ciuitatis Segnie. Hoc est exemplum cuiusdam note non uiciate, non abrase, non cancellate, aut in aliqua sui parte deturpate, scripte manu Michini ESayoni de Bocazuppis de Ancona, notarii publici, reperte in quaternis comunis Segnie; cuius note tenor per omnia taiis fore dignoscitur:

Millesimo trecentesimo sexagessimo quinto, die vigessimo septimo mensis marcii, actum in ciuitate Segnie, in dorno habitationis mei Michini notarii infrascripti, presentibus presbitero Georgio primicerio Segnie, ser Miroticcho olim vicecomite Tersani, Vido filio iudicis Jacobi de Raduco, Radichio filio condam Cranichii, ciuibus Segnie et aliis testibus ad hec uocatis, habitis et rogatis. Ibique Cifitta filia condam Pocherdagh et vxor condam Constantini per se suosque heredes iure proprio et in perpetuum dedit, uendidit, allienauit et tradidit presbitero Radouano filio Luchachii Cerdonis pro se suisque heredibus ementi et recipienti vnam vineam positam in districtu Segnie in loco uocato Picauiga prope vineam Pocherchalii, prope vineam Iuan§oli de Tuceuich, prope uiam publicam et prope neresium Helie condam Tholimerii vel iuxta alios, si qui sunt confines veriores; ad habendum, tenendum, gaudendum, possidendum, uendendum, donandum, allienandum, pro anima et corpore iudicandum et quicquid ei uel eius heredibus de dicta vinea cum suis pertinenciis deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum accessibus et egressibus suis in viam publicam pro precio sexaginta duorum ducatorum auri. Quod totum precium dicta (^iuitta contenta fuit habuisse et recepisse omni exceptioni renuncians; promittens dictam vineam ei et eius heredibus deffendere, disscalumpniare et dissbrigare sub pena dupli etc., vt plenius fieri potest secundum silabam predictorum.

(Drugi rukopis).

Ego Benevenutus, vicecomes Signie examinator manum missi.

(Monogram. not.).

Ego Nicolaus condam Dominici de Vegla, publicus imperiali auctoritate et nunc comunis Segnie officialis iuratus, predicta omiiia et singula in ipsa nota reperta de mandato generosi militis domini Andree vicecomitis, prout in dicta nota reperi, ita fideliter exemplaui et in formam publicam redegi, nichil addens uel minuens, quod serisum mutet uel uariet mtelectum, set omnia bona fide desscribens meoque signo solito et consueto corroborans.

Originalni noU prijepis od god. 1375. 4. aprila na pergam. n arkivn samostana u Trsatu.

Na krptu giagolj. biljeska : list ot Pihavice.

811.

1365. 1. aprila. Na Rjjeci« (In terra Fluminis).

Stjepan i Ivan knezovi krčki, vračaju knezu Ugonu de Duy'no grad Rijeku, te se obvezuju, da ih ne će smetati u posjedu grada Gotnich.

Vniuersis et singulis presens priuilegium inspecturis nos Stephanus et Johannes comites Vegle, Modrusse atque Gacche euidenter facimus fore notum, quod considerata dileccionis affeccione, sincera beniuolencia et vera cordis amicicia, quam et quas gerimus erga strennuum virum dominum Vgonem de Duyno, terram et castrum Fluminis cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, quod a diu condam domino patri nostro domino comiti Bartholomeo fuerat obligatum, ex nunc eidem domino Vgoni et suis heredibus perpetualiter restituendum duximus et reddendum, volentes expresse, ut omnis discordia, odium et maliuolencia, que et quod hactenus fuerint inter nostros predecessores et nos usque nunc ex una parte et predecessores predicti domini Vgonis et ipsum dominum Vgonem ex parte altera, sint casse, deposite et totaliter anichilate, ita quod nullo tempore renouentur, sed penitus obliuioni mandentur et amodo in antea inter nos et ipsum dominum Vgonem verus amor, sincera dileccto et pax firma vigeat perpetualiter duratura. Pro quibus omnibus firmius obseruandis per nos nostrosque heredes eidem domino Vgoni pro se et suis heredibus recipienti promittimus nunquam prenotatam terram Fluminis et castrum repetere, neque repeti facere, neque n predictls uel aliquo supra et infradictorum contrafacere uel venire aliqua racione uel causa, sed eam sibi et suis heredibus dimittere libere possidere, frui pacifice et gaudere et hanc pacem, bonam et amichabilem composicionem cum ipso domino Vgone et suis heredibus tenere perpetualiter et inviolabiliter obseruare, atendere et adimplere. Insuper promittimus per nos et heredes nostros eidem domino Vgoni pro se et suis heredibus recipienti castrum vocatum Gotnich cum suis iuribus et pertinenciis, uel partem castri aut partem aliquam sui iuris nunquam ab eo petere, neque requirere, neque peti aut requiri facere pro alicuius persone instancia, volentes expresse, quod si casualiter contingeret nos aut gentem nostram uel coadiutores nostros castra uel villas eiusdem domini Vgonis intrare aut fratrum suorum filiorum condam Vaysntchery

usque ad finem decem annorum ipsa castra et uillas suas et gentem suam dampnificare maligno non debeamus, sed secure venire, intrare et reuerti possimus et seruitores et coadiutores nostri per eius loca, castra et villas sine aliquo dampno eiusdem domini Vgonis, prout ex hoc *m* suis priuilegiis continetur. Ultra uero tempus decem annorum nos et seruitores nostri et coadiutores libere et secure ire, transire et venire ac reuerti possimus per loca, uillas, castra et tenutas dicti domini Vgonis. Et ipse dominus Vgo et seruitores et coadiutores sui, tamquam boni amici et tamquam illi, qui in bona pace consistunt per dominicam contratam et loca nostra secure uenire, transire, čonuersari valeant et redire sine tamen dampno nostro ad eorum beneplacitum uoluntatis. Et promittimus presentibus litteris per nos et heredes nostros eidem domino Vgoni tam supradicta quam infrascripta pro se et nomine Villalmi et Georgii, fratrum suorum et heredum suorum, recipienti contra eundem dominum Vgonem et fratres suos predictos et heredes suos nullum malum, nullum excidium, iacturam siue dampnum tractare, neque procedere contra eos perpetualiter iuxta continenciam priuilegii facte pacis et obseruantibus tamen semper predicto domino Vgone et fratribus suis pacta, promissiones pro se et heredibus eorum et conuenciones et adimplentibus ea omnia, prout in priuilegiis dicti domini Vgonis plenius continetur. In quorum omnium testimonium ad maiorem certitudinem et cautelam presens priuilegium munitum nostris ambobus sigillis pendentibus eidem domino Vgoni iussimus exhibendum, sub anno domini millesimo trecentesimo sexagessimo quinto, indiccione tercia, die prima mensis aprilis, in predicta terra Fluminis.

Origmal na pergameni u kr, zem. arkivu u Zagrebu : Doc. medii aevL a. 1365,

Na listini vise o crvenim svilenim vrvcama dobro sačuvana dva pecata.

Na hrptn biljeska XVI. vijeka: Bericht Vegls mit Tiibain (1365.) Walsser.

Fejer Coa. dipl. Hung. IX. vol. 3. p. 518.—524. ex arch. imp. Viennenst.

*Thalloczy*Barabas Frangepan. csal. I. 83.—85.*

312.

1365, 3. aprila. U Zadru. (Jadre).

Namira, što je izdaje Đuro, žufinik sv. Marije u Zadru, ofiatu samostana rogovskoga vrhu filateža firovizije za firvu godinu fiafiinskom legatu, kardinalu Andruinu.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo trecentessimo sexagessimo auinto, indictione tertia, die tertia menssis aprelis; regnande (!) domino nostro domino Lodouico, dei gratia serenissimo rege Hungarie, temporibus equidem reuerendi patris domini NicoIay de Matafarris, decretorum doctoris et archiepiscopi Jadrenssis, atque magnifici et potentis viri domini Nicolay de Zeech, regnorum Dalmatie et Croatie generalis bani et comitis ciuitatis Jadre. Venerabilis vir dominus Georgius, plebanus sancte Marie mayoris de Jadra, tanquam vicarius reuerendi patris domini archiepiscopi suprascripti, fuit contentus et confessus per hoc presens instrumentum habuisse et recepisse ac sibi fore datos et numeratos a reuerendo patre fratre Petro, abbate sanctorum Cosme et Damiani diocessis Jadrensis, ducatos decem et nouem auri et unum ducatum auri pro expensis; et hoć pro prouisione domini Andruini, titullo sancti Marcelli presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati, et hoc pro primo anno sue legationis. Quos dictos denarios predictus dominus plebanus dixit et confessus fuit se habuisse et recepisse a dicto domino abbate die secunda menssis decembris proxime preteriti sic, quod dictus dominus plebanus nomine quo supra absoluit predictum dominum abbatem et suum monasterium ac suos successores de soluttone dictorum denariorum, silicet, quod antedictus dominus plebanus nomine antedicto dpmino abbati et suo monasterio supradicto ac suis successoribus facit plenissimam ^uietationem, transactionem et remissionem de ulterius non petendi dictos denarios a dicto domino abbate, nec a suo monasterio, nec ei litem uel questionem seu controuersiam occasione dictorum denariorum inferre, nec inferrenti consentire, set predicta omnia et singulla firma et rata habere et tenere et non contrafacere uel uenire de iure uel de facto, per se uel allium siue allios sub pena quarti predictorum denariorum et reffectione omnium dampnorum et expensarum litis et extra obligando se et sua bona presentia et futura; et pena soluta uel non, nichilominus presens instrumentum quietationis sit ratum et firmum. Actum Jadre, presentibus Juullo Discouich et Martino filio Obradi, ciuibus Jadre, testibus ad hoc uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Simon de Cuejlla, iudex examinator manum misi

' *(Signum not).*

Ego presbiter Helyas, canonicus Spalatensis, imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre, hiis omnibus interfui rogatus scripsi et publicaui signoque meo consueto signaui.

Original na pergam. u ark. gubern. uZadru, odio šamostana rogovskoga no. 74.

313.

1365. 10. aprila. U Zadru. (Jadre).

Katarina, kči pokoj'nog Grgura de Zadulinis, a udova Nikole de Botono izjavlj'uje, da j'e primila od Cerne, sina pokoj'. Mihe de Botono zadnj'i čbrok duinog joj legata iz ostavine svog pok. Mtiža, a brata spomenutog Cerne.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo auinto, indiccione tercia, die decimo mensis aprillis, regnante serenissimo principe et domino nostro domino Lodouico, dei gracia inclito rege Hungatie; temporeque reuerendi patris domini Nicolat de Matafaris, decretorum doctoris et Jadrensis archiepiscopi, ac magnifici et potentis viri domini'Nicolai de Seez regnorum Dalmacie et Crohacie, bani generalis et comitis ciuitatis Jadre. Domina Catarina filia condam Gregorii de Zadulino et relicta Nicolai condam Miche de Botono, ciuis Jadre, fuit contenta et confessa se habuisse et recepisse ac sibi datos, numeratos, traditos et soluptos fore a ser Cerne condam Miche de Botono, ciue Jadre, ducatos quinquaginta auri in vna parte et libras centum parte in altera; quas libras centum dare tenebatur dictus ser Cernolus dicte domine Catarine ocaxione vnius legati facti siue dimissi per condam ser Nicolaum fratrem dicti ser Cernoli dicte domine Catarine eius vxoris(!), et hec pro ultima paga et conpleta solucione vnius f debiti ducatorum centum septuaginta octo auri, in quibus dictus ser Ceme obligatus est eidem domine Catarine per publicum instrumentum scriptum et roboratum per Blasinum Brocum, iuratum notarium Jadre, in millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, indiccione prima, die vigesimo septimo mensis octubris, excepcioni sibi non datos, non numeratos et non soluptos fore dictos ducatos quinqueginta auri in vna parte et dictas libras centum in allia, ut dictum est, iure legati et omni allii

auxilio omnino renuncians. Quapropter supradicta domina Katarina per se, suos heredes et successores fecit dicto ser Cernolo pro se et eius heredibus et successoribus recipienti finem et misionem (!), transaccionem et pactum securitatis ac liberacionis plenissimam de vlterius non petendo, nec peti faciendo supradictas quantitates pecunie vigore supradicti instrumenti, absoluens et liberans eum et eos(l) heredes et successores et bona orrmia sua presencia et futura et promittens vlterius eidem aut suis heredibus et successoribus litem uel controuersiam dicta ocaxione non infere, nec inferenti consentire, nec ullas contra predictam excepcionem atentare, set hanc finem, remissionem, confesionem et securitatem et omnia et singula predicta perpetuo atendere et obseruare firma, rata et grata habere et tenere et non contrafacere uel uenire per se uel alium, alliqua racione uel causa, de iure uel de facto sub pena quarti et refeccione omnium expensarum, dampnorum et interesse litis et extra, et obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum; et pena solupta uel non, nichilominus presens instrumentum in sua firmitate perduret Actum Jadre, presentibus ser Bito de Zadulino et ser Dominico de Nassis, ciuibus Jadre, testibus ad hoc vocatis, rogatis et alliis.

(Drugt rukopis).

Ego Damianus de Cipriano examinator manum missi.

Ego Bartholomeus, filius condam ser Paganini de Bononia olim cancellarii Jadre, publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, cui per maius et generale conscilium Jadre atributum est et concessum scribere, autenticare et in publicam formam redigere omnes scripturas, acta, instrumenta cuiuscumque generis Blasini Brochi, condam notarii et iurati Jadre, me supradictam securitatem abreuiacionis sua propria manu scripsi et in publicam formam redegi.

(Signum notj

Original na pergam. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1365.

Na hrptu nalazi se savremena biljeska: Securitas ser Cernoli de Botono de ducatis L auri et libris C paruorum.

314.

1365, 16, aprila. U Ninu. (None).

Gruban Budimerig daruje Petru Ilijinom vinograd u Chemici, ali samo na vrijeme, dok bude opstojalo u tom vinogradu trsje.

In dei nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, indictione tertia, die sexto decimo mensis aprilis, None; regnante serenissimo principe domino nostro domino Lodouico, dei gratia illustro rege Vngarie; et tempore reuerendi in Christo patris domini Demetrii de Mathafaris, dei et apostolice sedis gratia Nonnensis episcopi, ac egregii et potentis viri dornini Johannis de Grisogonis, militis regii et comitis honorabilis Nonensis. Grubannus condam Scenichi habitator ad Caginam gorigam de genere Budimerig sponte et ex certa scientia dedit, tradidit et donauit per se suosque heredes et successores donatione, que dicitur inter uiuos, ita quod aliqua ingratitudine uel offensa, tam magnam(l), quam parua reuocari non possit, Petro condam Elie de Chernir;a, villano heredum Johannis domini Petri de Nona, pro se et suis heredibus et successoribus recipiens(!) goniagum vnum vinee sue proprie ad mensuram Sclauicam posite in Cherniga, ubi dicitur Brue. Podputie super terram propriam ipsius Grubanni; cuius confines sunt: de trauerssa, de austro et de borea vinee predicti Grubanni, de quirina potoch; ad habendum, tenendum, possidendum' et quicquid sibi et suis heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis suis iuribus et pertinenciis, que infra uel extra seu intra se continentur confines in integrum, omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente, tam de consuetudine quam de iure. Et hoc dum capita seu vites durabunt; et si per aliquod tempus deficient capita vituum uoluit idem Grubanus, quod dicta terra reuertatur et remaneat iterato sibi et suis heredibus. Promictens dictus Grubannus per se suosque heredes et successores dictam rem donatam cum omnibus pertinenciis suis predicto Petro et suis heredibus et successoribus excalumpniare et defendere in ratione ab omni persona perpetuo dum capita seu vites durabunt, super se et omnia bona sua presencia et futura; et predicta omnia et singula promiserunt ad inuicem vna pars alteri firma et rata habere et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel venire aliqua ratione ueJ causa, de iure uel de acto, sub obligatione omnium bonorum suorum utriusque partis. Actum

est hoc et firmatum None, in platea comunis, presentibus ser Gregorio Segurino, nunc iudice et examinatore, Radoslauo Sedmocopich et Nicolao Prodafnjnich, testibus uocatis et rogatis et aliis.

(Drtigi rukopis).

f Ego Gregorius Segurinus condam Dobrosi, nunc iudex et examinator manum misi.

Et ego Egidius condam Symonis de Ripatransis, ex apostolica et imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius publicus et nunc iuratus cangellarius None, predictis omnibus interfui, et rogatus scripssi et publicaui et meum signum apposui consuetum.

Original na pergameni u gzibemijahzom arkivtt n Zadru. Acta famh Lantana. no. 3. >

315.

1365. 17. aprila, U Zadru. (Jadre).

Mihovil Veselkouich, stanovnik zadarskt, prodaje gradaninu Matiji polovicu svoj'e barke i polovicu svih njezmih pripadaka.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Yesu Christi millessimo trecentessimo sexagessimo quinto, indictione tertia, die decimo septimo menssis aprilis; regnante domino nbstro domino Lodovico, dei gratia serenissimo rege Hungarie; temporibus equidem reuerendi in Christo patris domini Nicolai de Matafaro, decretorum doctoris et archiepiscopi Jadrensis, atque magnifici et potentis uiri domini Nicolay de Zeech, regnorum Dalmatie et Croatie bani et comitis ciuitatis Jadre. Mihouil Veselcouich, habitator Jadre, pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum dedit, uendidit atque tradidit Mateo condam Stri^chi uocati Darpay, ciui Jadre, ementi suisque heredibus et successoribus medietatem unius sue barchite et medietatem illorum coredum, que dicta barchita habet; que barchita est quasi magnitudinis piscarice, quam fectt Uitulius marangonus uocatus Bedric; ad habendum, tenendum, possidendum et quidquid eidem emptori siue suis heredibus et successoribus deinceps plaeuerit fatiendum, sine alicuius contraditione cum omnibus et singulis iuribus et pertinenciis dicte medietatis. Et hoc pro pretio librarum sexdecim denariorum paruorum, quod pretium prefatus Michouil contentus et confessus fuit se ab ipso emptore habuisse et recepisse ac ei nomine antedicto datum et numeratum fore et solutum conuertendum in usum dicti Michouilli> excep-

tioni non habiti et non recepti dicti pretii et omni allio auxillio et fauore omnino renuntians. Nec non promittens dictus uenditor predicto emptori siue eius heredibus et successoribus stipullanti de' dicta medie^ tate barchite uendite litem uel questionem ullo tempore inferre nec inferenti consentirej set predictam medietatem barchite cum omnibus suis iunbus et pertinenciis ei et eius heredibus et'successoribus deffendere et scalumpniare (!) ab omni persona et uniuersitate in ratione et predictam uenditionem et omnia et singulla attendere et obseruare et non contrafacere uel uenire per se uel allium siue allios alliquo (!) ratione uei causa, de iure uel de facto sub pena quarti dictorum denariorum et refectione omnium dampnorum et expensarum litis et extra, sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum; et pena soluta uel non, nichilominus presens instrumentum uenditionis plenam obtineat firmitatem." Actum Jadre, presentibus Barthullo piscatore fiilio Juani et Grisogono filiio Tacobi piscatoris, ciuibus Tadre, testibus ad hoc uocatis et rosatis et alliis.

Original na pergameni u biblioteci Paravia u Zadru no. 272.

Notarski potpis manjka; nu po rukopisu je to: Heiyas, canonicus-Spalatensis.

316.

1365. 18. aprila, U Senju. (Segne).

Ugovor između Ivana i Stjepana, knezova krĆkih i modruških, o diobi dobara, po kojem bi imao Ivan dobiti sva ona dobra, što ih je fto-sjedovao njihov otac knez Bartolomej\ a Stjepan bi imao dobiti dobra strica im Dujma, no ipak tako, da bi mogao, u koliko bi bila ia dioba obzirom na vrijednost nepravedna, njihov djed po majci, odnosno njegov sin tu diobu u tom pogledu ispraviti.

Universis et singulis presemtes litteras inspecturis nos Johannes -comes Vegle, Modrusse et Gecche evidenter facimus fore notum, quod cum carissimo fratre nostro domino comite Stefa'no Vegle, Modrusse et Gecche habito et deliberato cum bonis hominibus utriusque nostrum servitoribus consilio saniori, pro commodo et utilitate utriusque nostrum, dei nomine invocato ad infrascriptum concordium unanimes devenimus, modum et ordinem atque formam spontanea voluntate circa divisionem totius nostri dominii et contrate utriusque nostrum.

Convenimus itaque cum predicto carissimo fratre nostro, ut nos partem illam nostrum utriusque contrate et dominii habeamus, teneamus

et possideamus per nos et heredes nostros, et de ipsa faciamus quiC" quid nobis placuerit, quam partem olim felicis memorie condam dominus pater nostrum utriusque comes Bartholomeus habuit et possedit, et ipse frater noster partem illam, quam habuit condam felicis memorie dominus comes Duvmus patruus nostrum dominii et contrate nostrum utriusque habeat, teneat et possideat per se suosque heredes et faciat quicquid sibi placebit, servato semper iilo primo ordine et conditionibus habitis prius inter nostrum utriusque predecessores in iure successionis et hereditatis patrimonii totius dominii et contrate nostrum utriusque.

Preterea cum predicto fratre nostro karissimo convenimus solempnibus stipulationibus hincinde intervenientibus, quod dominus avus nostrum utriusaue ex parte matris vel dominus Volricus eius filius avunculus nostrum possit, valeat, debeat cum plena libertate omnes reditus et proventus utriusque nostrum et partem utriusque dominii et contrate inter nos sic factam cognoscere, discernere et videre; et utrum nostrum invenerit in parte sua reditibus et proventibus plus habentem altero *m* parte sua, ipse dominus avus vel avunculus nostrum utriusque possicy. valeat et debeat plus habentem compescere et cogere ad reficiendum et satisfaciendum minus habenti, in tanto in quanto aliquis nostrum inventus fuerit plus habere.

Et hec omnia et singula promittimus quilibet nostrum, videlicet unus alteri solempnibus stipulationibus hincinde intervenientibus firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per nos et heredes nostros vel alios modo aliquo, ratione, ingenio sive causa, omni dolo et fraude remotis, sub nostre fidei iuramento et sub pena duorum millium« fiorenorum solempni stipulatione promissa, qua solutis (l) vel non, predicta omnia et singula firma permaneant atque rata.

In quorum omnium testimonium et cautelam presens privilegium nostro pendenti sigillo munitum eidem fratri nostro carissimo iussimus exhibendum, sub anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, indictione tertia, die decimo octavo mensis aprilis, in nostra civitate Segne scriptum.

Original na pergameni u kr. ugar. drkavnom arkivu u Budimpešti ? M. O. D. L. no. 5391. — Stara signatnra: Neo reg% 1591. 13.

Thalloczy-Barabas Cod. de Frangepan. I. 85—87.*

317.

1365. 28. aprila. U Zagrebu. (Zagrabie).

Pred Nikolom zupanom zagrebačkim i Markom lupanom zemaljskim iuropoljskim prodaje Petar Pavlov svoju zemlju Kostaneuicha Ivanu iz Donje Lomnice.

Nos magister Nicolaus filius Jacobi, comes Zagrabiensis et castellanus cast[ri de] Zanabor(!), ac Mark filius Stanomery, comes terrestris •de Campo Zagrabiensi, significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod ad nostram personaliter accedentibus presenciam Petro filio Pauli de Superiori Lomnicha ab vna, parte vero ab altera Juano literato de Inferiori Lomnicha, per eundem Petrum confessum extitit •coram nobis oraculo viue vocis, quod ipse quandam possessionem suam Kostaneuicha vocatam, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis vninersis, cum metis infrascriptis, dicto Iwano (!) literato pro triginta marcis denariorum, vt dicitur prius plene ab eodem receptis, vendidisset, tradidisset et assignasset, ymo vendidit, tradidit et assignauit nullo contradictore apparente, iure perpetuo et irreuocabiliter per eundem Juanum literatum et suos heredes heredurnque successores possidendam, tenendam pariter et habendam. Cuius quidem possessionis mete hec sunt: iprima meta incipit in quodam[x] cuiusdam riuuli Cralichino Moztische vocato, abhinc ad quendam transitum siue riuulum Cricouech dictum, per eundem infra eundo ad partem orientalem in bono spacio et venit ad quendam locum, qui dicitur Lopaticha, deinde tendit ad arborem >querei, qui dicitur pogorelech, ab eodem ad quendam locum, qui dicitur Spotkoua mlaka, de eadem vadit ad quendam riuulum Hranechnak vocatum, per eundem sursum eundo venit ad locum, qui dicitur Zlobina draga, de eadem ad magnam viam, per eandem eundo in bono spacio vadit ad partem occidentalem ad Iocum, qui dicitur Deuyache Calische, abhinc venit ad predictum locum Cralichino Moztische, videlicet ad priorem metam et ibi terminantun Ad hoc sunt homines siue pristaldi: primo Farkasius de Campo Zagrabiensi et Luca filius Wlchyak de eodem Campo. In cuius rei testimonium firmitatemque perpetuam, presentibus sigilla nostra duximus appendenda. Datum Zagrabie, feria secunda proxima post festum beati Georgii martiris, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto.

Original u opć. Škrinji Gornje Lomnice. Pecat otpao vrvce ostale. Laszowski Spom, Turepolja I. 80,—81.

[1] lzostavljeno: loco.

318.

1365. 1. maja. (Banoštor).

Kaptol kamenički (banoštorski) prepisuje na molbu Nikole de Vylak listinu kralja Stjepana od godine 1271. 23. marta (Codex dipL V p. 588.).*

Uniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis capituluru ecclesie de Kw salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam discretus vir magister Nicolaus officialis de Vylak et procurator magnifici viri domini Nicolai Konth,, regni Hungarie palatini et iudicis Comanorum, exhibuit nobis quasdam litteras priuilegiales serenissimi principis domini Stephani, illustris regis Hungarie felicis recordacionis, sub dupplici sigillo eiusdem confectas; petens nos vice et nomine eiusdem domini sui humili precum instancia, quod,. quia easdem litteras ad diuersa loca propter viarum discrimina in specie portare seu deferre non auderet, ideo ipsas Htteras de uerbo ad uerburrv transscribi et in litteris nostris transscriptoris(I) eidem dare et concedere dignaremur. Quarum quidem litterarum tenor talis est: *(Slijedi listina> kralja Stjepana od g. 1271. 23. marta).* Nos igitur ipsius domini Nicolai Konth et (!) regni Hungarie palatini iustis et legitimis peticionibus annuentes sepedictas litteras priuilegiales non abrasas, non cancellatas, noa abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas, de uerbo ad uerbum transscribi fecimus et sub pendentis(!) sigillo nostro eidem duximus concedendas, Datum in festo beatorum apostolorum Philippi et lacobi, anno domint millesimo CCCLX° quinto.

Original na pergameni u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 752. — Stara signatura: N. R. A.fasc. 472. no. 21.

JSla listini nalazi se nešto svilene vrvce tamno-smeđe boje; pečata nema.

Na hrptu savremeno: Super Wyhel-

319.

1365, 1. maja* (U Zagrebu).

Pred zagrebačkim kaptolom prodaje Ivan sin Antuna Topličkoga svoj posjed Toplica, te Zauersya, Podutnnya, Matheusfelde i Oresya za 1500 maraka Ladislavu sinu Petra Castellana.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris, presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Johanne filio Anthonii de Toplica sancti Georgii et ciue ciuitatis Grecensis ab vna parte, ab altera vero discreto viro magistro Emerico filio Petri dicti Castellan, canonico veteris Bude, vice ac nomine magistri Ladizlai filii predicti Petri, fratris sui carnalis, in nostri presencia personaliter constitutis, per eundem Johannem confessum extitit oraculo viue vocis pariter et relatum, quod ipse dictam possessionem suam Toplica sancti Georgii vocatam, simul cum quibusdam particulis possessionariis Zauersya, Poduinnya, Matheusfelde et Oresya vocatis iuxta fluuium Toplica vocatum habitis, sibi inuicem vicinis et contiguis, sponte et libere et non aliqua vi vel necessitate compulsus, cum omnibus earum vtilitatibus, videlicet terris cultis et incultis, vineis, fenetis, pratis, siluis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, molendinis, locis molendinorum, piscinis, locis piscaturarum et generaliter vniuersis suis pertinenciis vbilibet habitis ad ipsas spectantibus et quomodolibet vocatis, prout per ipsum et suos predecessores possesse fuerunt et habite eidem magistro Ladizlao et heredibus suis heredumque suorum successoribus pro mille et quingentis florenis boni auri et iusti ponderis plene per iam dictum Ladizlaum sibi datis, solutis et assignatis et per eum, ut retulit, habitis et receptis vendidisset, tradidisset et assignasset, ymo coram nobis vendidit, tradidit et assignauit perhempnali iure possidendas, tenendas pariter et habendas, nil iuris, nil proprietatis aut dominii sibi et suis posteris in eisdem reseruando, sed totale ius, dominium et proprietatem predictarum possessionum, que sibi competere poterant, in eundem transferrendo, saluis iuribus alienis; litteras eciam vniuersas seu instrumenta, quibus mediantibus dictas possessiones possedisset, ad manus prefati magistri Ladizlai assumpsit tradere et assignare. Si quis autem ex eisdem scienter vel nescienter in fraudem et in contrarium presentis vendicionis sic solempniter inite occultasset siue reseruasset, reliquit esse mortuas, cassas, friuolas et inanes ac viribus carituras, nec non earum exhibitoribus, si vnquam in lucem proferrentur, vbique nocituras, In-

cuius rei memoriam firmitaternque perpetuam presentes sigilli nostri pendentis et autentici munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini M°CCC°-LX° quinto.

Origtnac na pergam. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu : Điplomata a. 1365,
Na hstini visi komadić crvene svilene vrvce bez pečata.

320.

1365. 2. maja, U Zadru. (Jadre).

f)uro, zupnik sv. Marije ***u*** *Zadru i sabirac podavanja papinskom legatu, izdafe narniru opatu samostana sv. Krševana za plaćenu .dvadesetipetinu dužnu papinskom legatu za prvu godinu poslanstva.*

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentestmo sexagessimo quinto, indicione tercia, die secundo mensis madii, tempore sanctissimi in Christo patris et domini domini Vrbani, diuina prouidencia pape quinti. Venerabilis vir dompnus presbiter Georgius, plebanus ecclesie sancte Marie maioris de Jadra, vicarius reuerendi patris domini Nicolai, permissione diuina archiepiscopi Jadrensis, subcolector per ipsum institutus colecte reuerendissimi in Christo patris et domini domini Andruini cardinalis, apostolice sedis legati in partibus Lombardie, confessus fuit et contentus se habuisse et recepisse a venerabili patre domino fratre Johanne, abbate monasterii sancti Grisogoni de Jadra, dante et soluente pro se et uice et nomine dicte ecclesie et monasterii sui predicti quatuordecim ducatos auri in auro pro paga pro uigessima quinta primi anni sue legationis. Vnde prefatus dompnus plebanus, uicarius et subcollector fecit nomine sui officii eidem domino abbati pro se et utce et nomine capituli et conuentus dicte ecclesie et monasterii sui predicti stipulanti et recipienti plenam et ireuocabillem securitatem, finem, remissiooem et pačtum de ulterius predictam quantitatem ducatorum auri non petendo, uigessime quinte primi anni sue legattonis dicte collecte non petendo(!); rogans me notarium infrascriptum, ut de predictis omnibus ad dicti domini abbatis et dicti sui monasterii cautelam publicum conficerem instrumentum. Actum est hoc in ciuitate Jadre in sacristia dicti monasterii, presenttbus domino fratre Andrea, abbate monasterii sancti Petri de Cellariis Acherontine diocessis, Leonardo Taglapetra condam Jacobi murarii de ciuitate de

Bebfano] et Guiđotie Borgognono condam Johannis de Borgodici, habitatore Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Signum notj.

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum apposut consuetum.

Original na pćrgam. u gtibern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. KrŠevana. kaps. XXIII. no. 579.

321.

1365. 4. maja. U Zadru. (Jadre).

Samostan sv. Krševana daje vinograd u Stubalu, što ga je na drazbi stekao> Damijanu i drugovima kao kolmtima uz običajne uvjete.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnacione eiusdem millesimo trecentessimo sexagessimo quinto, indicione tercia, die quarto mensis maii; regnante serenissimo principe et domino nostro domino Lodouicho, dei gracia illustrissimo rege Hungarie; temporeque reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris, decretorum doctoris et Jadrenssis archiepiscopi, ac magnifici et potentis domini Nicolai de Seez, regnorum Dalmacie et Crohacie bani generalis et comitis ciuitatis Jadre. Reuerendus pater dominus Johannes de Onciacho, abbas monasterii sancti Grisogoni, tamquam ille, qui habuit et habet vigorem et robur, siue ius cessum a Georgio filio ser Jacobi Jubauzi,[1] ciue Jadre, in quodam seu de quodam publico instrumento breuiarii incantus scripto per Blasium Brocum, condam iuratum notarium Jadre in millesimo trecentessimo sexagessimo quarto, inđicione tercia, die dominico, nono mensis marcii et subscripto et roborato per me notarium infrascriptum et meo solito signo signato, inter cetera continentes, qualiter sub lobia magna Jadre per incantum deliurata fuit Georgio supradicto vna vinea seu vites constructe super terram monasterii sancti Grisogoni ad Stubal circa gognaos viginti septem redentes quartum ad riuam maris pro terratico, que vinea ieu vites sunt in octo clapis seu peciis pro precio ducatorum sexaginta auri etc, vt in dicto breuiarii incantus instrumento lacius continetur; de -dicto uero vigore et robore, seu iure cesso ipsi domino abbati dato seu

[1] Valjda mjesto Tviubau^i.

acto per Georgiurh antedictum de vinea seu vitibus antedictis patet, publico instrumento scripto et in formam publićham releuato; per me dictum notarium infrascriptum de protocolio seu abreuiatura condam Blasini Brochi, notarii supradicti, sub millesimo trecentessimo sexagessimo quinto, indicione tercia, die primo mensis maii, ante solucionem ipsi domino abbati factam ex causa vendicionis, omni modo, forma et iure, quibus melius et efficacius potuit, fecit vigorem et robur Damiano Suonchouich, Radosclauo Diminzich, Diminach condam Perfci de Diclo, Bogodano Creseuanich et Bratosclauo condam Prodani, videlicet cuilibet eorum de sexta parte vinee seu vituum supradictarum et Jacobo Rancouich et Bogodano Radouanich de allia, seu reliqua sexta parte dictarum vinee seu uituum; ac eciam dedit, cessit, tradidit et mandauit supradictis Damiano, Radosclauo, Diminach, Bogdano et Bratosclauo, videlicet cuilibet ipsorum pro vna sexta parte omnia et singula iura,. acciones et raciones vtiles et directas, tacitas et expressas; que et qua, quanta et quallia ipse dominus Johannes abbas abebat(!) et habere poterat, potuisset ifel posset quoquo modo in dictis quinque sextis partibus vinee seu vituum supradictarum, tam ex forma supradicti breuiarii incantus instrumenti, quam ex forma instrumenti predicti vigoris et roboris ipsi domino abbati facti per Georgium Jubauaz antedictum; et similli modo dedit, cessit, tradidit et mandauit supradictis Jacobo et Bogodano omnia et singulla iura, acciones et raciones vtiiles et directas, tacitas et expresas, que et quas, quanta et quallia eciam habebat, habere poterat, potuisset et posset in allia seu reliqua sexta parte vinee seu vituum predictarum, ita vt de cetero vnusquisque dictorum Damiani, Radosclaui, Diminachi, Bogodani et Bratosclaui cum heredibus et successoribus suis partem sextam vinee seu vituum predictarum possit habere, tenere et possidere^ gaudere, vsufructuare et omnia et singulla facere de ipsa sexta parte, que supradictus dominus Johannes abbas prius seu ante presentem contractum ex forma dictorum instrumentorum, videlicet breuiarii incantus et vigoris et roboris ipsi domino abbati facti a predicto Georgio facere potuisset et poterat et per consequens seu similli modo supradicti Jacobus et Bogodanus supradictam reliquam sextam partem de cetero possint cum eorum heredibus et successoribus habere, tenere, possidere, gaudere et vsufructuare et omnia. et singulla facere, que idem dominus Johannes abbas ex forma seu vigore sepedictorum duorum ;nstrumentorum, videlicet incantus vigoris et roboris facere potuisset et poterat; que quidem duo instrumenta siue eorum exempla in forma publicha scripta et exemplata ipse dominus abbas.

ipsis Damiano, Radoslauo, Diminach, Bogodano, Bratosclauo, Jacdbo et Bogodano pro eorum cautella et securitate deđit et tradidit. Pro precio uero supradictarum vituum omnium seu vinee prefactus dominus Johannes abbas sponte et ex certa sciencia contentus et confessus fuit se a supradictis Damiano, Radosclauo, Diminach, Bogodano, Bratosclauo, Jacobo et Bogodano habuisse et recepisse ducatos auri septuaginta, excepcioni non habitorum et non receptorum dictorum septuaginta ducatorum, <seu non habiti et non recepti precii supradicti et omni spet future recepcionis et tradicionis expresse renuncians; dans et concedens dem dominus Johannes abbas predictis Damiano, Radosclauo, Diminactv Bogodano, Bratosclauo, Jacobo et Bogodano liberam licenciam et parabolam sua auctoritate intrandi et adprendendi tenutam et corporalem possessionem tocius vinee seu omnium vituum supradictarum, videlicet cuilibet ipsorum pro parte sibi tangente et expectante, vt superius declaratum est. Quam quidem totam vineam seu vites omnes supradictas idem dominus abbas se pro eis constituit possidere, donec de ipsa vinea seu vitibus tenutam acceperint corporalem; dicens insuper et asserens prenominatus dominus abbas se dicta iura et acciones, vigorem et robur nulli allii seu alliis dedisse, cessise (!), tradidisse, vendidisse, donasse,. obligasse seu alliquo allio modo allienasse, nisi nunc supradictis Damiano, Radosclauo, Diminach, Bogodano, Bratosclauo, Jacobo et Bogodano; et si alliter reperiretur promissit ipse dominus abbas eis et cuilibet eorum ipsos et eorum heredes et sucessores, videlicet vnumquemque eorum pro parte sibi spectante et superius declarata indepnes conseruare omnibus suis expensis, Quam quidem cessionem, vigorem et robur et omnia et singula in hoc contractu contenta promissit iderriv dominus Tohannes abbas stipulacione solempni supradictis Damiano, Radosclauo, Diminach, Bogodano, Bratosclauo, Jacobo et Bogodano pro se eorumque heredibus stipulantibus firmam et ratam et firma et rata habere et tenere perpetuo et ea attendere et obseruare et nunquam contrafacere uel uenire alliqua racione uel causa, de iure nec de facto,. sub pena quarti precii supradicti; qua pena solupta uel non, nichilominus omnia et singulla supradicta rata maneant. Pro quibus omnibus atendendis et obseruandis ipse dominus Johannes abbas obligauit sepedictis Damiano, Radosclauo, Diminach, Bogodano, Bratosclauo, Jacobo et Bogodano omnia bona sua presencia et futura, ita tamen, quod iura monasterii predicti sancti Grisogoni sibi competencia pro terratico seuterraticis, super quibus sunt vites antedicte, in quarta videlicet frugum proueniencium ex ipsis vitibus conducendo ad ripam mariš senper(!)-

salum [1] sit ipsi monasterio, Actum Jadre, presentibus ser Johanne Detrico et Jadrio filio Bogodani Zupanich, ciuibus Jadre, testibus vocatis, rogatis et alliis.

(Drugi rukopis).

| Ego Simon de Cucilla, iudex examinator manum missi.

(Signum notj.

Ego Bartholomeus filius ser Paganini de Bononia cancellarii Jadre, publicus imperialli auctoritate notarius et Jadre iuratus, cui per maius et generalle conscilium Jadre actributum est et concessum scribere, autentichare et in publicam formam redigere omnes scripturas, acta et instrumenta cuiuscumque generis Blasini Brochi, condam notarii et iurati Jadre, me predicto instrumento vigoris et roboris a suis proptocolis assumpto scripsi et roboraui et in publicam formam redegi.

Original na pergameni u gubern. ark. u Zađru, odio samostana sv. Krševana kaps. XVIII. no. 420.

322.

1365. 14. maja. (U Trogiru).

Izabire se u velikom vijeću odbor od 12 osoba, koji če imati ispitati hratstva i đruštva, što su se u gradu pojavila^ te u slučaju potrebe i reformirati ih.

De libertate data aliquibus nobilibus 'super fraternitatibus civitatis providendi. In Christo(!) nomine amen. Ad honorem, laudem et reuerentiam omnipotentis dei, beate Marie semper virginis, matris eiusdem, et beatorum corporum sancti Laurentii martiiris et Joannis episcopi, comprotectorum, gubernatorum et defensorum civitatis Tragurii, hominum et singularium personarum civitatis eiusdem, et omnium sanctorum et sanctarum celestis curiae anno nativitatis eiusdem 1365., indictione 3., regnante domino nostro naturali domino Ludovico, serenissimo rege Ungarie, tempore egregii et potentis viri domini Francisci de Georgio •de Jadra, regii militis et de eius mandato honorabilis comitis civitatis praedictae, suorumque iudicum, nobilium virorum dominorum Nicole Azzolini, Nicole Joannis, Petri Micacii et Nicole Gregorii, die 14. mensis may convocato et'coadunato maiori generali consilio communis et hominum dictae civitatis Tragurii in palatio communis ad sonum campanae et voce preconis de licentia et mandato prefati domini Francisci

[1] Mjcsto saluum.

comitis antedicti, ut moris est. In quo quidem consilio pro bono et pacifico et tranquillo statu dicte civitatis et hominum et singularium personarum ibidem existentium captum et obtentum fuit per 28 consiliarios ponentes eorum ballotas in bussula alba del sic, non obstantibus 4. consiliariis eorum ballotas mittentibus in bussulla rubea del non, quod. dominus comes predictus possit eligere, nominare et convocare 12 sapientes viros de consilio apud 4 iudices curie, quibus 12 sapientibus viris, electis, nominatis, et convocatis ipse dominus comes una cum dictis iudicibus et 12 sapientibus viris possit et valeat providere, deliberare et reformare, ac plenum et liberum arbitrium, auctoritatem, et bavliam habeant providendi et reformandi quicquid eis, vel maiori parti ipsorum videbitur et placebit super fraternitatibus, seu societatibus nuper factis et exortis in dicta civitate Tragurii, seu que fieri, oriri et ordinari contigerit in futurum, destruendis, deguastandis et totaliter abolendis;. quae quidem fraternitates, seu societates esse possent origo, causa, initium et generatio erroris et scandali prefate regie maiestatis, et boni,. pacifici et tranauilli status predicte civitatis Tragurii et singularium personarum eiusdem. Et quicquid factum, ordinatum, obtentum et deliberatum extitit per predictum vel maiorem partem ipsorum in et super fraternitatibus et societatibus antedictis valeat et teneat auctoritate presentis consilii, ac si per dictum consilium factum, ordinatum et obtentum foret et esset.

Nomina duodecim sapientum virorum super premissis per prefatum- dominum comitem electorum sunt hec: Petrus Marini, Augustinus Casocti, Duymus Martini, Gauzigna Marini, Joannes Mathiche, Dessa. Lucani, Dessa Damiani, Ludovicus Joannis, Sore Marci, Daniel Joannis,. Ciga Joseph, Paulus Marini.

Lucins Memorie di Trau. p. 505.

323

1365, *2.* **juna. (U Cazmi).**

Pred čazmanskim kaptolom daruje Juraj sin Pavla neke zemlje i vinograde u Gariču Pavlu Mauricijevu,

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentem paginam intuentibus salutem in omnium saluatore. Gesta mortalium ob temporis labilitatem menciumque hominum inbecillitatem ex priorum patrum laudabili consuetudine

scripti officio decet commendari ad posterorum memoriam firmiorem. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod -Georgius filius Pauli filii Juahini de Garyg ab vna, parte vero ex altera Paulus filius Mauricii de eadem personaliter coram nobis constituti, idem Georgius viua *voce* spontaneaque uoluntate retulit et confessus est, quod ipse ob fauorem et dileccionem fraternitatis inter ipsos habite possessionem in dicto districtu Garyg et circa fluuium similiter Garyg vocatum vt dicitur, habitam, in cuius nunc idem Paulus pacifico foret dominio xum omnibus suis vtilitatibus et vtilitatum i ntegritatibus et vineariam porcionem quondam Fabyanch in possessione sua circa domum suam liabitam existentem per eundem Paulum patrem suum ipsi Paulo collatam prius et donatam, sub metis infrascriptis consensisset aliamque porcionern vineariam in dicta porcione sua possessionaria penes dictam vineariam porcionem sitam, que olym iobagionis Isaac fuisse dicitur, dedisset, donasset et contulisset eidem Paulo filio Mauricii fratri suo patrueli eo iure, quo ad ipsam pertinere dignoscuntur in filios filiorum heredumque suorum successores perpetuo et irreuocabiliter possjdere, tenere pariter et habere, imo tenore presencium consensit, dedit et donauit coram nobis. Mete autem dicte possessionis, vt idem Georgius nobis asseruit, taliter distinguntur: prima meta incipit a quadam arbore tur crucibus šignata; inde in quadam antiqua uia uersus orientem eundo deuenit ad fluuium seu riuulum Rezneth[x]-pataka dictum, per quem quidem riuulum in magno spacio infra eundo deuenit ad metas possessionis Pase filii Paridis, inde per eundem riuulum in magno spacio infra eundo cadit in fluuium Garyg; abhinc per eundem fluuium Garyg vertitur uersus occidentem, vbi commetatur possessionibus filiorum Johannis filii Roh; inde circa metas possessionum eorundem filiorum Johannis versus dictam plagam occidentalem in magno spacio eundo deuenit ad fluuium Dobouch dictum, per quem quidem riuulum uertitur uersus aquilonem, ubi tenet metam cum iobagionibus regalibus de Garyg; inde per eundem riuulum Dobouch in bono spacio eundo de»uenit ad quendam riuulum, per quem circa metas dictorum iobagionum de Garyg in bono spacio uersus aquilonem eundo peruenit ad finem cuiusdam uallis et per eandem uallem supra uersus orientem eundo deuenit ad quandam magnam uiam; quam quidem magnam uiam pertransiendo deuenit ad priorem metam ibique terminantur mete possessionis antedicte. Mete autem dictarum vineariarum porcionum, sicut prefatus Georgius recitauit, hoc modo distinguntur: prima incipit in quadam magna uia, a qua uersus meridiem eundo deuenit ad arborem

[1] Reznech *(>).*

cerasorum, inde per metani vinee quondam Isaac uersus eandem plagam in magno spacio eundo deuenit ad uiam sub eisdem vineys transseuntem, per quam quidem uiam parum flectitur uersus aquilonem et per quandam metam in magno spacio eundo deuenit ad arborem nucum, inde deuenit ad quandam magnam uiam, per quam flectitur versus orientem et cadit in priorem metam ibique terminantur mete dictarurh vineariarum porcionum. In cuius rey testimonium roburque perpetuum presentes concessimus litteras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum secundo die festi pentecostes, anno domini millesimo trecentesimo LX° quinto.

Original na pergameni u kr. ugar. drzav. arkivu u Budimpešti; M. 0. D. L. no. 35.234. — Stara signatura: Acia mon. Garig. fasc. IL no. 13. *

*JVa listini visi nešto zelene i crvene svilene vrvce bez pečata**

324

1365. 2* juna. (U Čazmi).

Pred čazmanskim kaptolom prosvjedu-je Gelet Descenov de Gresencha sa braćom i bratučedima svojim radi smetanja nekog posjeda sa strane sinova Ivana zvanog Angel.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Geleth filius Descen de Gresencha personaliter coram nobis constitutus sua, Dionisi et Johannis vterinorum, Gregorii et Stephani filiorum Germani, patruelium fratrum suorum in personis dixit protestando, quod La» dizlaus, Nicolaus et Johannes filii Johannis dicti Angel quandam possessionem eorum in eadem Gresencha penes fluuium Zrednapotoka vocatum habitam a progenitoribus ipsorum vt dicitur, eisdem Johanni dicti (!) Angel et filiis suis predictis deuolutam, racione cuius nunc inter ipsos lis pendere dignosceretur, Thome et Budizlao filiis Juahen de Velika [alienjare niterentur, ymo iam alienassent et perpetuassent in preiudicium iuris ipsorum non modicum et grauamen. Qua quidem facta protestacione idem Geleth sua et predictorum vterinorum et patruelium fratrum suorum in personis, predictos Ladizlaum, Nicolaum et Johannem fllios Johannis a uendicione, in pignus vel concambium tradicione ac perpetuacione, antedictos vero Budizlaum et Thomam et quosuis alios ab empcione, in pignus vel concambium recepcione, occupacione, deten-

cione ac sibi perpetuacione prenominate possessionis modo quocunque facta vel facienda prohibuit et interdixit voce publica contradicendo, Datum secundo die festi penthecostes, anno domini M°CCC°LX° quinto,

Origtnal na papiru u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti : M, O. D. L. no. 35,238. — Stara signatura: Acta monast. de Garig, fasc. II no. 12.

Na hrptu hstine bijaše pritisnui pečat.

325.

1365. 7. iuna. (U Budimu)-

Kaptol budimski prepisuje na molbu Guide opata topuskog listinu nadbiskupa spljetskog Guncela od g, 1222. (Cod. dipL III. p. 221.)

Capitulum Budensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod religiosus vir frater Guydo, abbas de Toplica, ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis auasdam litteras priuilegiales quondam venerabilis in Christo patris domini Jocelini, dei gracia archiepiscopi Spalatensis, hunc tenorem per omnia continentes: *(Slijedi listina nadbiskupa jfocelina od god. 1222.).* Petens nos humili precum instancia, vt, quia predictas litteras in specie de loco ad locum mouere formidaret, tenorem et formam earundem de uerbo ad uerbum, nichil addendo nichilque diminuendo presentibus inseri et conscribi sigillique nostri munimine consignari facere dignaremur ad cautelam. Nos autem honestis iustis precibus eiusdem domini abbatis inclinati, precipue [quia] predictas Iitteras integras et sine vicio conperimus, fecimus iuxta peticionem eiusdem communi iusticia requirente. Datum per manus discreti viri magistri Alberti lectoris ecclesie nostre, sabbato proximo ante octauas festi pentecostes, anno domini MCCCLX° quinto, presentibus viris discretis magistris: Petro cantore, Petro custode, Ladizlao, Emirico, Mychaele, Nicolao, Jacobo, Benedicto, Johanne, et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deuote deo famulantibus.

Iz kodeksu: Priuilegia mon. b. virg. Marie de Toplica no. 59.'

Kodeks se nalazi u nadbiskupskom arkivu u Zagrebu: I. B. XI 15.

326.

1365. 7. juna. (U Budimu).

*Ulomak potvrde kaptola budimskoga, koji se tiče neke listine **uči**njene između opatije topuske i stanovnika gorskih kod sv. Klementa (a. 2 222.).*

(Slijedi nlomak listine od god. 1272. apud sanctum Clementem).

Rogans nos humiliter verbis omnium de suo ordine, vt quia predictas litteras in specie mouere de loco ad locum formidarent, tenorem formamque earundem de uerbo ad uerbum presentibus inseri et transcribi sigillique nostri munimine consignari lacere .dignaremur. Et quia ipsas litteras non abrasas, non cancelatas et omnino suspicione carentes reperimus, fecimus iuxta honestam peticionem eiusdem abbatis, communi iusticie adherentes. Datum per manus discrefci viri magistri Alberti, lectoris ecclesie nostre, sabbato proximo ante octauas festi pentecostes,. anno domini MCCC° sexagesimo quinto, presentibus viris discretis magistris Petro cantore, Petro custode, Ladizlao, Emirico, Mychaele, Nicolao, Jacobo, Benedicto, Johanne, et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo deuote famulantibus.*

Iz kodeksa: Priuilegia mott. beate vir. Marie de .Toplica no. 56. Kodeks se nalazi tt arkivtt nadbiskupije tt Zagrebu: I. B. XI 15.

327.

1365. 8. **juna. U Budimu. (Bude).**

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđuje novim pečatom listinu od g. 1354 9* decembra. (Cod. dipl. XII. 263.).*

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie cornmendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod religiosus vir frater Guydo abbas de Toplica suo et conuentus eiusdem loci vice et nominibus nostre serenitatis adiens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes maiori et priori sigillo nostro in terra

[1] Ovo su kanonici budimske crkve, kako se to vidi iz lisrine jednakoga daluma; *h* ove se dade i čitavi dio, koji manjka nadopuniti.

\Vuzne[1] furtim Nycolao[2] consignatas tenoris subsequentis; supplicans exinde nostre celsitudini prece humili et deuota, vt easdem nostris litteris patentibus transscribi et transumpmi faciendo apposicione nostri noui sigilli pro ipso et dicto conuentu confirmari facere dignaremur; quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Ljudeviia od g. 1354. 9. decembra),* Nos itaque iustis et iurt consonis supplicacionibus eiusdem fratris Guydonis abbatis sua et dicti conuentus in personis nostre humiliter porrectas(!) maiestati regia pietate exauditis et admissis, predictas Iitteras nostras patentes de uerbo ad uerbum transcribi et transumpmi faciendo apposicione dicti noui sigilli nostri pro ipso et dicto conuentu duximus confirmandas. Datum Bude, in festo sancte trinitatis, anno domini MCCCLX° quinto.

Iz kodeksa: Priuilegia mon. 6, virg. Marie de Toplica no. 60. Kodeks se nalazi u arkivu nadbiskupije u Zagrebu. I, B. XI. to.

328. *

1365, 1, jula. TJ Zagrebu (Zagrabie).

Bakouch župan zagrebački nalaie požeškom kaptolu, da Ladislava Castellana uvede u posjed Toplice, kuplj'en od Ivana sina Antunova (2 ^opličkoga).

Viris discretis capitulo ecclesie beati Petri de Posaga, amicis suis honorandis, magister Bakouch comes Zagrabiensis et castellanus castrorum Zanobor et Medue, ac pro nunc per dominum Stephanum episcopum Zagrabiensem et regni Sclauonie uicarium generalem pro expedicione causarum in sede iudiciaria eiusdetn domini nostri uersancium deputatus, amicicie debitum et honoris continuum incrementum. Vestra nouerit discrecio, quod Johannes filius Anthonii filii Cosme, ciuis montis Grecensis de Zagrabia, ad nostram ueniens presenciam asseruit, quod ipse quandam possessionem suam Topliehazenthgyurgh uocatam cum suis attinenciis per ipsum magistro Ladislao filio Petri dicto Castellan mediantibus litteris capituli Zagrabiensis ecclesie pro certa quantitate pecunie numero in eisdem expresso, uenditam per suum legitimum procuratorem coram homine dicti domini nostri et uestro testimonio statui facere uellet et' teneretur. Super quo uestram discrecionem presentibus petimus diligenter, auatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Balota Galicus uel Nicolaus filius Johannis

[1] Mjesto: Bozne.
[2] Grješkom nešto izostavljeno.

dicti Angel, aut Gregorius r}lius hvan siue Nicolaus filius alterius Johannis de Ba<jenowch atiis absentibus homo eiusdem dornini nostri videat et audiat statucionem possessionariam prenotatam, et post hec seriem huiusmodi possessionarie statucionis secundum quod expediens fuerit eidem domino nostro arnicabiliter rescribatis. Datum Zagrabie, tercio die festi beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millesimo CCC°LX° quinto.

Iz uvodnice pozeškoga kaptola od god. 1365. 7. jttla, kako ju je potvrdio kralj Ljudevit od god. 1365. 27. augusta. U arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1305.

329,

1365. 7. **jula. (U Požegi).**

Kaptol požeški izvješčuje biskupa zagrebačkoga Stjepana, generalnog ivikara, da 4e fto nalogu Bakovca župana zagrebačkoga uveo Ladislava sina Petra Castellan u posjed Toplice.

Venerabili in Christo patri domino Stephano, diuina prouidencia episcopo Zagrabiensi et regni Sclauonie vicario generali, domino eorum plurimum reuerendo, capitulum ecclesie beati Petri de Posaga onoraciones in domino debitas et deuotas. Recepimus litteras magistri Balcouch, comitis nostri Zagrabiensis et castellani castrorum Zanobor et Medue ac pro nunc per uestram paternitatem pro expedicione causarum in sede nostra iudiciaria uersancium deputati hunc tenorem continentes: *(Stijedi iistina zupana Bakoucha od god. 1365. 1. jiđa).* Nos itaque peticionibus supradicti magistri Bakouch annuentes secundum earundem litterarum suarum continenciam, cum prenominato Gregorio filio Iwan homine nostro(l), nostrum hominem Matheum, sacerdotem chori nostri, ad exequendum premissa pro testimonio transmisimus. Qui postmodum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod Johannes filius Dominici de genere Woyk sabbato proximo ante octauas festi beatorum Petri et Pauli apostolorum nunc preteritas, tanquam uerus et legitimus procurator predicti Johannis filii Anthonii in persona eiusdem Johannis prescriptam possessionem Toplichazenthgywrgh uocatam cum suis utilitatibus et pertinenciis vniuersis, coram ipsis vestro scilicet et nostro hominibus vigore litterarum procuratoriarum patencium honorabilis capituli ecclesie Zagrabiensis, quas eciam nobis idem Johannes filius Dominici in specte demonstrauit supradicto magistro Ladislao filio

Petri dicti Castellan et in eius persona magistro Emerico filio eiusdemr Petri dicti Castellan, fratri suo, canonico videlicet ecclesie Budensis, statuisset perpetuo possidendam, introducendo ipsum magistrum Emericum in persona sepedicti magistri Ladislai in corporale dominium possessionis antedicte nullo penitus ibidem contradictore existente. Et secundum quod iidem uester et noster homines ad nos redeundo premissa: nobis retulerunt, vestre paternitati statim duximus rescribendum. Datutn feria secunda proxima post octauas festi beatorum Petri et Pauli apostolorum prenotatas, anno domini supradicto.

Iz originalne potvrdnice kralja Ljudevita od god. 1365. 27. augusta na pergamem u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomatat a. 1365.

330.

1365. 23. jula. Bologna (Bononie).

Kardinal Andruin, legat papin, nalaže uvrstiv punomoč pape^. Urbana V. (od g. 1363. 1. decembra) pod prijetnjom izopćenja nadbiskupu spljetskom i sufraganima, da saberu dužnu mu prokuraciju za, prvu i drugu godinu poslanstva.

Andruinus miseracione diuina tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, venerabilibus in Christo patribus . . . [1] archiepiscopo Spalatensi eiusque suffraganeis salutem in domino. Nuper sanctissimus pater et dominus noster dominus Vrbanus, diuina prouidencia papa quintus, ad Lombardie et nonnullas alias prouincias et: partes pro vigentibus et arduis ecclesie Romane negociis cum plene legacionis offlcio nos destinans, nobis concessit suas apostolicas litteras in hec verba: *(Slijedi listina pape Urbana od g. 1363. 1. decembra).* Nos igitur Andruinus, cardinalis et legatus prefatuo, huiusmodi comisse nobis-legacionis officium exequentes ac volentes pro expensarum oneribus, que nos iugiter subire oportet, facilius supportandts nobis prout expedit prpuidere apostolica auctoritate, qua ut prefertur fungimur in hac parte,. sub excomunicacionis et aliis sentenciis infrascriptis vobis et cuilibet vestrum tenore presencium districte precipiendo mandamus, quatenus singuli uestrum procurationes, quas vobis et toto clero vestro et vniuersis prelatis et clericis ac personis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis predictis, qui in procuracionibus*

[1] U originalu mjesto imena.

«dominorum legatorum de latere dicte sedis, qui fuerunt pro tempore, <contribuere debent de consuetudine uel de iure pro anno primo iam preterito, ac eciam similes procuraciones pro presenti anno secundo 'nostre legacionis duximus imponendas infra triginta dierum terminum :a die presentacionis presencium vobis facte in antea computandorum in numerata ducatorum bonorum summa expensis vestris, periculo et 4ortuna dilecto in Christo . . . abbati monasterii sancti Grisogoni Ja--drensis, ordinis sancti Benedicti, in iHi's partibus existenti integraliter et effectualiter soluere studeatis. St uero de dictis procuracionibus infra thuiusmodi terminum triginta dierum, quorum decem pro primo, alios decem pro secundo et reliquos decem pro tercio et peremptorio termino canonica monicione premissa vobis et cuilibet vestrum tenore rpresencium assignamus, non satisfeceritis cum effectu singulis uestrum, qui in huiusmodi solucione defecerint, ex nunc prout ex tunc ingressum ecclesie interdicimus; et si per sex dies prefatos triginta inmediate se•quentes interdictum substinueritis antedictum procuraciones huiusmodi non soluendo, vos et quemlibet vestrum non soluencium ut prefertur suspendimus a diuinis; quod si interdictum et suspensionem huiusmodi per aiios sex dies ex tunc immediate sequentes substinueritis in vos et vestrum quemlibet, qui videlicet in huiusmodi procuracionum solucione defecerit, ex nunc prout ex tunc in hiis scriptis excomunicacionis sententiam promulgamus et nichilominus ecclesias vestras et cuiuslibet vestrum non soluencium ut prefertur ecclesiastico subicimus interdicto. Ceterum ut premissa eo facilius exequi valeatis, quo maiori fueritis auctoritate muniti, vobis vniuersis et singulis, cuilibet videlicet in suis ciuitatibus et diocesibus ab omnibus et singulis abbatibus, prioribus et -clericis vniuersis et singulis in supradictis apostolicis litteris expressatis vestrarum ćiuitatum et diocesium huiusmodi procuraciones pro racta eos *et ipsorum quemlibet contingente dumtaxat exigendi et infra tompetentem terminum, quem eis trina canonica monicione premissa duxeritis statuendum, recipiendi concedimus auctoritate presencium potestatem; et nichilominus in eos, qui in huiusmodi solucione in termino per vos ut premittitur statuendo eisdem defecerint, ex nunc prout ex tunc in hiis .scriptis excomunicacionis sentenciam promulgamus eorumque ecclesias, -monasteria ataue loca ecclesiastico subicimus interdicto. Volumus autem, •quod vos et vestrum singuli .presentes nostras litteras seu presentem processum illarum copia, si illam volueritis, penes se retenta latori ipsarum, nuncio nostro restituere non tardetis, vt singulis vestrum valeant presentari. Cui nuncio nostro de tribus grossis argenti, quorum duode<cim valeant vnum florenum, pro singulis diebus, quibus per partes ves<iras pro huiusmodi litterarum presentacione transitum seu moram fecerit

pro suis expensis prouidere curetis. In quorum testimonium huiusmodi litteras sigilli nostri mandauimus appensione muniri. Datum Bononie,. X. kalendas augusti, pontificatus dicti domini nostri domini Vrbani pape V. anno tercio.

Original na pergameni u gttbernijalnom arkivu u Zadru; odio samostana sv. Krsevana kaps, XIV no. 191,

Na listini nalasi se konopljana uzica; pecat je otpao.

Na hrptu savremeno: Reffert] Johannes de Mauritanea et statim de. mandato domini et dirigatur . . . archiepiscopo Antibarensi.

Listma jednakoga sadrzaja npravljena je na nadbiskupa dubrovackog i sufragane od 23. j'ula 1365., kaps. XIV. no. 198,

331.

1365. 28. jula. Bologna (Bononie).

*Kardinal Andruin, poslanik papin za I.ombardiju i Dalmaciju daje opatu samostana sv. Krsevana Ivanu punomoć, da utjera poslaničku prokuracifu u biskupijama dalmatinskim**

Andruinus miseratione diuina tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilecto in Christo Johanni, abbati monasterii sancti Grisogoni Jadrensis, ordinis sancti Benedicti, salutem in domino. Ad nostrum frequenter, quod dolenter referimus, paruenit auditum, [quod nonnujlli archiepiscopi et episcopi, ac alii prelati et clerici, ac persone ecclesiastice partium Dalmatie et Sclauonie salutis eorum immemores et diuersas excomunicationum et alias sentencias uigore. . . . . litterarum nostrarum eis super nostris procurationibus* quas nobis soluere tenentur pro primo anno iam preterito et presenti secundo nostre legationis directarum in eos prolatas sustinentes. . . . duratis non curant ab illis absolucionis beneficium obtinere seu nobis satisfacere de procuracionibus antedictis, et quod detestabilius est, huiusmodi ligati sentenciis diuina officia celebr[are seu] potius prophanare presumunt in eorum animarum periculum ecclesiastice censure contemptum, nostrum quoque preiudicium et pernitiosum exempium et scandalum plurimorum. Volentes igitur .super hiis, prout ad [nostrum pertinet] officium, prouidere de tua quoque circumspectionis prudentia ab annis pluribus nobis nota plenam in hiis.et aliis fiduciam in domino obtinentes contra archiepiscopos, episcopos, prelatos, [clericos ac personjas ecclesiasticas antedictas huiusmodi sententias aggrauandi et ab

ipsis et quibuscumque aliis prelatis et clericis partium earundiim, qui in procurationibus legatorum de latere contribufere consujeuerunt et debent procurationes easdem nostro nomine exigendi et recipiendi et de receptis eosdem auittandi ac terminum seu terminos per nos assignatos seu per te assignandos e[ciam sem]el uel pluries prorogandi et contra eos per censuram ecclesiasticam et per subtraccionem participationis comunionis fidelium et fructuum, reddituum et prouentuum, bonorum suorum ecclesiasticorum, nec non per citacionem legitimam aut personalem, prout ipsorum contemptus exigerit et fuerit rationis, quatenus infra certum terminum competentem, quem eis ad hoc duxeris pererhptorium statuendum in ciuitate Bononia uel alibi, ubi tunc infra uestram legationem nos esse contingerit, compareant coram nobis super premissis, prout iuris fuerit, responsuri per te uel alium seu alios procedendi; ac insuper, ut eorum anime saluti et statui facilius et salubrius succitantur ipsos omnes et singulos, quos legitime tibi constiterit procuraciones huiusmodi pro rata ipsorum quemlibet contingente nobis uel alteri nostrb nomine, licet post assignatum terminum persoluisse ab excomunicacionis sentencia, quam propterea incurrerunt seu forsam (!) incurrent in terminis assignandis eisdem iuxta formam ecclesie absoluendi, nec non super irregularitate, quam propterea non tamen in contemptu clauium contraxerint dispensandi ac interdicta in eorum ecclesiis, monasteriis atque locis, propterea apposita tollendi et relaxandi discretioni tue auctoritate apostolica nobis in hac parte cbncessa plenam concedk mus tenore presencium potestatem. Datum Bononie, V. kalendas augusti, pontificatus domini nostri domini Vrbani pape V. anno tercio.

Originai na pergameni u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Krševana kaps. XIV. no. 184.

Na listim visi konopljana tizica; pečat otpao.

Na pravoj sirani na zavoiu istom rukom: De curia Jacfobi] Ouyn.

332

1365. 7. augusta. (U Čazmi).

Cazmanski kaptol prepisuje svoju listinu od g. 2306. 6. aprila (Cod. dipl VIII p. 116.)

[Cjapitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentem paginam intuentibus salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie litterarum volumus per-

uenire, quod Philippus filius Bratk de Kamarya, famulus nobilis viri magistri Symonis filii magistri Mauricii, ad nostram personaliter accedendo presenciam vice et nomine eiusdem magistri Svmonis domini sui exhibuit nobis quasdam litteras priuilegiales nouo et moderno nost.ro sigillo consignatas, petens nos precum cum instancia, ut ipsas, quas propter discrimina uiarum et fraudes hostium ceterosque dampnificos euentus in specie localiter deferri esset periculosum, sub idem(!) nouum (!) nostrum sigillum(!) transscribi et in aliud priuilegium redigi faceremus vberiorem iuris dicti domini sui ad cautelam. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina istoga kaptola oa g. 1306. 6. aprila).* Nos itaque iustis et legitimis peticionibus eiusdem Philippi in persona dicti domini sui annuenteš prefatas litteras priuilegiales verbotenus presentibus litteris priuilegialibus transscriptas pendentis sigilli nostri munimine duximus consignandas. Datum secundo die festi beati Sixti pape, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto.

Original na pergameni ti kr. ugar. drzavnom arkivtt u Budimpešti : M. O. D. L. no. 33.746. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 92.5. *no. 8. Na listini visi zelena i Ijubicasta svilena vrvca hez pecata.*

333.

1365. 12. augusta. U Senju.[1] (Segnie).

Stjepan knez krdki obećaje Franjevcima u Senju mjesečm prinos od 50 solida u ime otkupa za polovicu kmeta, Što im ga je darovao njegov otac Bartol, a koja je polovica prigodom diobe zajednice zapala njegovog brata Ivana.

Uniuersis et singulis harum noticiam habituris, tam presentibus quam futuris, nos Stephanus, comes Vegle, Vinodolli, Modrussie atque Gazke, tenore presencium conntemur, quod cum per o!im bone memorie comitem Bartholomeum, patrern nostrum, de consensu karissime amite nostre domine'comitisse Elizabeth acceperimus a fratribus Minoribus de Segnia unum locum uacuum siue ortum positum in Segnia pro faciendo ibi edificio aliquali, quod fecit idem pie memorie pater noster, dedit predictis fratribus Minoribus unam curiam siue unum labo-

[1] Ova je listina jur priopćena u ovotn svesku kodeksa na str. 42. sa datumom 12. augusta 1360., kako je pogrješno označeno u Sladović Povjesti p. 237. Grješka je opažena tek u vrijeme štampanja, pa je nužno, da se listina ovdje ponovo otisne, pošto je prijepis Sladovićev i onako pun pogrješaka.

ratorem in Gezka(!) positum sub Gualdo; sed nunc quia nos comes Stephanus prenominatus una cum karissimo fratre nostro comite Johanne fecimus diuisionem et partem inter nos, voluimus reflcere et emendare karissimo fratri nostro predicto a patre nostro pro predicto laboratore siue curia data pro predicto loco uacuo, in quo hospicia noua per patrem nostrum fundata fuerunt, videlicet pro medietate laboratoris predicti fecimus in hunc modum videlicet: quod existentibus congregatis omnibus fratribus Minoribus conventus fratrum Minorum de Segnia et ipsis omnibus consencientibus, eo quod melioracionem et utilitatem conventus cognouerunt, nos contenti fuimus et sumus et firmiter promittimus conventum(!) fratrum Minorum de Segnia per nos, heredes et successores nostros, quod videlicet elemosinam, quam per ordinaćionem predecessorum nostrorum habere consueuerunt, habeant a nobis in mense ab offlciale nostro Segntensi soldos quinquaginta monete currentis, ita ut ubi habeant, prout dicitur, soldos triginta monete currentis omni mense, ita in perpetuum omni mense a nobis seu ab offlciale nostro omni mense habere debeant libras quatuor monete currentis in Segnia; et hoc per nos et heredes nostros volumus perpetuo esse ratum et firmum; et ipsi domini fratres conventus predicti ad hec unanimiter consenserunt; et ex nunc commisimus oretenus Johanni de Lapo, ofnciali tiostro et tenore presencium committimus et ordinamus atque precipiendo mandamus omnibus offlcialibus, qui nobis forent vel fuerint in futurum, quod omni mense de redditibus nostris Segniensibus conuentui fratrum Minorum de Segnia ab hodierna die in antea de libris quatuor monete currentis in Segnia debeant respondere. Et ipsi fratres dicti conventus ex nunc de medietate illius laboratoris uel curie nichil habeant vel possint requirere.

In cuius rci testimonium et futuram memoriam presentes litteras fieri iussimus nostro sigillo munitas.

Datum Segnie, anno domini M° CCC° LXV°, die XII. mensis agusti.

Original na pergam. u arkimt samostana u Trsalu.

Na listini visi o končanoj uzici dosta dobro sacuvani pecat u zelenkastom vosku.

i

334.

1365. 19. augusta. (U Požegi).

Kaptol požeški izvješćuje Đuri zupanu krizevačkom uspjeh istrage, š~to ju je poveo županov izaslanik proti Mirku sinu Petra Castellana (u listini Casialan) radi nasilja počinjenih na Powsi lvanovom de Topolchas?xntgurgy.

Nobili viro et honesto magistro Georgio comiti Crisvensi, amico eorum plurimum honorando, capitulum ecclesie beati Petri de Posaga amiciciam paratam cum honore. Receptis litteris vestris secundum earundem continenciam cum Nicolao filio Georgii dicti Archow, homine vestro, nostrum hominem Gregorium, sacerdotem chori nostri, ad exsequendum infrascripta pro testimonio transmisimus, qui postmodum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vester presente dicto testimonio nostro a uicinis et commetaneis nobilibus et aliis communibus hominibus illarum parcium, quibus decuit et licuit, diligenter inquirendo talem de infrascriptis sciuisset veritatem: quod cum nuper Powsa filius Johannis filii Arnoldi de Thopolchazenthgurgy in seruicMs regie sublimitatis, videlicet in exercitu magnifici viri domini Nicolai de Zeech, regnorum Croacie et Dalmacie bani, contra Mazchan voeuodam, regie celsitudinis notorium infidelem in Halmfelde, moto extitisset, Eraericus filius Petri dicti Castalan(!) feria sexta proxima post festum diuisionis beatorum apostolorum nunc preteritum missis Merligh Gallico officiale suo de Demechfelde, Benedicto sartore, Fabiano et Bexe filiis Mester, Briccio filio Gregorii, genero dicti Merligh, Ztankone ac ceteris famiaribus (!) et iobagionibus suis, equitibus scilicet et peditibus, tria aratra boum in propria possessione ipsius Powsa Oresia vocata arancia, videlicet decem et octo boues potencialiter recipi fecisset et de eo non contentus ad propriam domum eiusdem Powsa in dicta Oresia habitam eosdem homines suos clara luce eodem die potencialiter transmittendo duos equos ipsius de stabulo suo recipi et abduci fecisset, vbi eciam Andream fratrem ipsius Powsa vterinum ictu vnius sagitte et equm(i) suum modo simili letaliter fecisset wlnerari. Adhuc insuper totam eandem possessionem ipsius Powsa Oresia nuncupatam bonis et rebus omnibus, mobilibus videlicet et inmobilibus in eadem repertis fecisset spoliari et devastari Emericus filius Petri prenotatus in preiudicium ipsius Powsa non modicum et grauamen, lite tamen pendente inter ipsos. Datum feria tercia proxima ante festum sancti regis Stephani, anno domini millesimo CCC°.LX° quinto.

Na hrpiu: Nobili viro et honesto magistro Georgio comiti Cri— syensi pro Powsa filio Johannis contra Emericum filium Petri dicti Castalan inquisitoria.

Original na papiru u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti : M. 0. D. L. no. 33.180. — Stara signatura: N. R., A. fasc. 356. no. 48.
Na hrptu je trag pritisnuta pecata, kojim hijaše listina zaivorena..

335.

1365. 20. augusta. **(U Zagrebu).**

Pred zagrebačkim kaptolom zalaze svoj posjed IVostinove Pavao iz. Bročine braći Zudar. Ujedno privoljuje naknadno pravnom poslu,- kojim je njegov sin zalozio spomenuti posjed istoj' braći Zudar.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis tenore presencium significamus- quibus expedit vniuersis, quod Paulus frater condam Gvurse de Bro- china ab vna, parte ab altera vero Johannes filius Johannis de Korhi,. vice et nomine magistrorum Svmonis et Georgii filiorum Dominici de- Beulch dictorum Zudar, dominorum suorum, in nostri presencia perso- naliter constituti, idem Paulus confessus extitit ministerio viue vocis,. quod ipse quandam porcionem suam possessionariam Wostinoue voca- tam ipsum contingentem iuxta fluuium Glina vocatum habitam cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, prout eam ipse acte- nus possedisset et tenuisset, prefatis Symoni et Georgio magistris pro- viginti florenis boni auri et iusti ponderis plene ab eisdem, ut dixit, habitis et receptis inpignorasset et inpignorauit coram nobis tali modo,. quod quandocunque idem Paulus uel sui heredes dictam porcionem possessionariam redimere voluerint pro dicta quantitate pecunie similiter in promptis florenjs liberam habebunt, contradiccione predictorum Sy- monis et Georgi(!) magistrorum non obstante, redimendi facultatem. Ase- ruit eciam idem Paulus, quod ipse inpignoracioni predicte possessionis predictis Symoni et Georgio magistris prius per Paulum filium suum aliis nostris litteris mediantibus facte suum consensum prebuisset etr prebuit pariter et assensum. In cuius rei memoriam presentes appen- sione sigilli nostri consignatas duximus concedendas. Datum in festo beati regis "Stephani, anno domini millesimo CCC°.LX° quinto.

Original na pergameni u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti:. M. 0. B. L. no. 33.664. — Stara signat N R. A. fasc. 1140. no. 4.
Pečat sto bijase na hrptu pritisnut otpao Je.

336.

1365. 23. augusta. (U Cazmi).

Ma
tove mtrovne snce u svim svojim sporovima, te se obvezuju njihovom pravorijeku se pokoriti.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Nicolaus sacerdos, rector ecclesie sancti Nicolai confessoris de Gresenche, cum sufficientibus litteris nostris procuratoriis pro nobili domina Magycha vocata, filia videlicet Benedicti filii Zyulan, ab vna, parte vero ex altera nobilis domina Kathlyn vocata, filia eiusdem Benedicti, vna cum Petro filio Laurencii consorte suo personaliter coram nobis constituti in omnibus litigiosis et iniuriosis factis a data presencium, quouis modo inter se omni futuri temporis in processu emergendis et accedentibus Pangracii filii Pangracii et quatuor nobilium virorum ad hoc eligendorum arbitrio se submisisse confessi sunt viua voce, imo tenore presencium submiserunt coram nobis tali modo, vt quidquam eedem ydonee persone uisis instrumentis et auditis parcium proposicionibus inter easdem arbitrarentur hoc ambe partes semper tenebuntur acceptare; si que vero parcium arbitrium dictarum quinque personarum in toto uel in parte racione cuiusdam negocii inter ipsas partes mouendi per easdem quinque personas, vt prefertur, fiendum non acceptarent idem refutando, in hoc altera parcium contra ipsam testimonio litterali alicuius capituli possit comprobare, talis pars rebellis contra partem ea firmum habentem viginti marcis denariorum conuinceretur eo facto. Ad quod idem Nicolaus sacerdos auctoritate procuratoria dictam dominam Magycha (!) et •eadem domina Kathlyn se presentibus coram nobis obligarunt propria sua voluntate. Datum in vigilia festi beati Bartholomei apostoli, anno domini millesimo CCC°. LX° quinto.

Original na papiru u kr. ug. državnom arkivit u Budimpesti: M O. D. L. no. 35.235. — Stara signatura: Acta monast. Garig. fasc. II. MO. 14.*

Na hrptn listine bijaše pritisnut pecat.

337

1365. 27. augusta.

Ljuderoit kralj ugarski i hrvatski potvrduj'e na molbu Mirka Pe~ trovog zvanog Castellan i njegove brače kupoprodajnu ispravu od i. maja 1365. vrhu posjeda Toplica, Zaversya, Poduinya, Matyu$-feuldy i Oresya, te statucionu ispravu ovih posjeda kaptola požeškog.

[L]odovicus dei gracia Hungarie, Balmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus(!) tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore, Cum a nobis petitur, quod iustum et honestum est,. decet maiestatem regiam facilem prebere consensum, presertim in hiis, que videntur suorum subditorum comodis utiliter conuenire. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Emericus. filius Petri dicti Castellan, canonicus ecclesie Budensis suo, item Ladislai, Stephani et NicoJai fratrum suorum uterinorum vice et nominibus ad nostre serenitatis accedendo presenciam exhibuit riobis quasdam duas litteras, unam videlicet priuilegialem capituli ecclesie Zagrabiensis super uendicione et empcione possessionis ipsorum Toplica sancti Georgii uocate ac particularum possessionariarurn Zauersya, Poduinya, Matyusfeuldy et Oresya nuncupatarum, et aliam patentem capituli ecclesie beati Petri de Posaga super legitima statucione earundem facta emanatas, tenorum subsequencium; supplicans nostro culmini regio humili prece et deuota, ut easdem acceptare, approbare et ratificare et pro ipso ac suis fratribus predictis eorumque posteris nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum unius littere videlicet dicti capituli Zagrabiensis tenor talis est: *(Slijedi isprava zagrebackog kaptola od g. 1365. 1. maja).* Alterius vero littere ipsius capituli de Posaga tenor talis est: *(Slijedi isprava požeškog kaptola od god. 1365. 7. jula, koja sadržaje u sebi isfravu Bakovca zupana zagrebačkog od g. 1365. 1. jula).* Nos itaque ustis et iuri consonis supplicacionibus prefatorurn filiorum Petri dicti Castellan nostre humiliter porrectis maiestati regio inclinati cum fauore pretactas litteras ipsorum capitulorum omni prorsus suspicione carentes presentibus de uerbo ad uerbum insertas, quoad omnes earum continencias et clausulas acceptamus, approbamus, ratificamus et pro eisdem filiis Petri eorumque heredibus et posteris uniuersis, mera regia auctoritate confirmamus, premisseque uendicioni et empcioni dictarum possessionum et possessionariarum porcionum *'m* tenore earundem

litterarum contentarum et expressatarum (!) nostrum regium consensum beniuolum prebemus et assensum, presentis priuilegii nostri patrocinio mediante, saluis iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri noui dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, sexto kalendas mensis septembris, regni autem nostri anno vigesimo quarto. Venerabilibus in Christo patribus et dominis, eodem Nicolao jStrigoniensi, Thoma Colocensi, Vglino Spalatensi, Nicolao Jadrensi, et Elia de Ragusino, archiepiscopis; Demetrio Waradinensi, Dominico Transiluano, Colomano Jauriensi, Villermo Quinqueecclesiensi, Ladislao Vesprimiensi, Stephano Zagrabiensi, regni Sclauonie vicario generali, Mychaele Agriensi, Stephano Nitriensi, Johanne Vacyensi, Dominico Chanadiensi, Demetrio Syrimiensi, Petro Boznensi, Stephano Farensi, Valentino Macariensi, Demetrio Nonensi, Nicolao Traguriensi, Matheo Sibinicensi, Mychaele Scardonensi et Portiua Seniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias •dei fideliter gubernantibus; Tyniniensi et Corbauiensi sedibus uacantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio woyuoda Transiluano, 'Comite Stephano Bubek iudice curie nostre, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum, Nicolao de Sceech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Gara de Machou banis, Petro pincernarum, Paulo dapiferorum, Johanne ianitorum et Emerico agasonum nostrorum magistris ac magistro Ladislao filio Zobonya comite Posoniensi, aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Original na pergameni u arkivu jttgoslavenske akademije: Diplomata a. 1365.

JVa listmi visi komad zeieno-crvene svilene vrvce bez pečata.

33a

1365. 28« augusta. U Zadru. (Jadre).

*Namira Dure župnika sv. Marije u Zadru izdana opatu samostana sv. Kuzme i I)amijana za flaćenu papi?isku prokuraciju druge godine**

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate domini nostri Jesu Christi millessimo trecentessimo sexagessimo quinto, inditione tertia, die

vigessimo octauo menssis agusti; pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Vrbani, diuina prouidentia pape quinti, anno tertio; temporibus equidem reuerendi in Ćhristo patris et domini domini Nicolay de Matafaris, decretorum doctoris et archiepiscopi Jadrensis. Venerabilis vir dominus Georgius, plebanus sancte Marie mayoris de Tadra ac vicarius domini archiepiscopi supradicti, fiiit contentus et confessus se habuisse et recepisse a reuerendo in Christo patre fratre Petro, dei gratia abbate sanctorum Cosme et Damiani Jadrensis diocessis, nomine dicti domini archiepiscopi ducatos decem et nouem auri et unum pro expenssis; et hoc pro prouisione reuerendissimi in Christo patris et domini Andruini, miseratione diuina presbiteri cardinalis tituli sancti Marcelli, apostolice sedis legati in partibus Lombardie; quos soluit dictus dominus abbas nomine suo ac sui monasterii supradicti. Qui quidem dominus plebanus pro se suisque heredibus et successoribus fecit plenissimam quietationem et relaxationem dicto domino abbati et eius successoribus de dictis denariis de ulterius eos non petendi sub pena quarti dictorum denariorum et reffectione omnium dampnorum et expensarum litis et extra, et obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum; et pena soluta uel non, nichilominus presens instrumentum plenam obtineat firmitatem. Et ista supradicta solutio dictorum denariorum est facta pro anno secundo sue legationis, qui annus incepit tertia die menssis ianuarii proxime preteriti. Actum est hoc et firmatum Jadre, presentibus Martino fiiio condam Paladini ac maistro Sperco aurifice, testibus ad hoc uocatis et rogatis et alliis.

(Signum not.).

Ego Helvas canonicus Spalatensis, imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre, hiis omnibus interfui rogatus scripsi et puplicaui signoque meo consueto signaui.

Original na pergam. n ark. gnbern. tt Zađru, odio samostana rogovskoga no. 75.

339.

1365. 29. augusta. U **Zadru. (Jadre).**

Kolan, naravni sin pokojnog Marina Fafone, prodaje Stanku i DeH vinograd na Velikom otoku uz običajne uvjete.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione doinini nostri Yesu Christi millesimo trecentessimo sexagessimo quinto, inditione tertia, dte

vigesimo nono menssis augusti; regnante domino nostro domino Lodouico, đei gratia serenissimo rege Hungarie; temporibus equidem reuerendi patris domini Nicolajr de Matafaris, decretorum doctoris et archiepiscopi Jadrensis, atque magnifici et potentis viri domini Nico3ay de Zeech, regnorum Dalmatie et Croatie generalis bani et comitis ciuitatis Jadre. Collanus filius natralis (!) condam Marini de Fafona pro se suisque heredibus et sucessoribus(I) iure proprio et in perpetuum dedit, uendidit atque tradidit Stanco, fillio condam Stoysce de insuia Magna districti(!) Jadrensis, et Desse eius vxori suisaue heredibus et successoribus ementi et recipienti unam suam uineam siue uites unius sue vinee de duobus gonays et quartum uel circa, quod si pius reperiretur, illud plus cedat in dicta venditione absque precii additione, et que vinea est posita *'m* insulla Magna in valle sancti Stepfani(I); cuius quidem hii dicuntur esse confines: de borea et quirina est uia puplica et de trauersa tenet et possidet Damianus fillius ser Biualdi de Nassis, de austro uero possidet partim Ce. . . . . Dmince, et que uinea est sita super terram dicti Collani uendi[toris de qua] reddit pro terratico quartam partem in barca sua ibidem ad mare uel [ad domum] predicti ser Damiani, que domus est ibidem, conductam propriis expensis [ipsius-Iabo]ratoris; ad habendum, tenendum, utendum et possidendum et quiquid(!) dictis emptoribus deinceps placuerit faciendum siue suis heredibus et successoribus sine alicuius contradictione; cum omnibus suis iuribus et pertinenciis uniuersis, que habet uel habere posset super se, infra se et extra se, atque omnibus accessibus et egressibus suis ac omni suo usu, iure seu requisitione quoquo modo sibi pertinentibus. Et hoc pro precio librarum sexaginta denariorum paruorum, quod pretium prefatus uenditor fuit contentus et confessus [se] habuisse et recepisse a dictis emptoribus, exceptione non habiti et non recepti dicti pretii ac omni allio auxillio et fauore omnino renuntians. Vnde dictus venditor pro se suisque heredibus et successoribus se obligauit dictis emptoribus eorumque heredibus et successoribus stipullantibus et recipientibus dictas vites venditas cum omnibus earum iuribus et pertinentiis uniuersis ab omni homine et uniuersitate deffendere et excalumpniare, disbrigare et auctoricare promisit super se et bonis suis presentibus et futuris, *nec* eis aut eorum heredibus et successoribus litem uel questionem seu controuersiam ullo tempore inferre nec inferrenti consentire, set predictam uenditionem et omnia et singulla suprascripta et infrascripta firma et rata habere et tenere et non contrafacere 'uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto sub pena quarti dictorum denariorum et reffectione omnium dampnorum et expensarum litis et extra, obligando se et sua

bona presentia et futura, et pena soluta uel[1], nickilominus presens instrumentum plenam obtineat flrmitatem. Insuper obligauit se dictus laborator complere cum vitibus dictos duos gonayos et quartum usque ad duos annos proximos futuros sub pena videlicet perperarum(!) sex et quod dictus Collanus possit facere suum uelle de iliis arboribus- siue pedibus murorum, que sunt in dicta vinea pro suo libito voluntatis. Actum Jadre, presentibus ser Biualdo de Nassis et ser Mauro de Grisongnis (!), ciuibus Jadre, testibus ad hoc uocatis et rogatis et alliis.

(Drugi rukopis.)

j Ego Michael condam Barti de Sloradis, iudex exsaminator manum missi.

(Sigmim not.)

Ego presbiter Helyas canonicus Spalatensis, imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre, hiis omnibus interfui rogatus scripsi et puplicaui signoque meo consueto signaui.

Original na pergameni tt gubern. 'arkivit u Zadru; odio samostana sv. Krševana, kaps. XXIV. no. 629.

340.

1365. 3. oktobra. U Zagrebu. (Zagrabie).

Stjepan, biskup zagrebački i namjesnik kraljevine Slavonije, moli kaptol čazmanski, da pos'alje svog povjerenika do Klare zene Ladislava Teuteusovog, da ju upitz, da li ostaje kod prodaje svog posjeda u Bemozu; u jesnoni slučaf'u neka statuira taj posjed kupcu Duri Zudoru.

Stephanus dei et apostolica gracia episcopus Zagrabiensis et regni Sclauonie vicarius generalis sincere sibi dilectis fratribus suis et amicis capitulo ecclesie sue Chasmensis sinceram in domino caritatem cum amicicia pleniori. Noueritis, quod magister Thomas filius Martini de Zent Juan vice, nomihe et in persona nobilis domine consortis magistri Ladislai filii Teuteus, filie videlicet quondam magistri Stephani filii Chupor, Clara nuncupate, cum sufficientibus et legitimis litteris procuratoriis honorabilis capituli ecclesie beati Petri de Pasaga ad nostram accedens presenciam dixit et confessus est sponte coram nobis, quod supradicta nobilis domina Clara vocata totalem suam possessionem in

[1] Očevidno ispušteno: non.

;eneracione Bernoz habitam seu existentem per ipsam dominam pro suis rebus parafernalibus emptam et comparatam cum omnibus eiusdem vtilitatibus ac vtilitatum integritatibus et pertinenciis vniuersis cuiusuis nominis vocabulo vocitatis strennuo militi magistro Georgio Zudor et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus et posteritatibus vniuersis similiter personaliter coram nobis astanti, tum propter proximalem sincerum affectum cum eciam pro ducentis marcis solidorum bonorum plene, vt idem magister Thomas procurator iam dicte domine asserebat, per eandem dominam ab ipso magistro Georgio habitis et receptis, dedisset, donasset et tradidisset, ymo ipse auctoritate procuratoria dedit, donauit, tradidit, uendidit et contulit ex speciali mandato domine eiusdem iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, nil iuris nilque proprietatis seu dominii sibi et suis heredibus in eadem reseruando, sed omne ius et quaslibet proprietates, quod uel quas in eadem possessione quoquo modo habuisset in ipsum magistrum Georgium Zudor et suos posteros pure et simpliciter per omnia transferendo. Nos itaque volentes de uoluntate annotate nobilis domine cercius et verius informari uestre fraternitatis amiciciam presentibus requirimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus filius Andree de Ratathvch* uel Pasa de Zredahel altero absente homine noster(!) accedat ad ipsam nobilem dominam requirendo ipsam seriose, vtrum premissam possessionariam porcionem huiusmodi donacioni seu vendicioni ratam habeat atque firmam, nec ne, Audita siquidem et habita a prenotata domina responsione, si eadem premissis beniuolum prebuerit consensum pariter et assensum, ad faciem prescripte possessionis et possessionarie porcionis accedendo statuat eandem sepedicto magistro Georgio Zudar(!) cum suis iuribus et vtilitatibus vniuersis perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam et post hec seriem omnium premissorum, prout fuerit expediens et oportunum, nobis amicabiliter rescribatis. Datum Zagrabie, feria sexta proxima ante festum sancti Francisci confessoris, an'no domini millesimo CCC°. LX° quinto.

Iz originalne uvodnice Čazmanskoga kaptola oa g. 1365. 8. oktobra, na pergameni u kr. ugar, drzavnom arkivu u Budimpešii: M, O. D. L. no. 33.747. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1540. no. 9.

[1] Racarhveb?

341.

1365. 8. oktobra, (U Čazmi).

Kaptol čazmanski udovoljuje nalogu St/epana, biskupa zagrebačkog i namjesnika kraljevine Slavonije, od 9. oktobra 1365., te izvješćuje-, da je Klara žena Ladislava doista prodala svoj posj'ed Bernoch (Bernouch) Duri Zudaru i njegovoj brači, te da je ujedno provedena staiucija.

Venerabili in Christo patri et domino domino Stephano, diuina prouidencia episcopo Zagrabiensi et regni Sclauonie vicario generali, domino et prelato eorum hreuerendo (l) capitulum ecclesie sue Chasmensis oracionum sufragiain domino deuotarum. Vestra nouerit paternitas nos litteras uestras sub minori sigillo uestre dominacionis nobis directas recepisse in hec verba: *(Slijedi listina biskupa Stjepana upravljena na čazmanski kaptol od g. 1365. 3. oktobra).* Nos itaque uestre paternitatis peticionibus annuentes vt tenemur vna cum eodem Pasa filio Andree de Zredahel, homine uestro, Martinum sacerdotem, ecclesie nostre predicte prebendarium, ad premissa fideliter exsequenda transmisimus pro testimonio fidedignum, qui tandem ad nos exinde reuersi nobis concorditer retulerunt, quod prefatus homo uestre dominacionis coram eodem nostro testimonio die dorninico et feria secunda proximis post idem festum sancti Francisci confessoris nunc proxime preteritum ad prefatam nobilem dominam Clara nuncupatam, consortem magistri Ladislai filii Teuteus personaliter accedendo eam requisisset, vtrum ipsam possessionem suam empticiam Bernoch vocatam magistro Georgio Zudar, Petro, Mvchaeli, Stephano, Svmoni, Johanni et Emerico filiis Dominici de Bulch, fratribus eiusdem vterinis, uendiderit uel ne. Que quidem domina Clara i'espondisset viua uoce, quod ipsa sicut prefatus magister Thomas filius Martini, procurator suus legitimus, auctoritate procuratoria coram uestra patenutate fassus dktitisset prefatam possessionem suam empticiam Bernouch(l) dictam cum omnibus suis vtilitatibus et vtilitatum integritatibus quouis nomine vocitatis, ad eandem possessionem spectantibus sub suis veris metis et antiquis totalem et omnino eisdem magistris Georgio, Petro, Mvchaeli, Stephano, Symoni, Johanni et Emerico Zudar dictis, filiis Dominici de Bulch comitatus Borsodiensis, tum ob fauorem et dileccionem proximitatis inter ipsos radicace(S), tum eciam pro •ducentts marcis solidorum bonorum per eundem magistrum Georgium .sua et predictorum fratrum suorum in personis predicte domine Clare, :sicut ipsa vocetenus eisdem vestro et nostro hominibus affirmasset, plene

et integre persolutis vendidisset, tradidisset et alienasset, heredurn in heredes perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, nil iuris nilque proprietatis et dominii in eadem possessione iam dicta et suis vtilitatibus pro se et suis posteritatibus reseruando, sed omne ius et dominium ac proprietates, que uel quas in dicta possessione Bernoch et eiusdem vtilitatibus actenus(!) habuisset, in prescriptos magistros Georgium, Petrum, Mychaelem, Stephanum, Svmonem, Jphannem et Emericum posterosque eorundem penitus et per omnia transferendo; iitteras eciam, si quas super iam dicta possessione procuratas ignoranter uel fraudulenter occultando reseruasset, friuolas commisisset et inanes ac cuilibet exhibenti nocituras; quam quidem possessionem cum auibusuis suis vtilitatibus idem homo vestre paternitaus coram predicto nostro testimonio ad faciem eiusdem accedendo vicinis et commetaneis suis vniuersis legitime conuocatis et presentibus, sub suis veris metis et antiquis prefatis magistro Georgio et fratribus suis perpetuo possidendam statuisset, eundem magistrum Georgium sua et predictorum fratrum suorum in personis in ipsam possessionem iam dictam et dominium eiusdem pacificum intronizando seu introducendo, nemine penitus suorum commetaneorum uel aliquorum aliorum alicuius contradiccionis obstaculo eisdem obuiante. Datum feria quarta proxima post predictum festum sancti Francisci confessoris, anno domini supradicto.

Original na pergameni u kr. ugar, državnom arkivu u Budimpešti: M, 0. D. L. no. 33,747. — Siara signatura N. R. A. fasc. 1510. no. 9. Vrvca i pečat otpali.

Imade i prijepis iz listine kralja Ljndevita od god. 1366. 20. nvvembra, kako je to prepisao Simon đe Razgony g. 1450, 24, aprila. — Original ove povelje na pergameni u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D..L. no 33.749., — Stara signat. N R. A. jfasc. 1540. no. 17-,*

342.

1365. 12. oktobra. U Trogiru. (Tragurii).

Vukac Kosanich iz sela Sitnice trogirske dieceze skrušeno priznaje pred biskupom trogirskim i pred javnim notarom, da se je krivo zakleo^ da selo Dobravis daje desetinu crkvi Hbeničkoj.

In Christi nomine amen, Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, indicione IIL, die XII.[0] mensis octubris; pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Vrbani,

diuina prouidente gracia pape quinti, anno tercio. Pateat vniuersis et singulis per hoc publicum instrumentum, quod presente me notario et teslibus inirascriptis existens Valcae Cossanich de uilla Sitnipe diocesis Traguriensis in presencia reuerendi in Christo patris domini Nicolay, dei et apostolica. gratia Traguriensis episcopi, tanquam coram cure animarum suo spirituali pastore, aseruit, ut exponebat, dolore conpunctus et volens consciencia ductus sibi et eius anime saluti per ipsum dominum episcopum in infradictis salubriter prouideri, quod ipse de anno instanti, die penultimo mensis marcii, ex precepto sibi facto nomine comunitatis Sibenicensis et rectorum eiusdem reali et personali, similiter timore ex hoc ductus accessit Spaletum et coram me(l) domino archiepiscopo Spalatensi testificatus fuit contra deum et ueritatem eloquium, quod decime uillarum de Dobrauis dicte, quoad temporalia Sibenicensibus spectarent et de iure spectare deberent ad ipsam ecclesiam Sibenicensem, non obstante questione, que super hiis uertitur coram ipso domino archiepiscopo inter ipsum dominum Traguriensem episcopum et eius capitulum ex parte una, et capitulum Sibenicensts ecclesie ex parte alia, cum tamen reuera ipse sciat et credat, quod ipse decime spectant de iure ad Traguriensem ecclesiam supradictam; et sic cognoscat se in expressum ex hoc periurium incidisse. Quare rediens nunc ad cor eius salubriter et uolens sibi de ipso periurio et eius anime constilli debere per ipsum dominum episcopum, tanquam eius in hoc patrem spiritualem et animarum pastorem petebat humiliter ab eo ueniam et misericordiam in predictis ac absolutionem et dispensationem sibi per eum inpendi super eius periurio predicto, paratum se offerens stare in hoc eius mandato et sancte matris ecclesie sibi per eum salubriter inponendis. Qui dominus episcopus audita spontanea eius Valcchi confessione delicti super deietatione (!) sui periurii supradicti et sic aduertens, quod ecclesia non debet claudere gremium ad eam salubriter redeunti, absoluit exinde ipsum ValcQum, ut eius pastor principalis spiritualis et ordinarius a reatu ipsius periurii secum super ipso excessu misericorditer dispensando eidemque pro eius reatu inponens illam penitenciam salutarem, de qua sibi consubrius(!) uisum fuit, consideratis omnibus circumstanciis secundum deum et canonicas santiones. Requirens ipse predictus Valcac me infrascriptum notarium, quatenus de predictis sibi conficerem publicum instrumentum. Actum in ciuitate Tragurii in episcopali palatio, presentibus discretis viris dominis Matheo condam Desse, canonico ecclesie Traguriensis, Nicolao condam Martini, Drasuco filio domini Nicolay, presbiteris ecclesie supradicte, testibus ad premissa vocatis, habitis et rogatis.

(Signum noL)

Et ego presbiter Georgius condam Duymi, canonicus Traguriensis, imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis vna cum prenominatis testibus interfui et ea rogatus scribere scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque proprio signo et nomine roboraui.

Original na pergameni u arkivu kaptola u Trogiru no. 93,
Na hrptu savremeno: Confessio Valcc Cosanich de periurio.

343.

1365. 12. oktobra. Bologna. (Bononie).

Kardinal Andruin, papin iegat, nalaze nadbiskupu spljetskom, da na prituihu opata sv. Krševana istraži, iz kojih j'e razloga zadarski nadbiskup zabranio kanonicima i kaptolu zadarskom polazak crkve sv. Krševana.

Andruinus miseratione diuina tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, uenerabili in Christo patri . . . [1] archiepiscopo Spalatensi salutem in domino. Conquestus est nobis dilectus in Christo . . . [1] abbas monasterii sancti Grisogoni Jadrensis, quod venerabilis pater . . . archiepiscopus Jadrensis de facto mandauit canonicis et capitulo ecclesie Jadrensis, quod ecclesiam monasterii supradicti intrare non debeant, propter quod monasterium ipsum magnam patitur lesionem. Ideoque paternitati uestre auctoritate qua fungimur presentium tenore committimus et mandamus, quatinus uocatis, qUi fuerint euocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit eadem auctoritate decernatis facientes, quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari; testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili auctoritate predicta compellatis ueritati testimonium perhibere. Datum Bononie, TIIL idus octobris, pontiflcatus domini nostri dornini Vrbani pape V. anno tertio.

Originai na pergameni u gubernijat, arkivu u Zađru, odio samostana sv Krševana kaps. XV. no. 281.*

Na listini visi o konopljanoj uzici ovalni pecat utisnui u crvenom voskú.

Na pravoj strani na zavoju istom rukom; Jacouyn.

Na hrptu savremeno: Conquestus contra archiepiscopum Jadrenssem^

[1] U onginalu mjesto imena.

344.

1365. 13. oktobra. U Zagrebu. (Zagrabie).

Đuro, župan krizevački i namj'esnik 5anski\ odgađa na molbu stranaka parnicu Ladislava Totusova proti sinovima Rohovima na oktave poslije Đurđeva.

Nos magister Georgius, comes Crisvensis et vicesgerens domini Stephani episcopi Zagrab[iensis et] regni Sclauonie vicarii generalis, in eodem vicariatu constitutus, damus pro memoria, quod causam, quam magister Ladislaus filius Totus, pro quo Paulus literatus filius Laurencii cum litteris procuratoriis conventus Pechwaradiensis astitit, contra Johannem et Stephanum filios Johannis filii Roh, pro quibus Andreas famulus eorum cum litteris procuratoriis nostris conparuit, iuxta continenciam literarum magistri Bakouch, quondam comitis Zagrabiensis, prorogatoriarum in quindenis residencie exercitus regii ad octavas festi beati Mvchaelis archangeli proclamate movere habebat coram nobis, petentibus partibus ad octavas festi beati Georgii martiris proxime venturas statu priori permanente perhernptorie duximus prorogandam, si partes medio tempore non potuerunt concordare. Datum Zagrabie, octavo die termint prenotati, anno domini M°CCC° sexagesimo quinto.

Otraga: Pro magistro Ladislao filio Totus contra Johannem et Stephanum filios Johannis filii Roh ad octavas festi beati Georgii martyris prorogatoria.

Coa. dipL com. Zichy. III. p. '283.
Original u arkivu grof, Zichy ti Zselyu.
Na hrptu vidi se irag uttsnuta pečata.

345.

1365. 19. oktobra. U Zadru. (Jađre).

Ugovor iznieđu Kresija Rajnerijevog i Ivana de Petrico, koj'im se obojica obvezuju, da će kuča, što ju je prvi kupio od potonjega nakon izminuća vremena od četiri godine bitipovraćena uz povratak kupovnine prijasnjem vlasniku Ivanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, indictione quarta, die decimo nono

mensis octobris, Jadre; regnante domino nostro domino Lodouico, dei gracia serenissimo rege Vngarie; et tempore reuerendi patris domim' Nicolai de Matafarro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac magnifici domini Nicolai de Seg, totius Dalmatie et Crohatie generalis bani et comitis Jadre. Cum Cressius condam Raynerii de Varicassis, ciuis Jadre, emerit a Johanne Thomassii de Petri^o, ciue Jadre, totam unam domum circumcirca amuratam partim planchis et partim cuppis copertam cum sua curia et loco, super quo constructa est, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis positam Jadre in confinio porte Becarie iuxta suos confines precio quadringentarum octuaginta septem librarum et decem soldorum denariorum paruorum, prout hec et alia in instrumento eiusdem emptionis predictis millesimo, anno, indicione et die manu notarii infrascripti facto plenius continetur, — idcirco prefatus Cressius de speciali gracia per se et suos heredes et successores solempni stipulatione se obligando promisit et conuenit dicto Johanni pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti, quod uidelicet elapsis seu completis quatuor annis proxime uenturis et postea infra unum mensem tunc proxtme sequentem, dictus Johannes dederit, soluerit et restituerit ipsi Cressio totani supradictam quantitatem pecunie precii supradicti, idem Cressius dabit et restituet ei supradictam dorrtum cum omnibus suis iuribus et pertinenciis et cum instrumento emptionis inciso et de nota cancelato uel alio modo, quo sibi plena contingat liberatio. Que omnia et singula supra et infrascripta promisit dictus Cressius ut supra ipsi Johanni, ut supra stipulanti, firma et rata habere et tenere et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, sub pena quarti stipulatione promissa et refectione dampni et. expensarum litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis obligauit eidem se et suos heredes et successores et bona sua omnia pressencia et fuctura, et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum pressentibus Qanino Cose de Brode, ciue Jadre, et Angello condam Gregorii de Rem . . to, habitatore Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis, et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Grisogonus condam Damiani de Begna, examinator rnanum rnissi.

(Signum not.)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original na perg. u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 104.

346.

1365. 3. **novembra. (U Dubrovniku).**

Punomoćnici udovice iza kneza Vojislava očituju, da su od dubrovačkog rektora i njegovog malog vijeća prim'ili QOO perpera za trgovinu soli.

Die **III.** nouembris.

Radossinus, Lischa et Dragoe Miroslavich, homines domine comitisse relicte quondam comitiš Vovslaui, procuratores et nuncii ad infrascripta dicte domine comitisse, faciunt manifestum, quod ipsl confirmant habuisse et recepisse a domino rectore ser Johanne Tuidisio et suo paruo consilio solvente nomine et pro parte totius ciuitatis Ragusine yperperos nonigentos pro comercio salis anni completi de festo sancti Michaelis nuper elapso de mense septembris proxime preteriti, presentibus testibus infrascriptis; et hoc pro compieta solutione comerchi supradicti. Cuius domine comitisse carta est hic apposita.

Karte nema.
Diversa cancellariae knjiga 1364. u dubrovackom arkivu.
Pucić Spom. srp. ***IL*** *br. 29.. 24.*

347-

1365. 5. novembra. (D Zagrebu).

Pred kaptotom zagrebačkim ustupa Mihajlo sin Mirka iz Losana svome sinu Mati trečinu svih svo/ih posjeda uz naplatu od 6o ma~ raka, što ih potonji potroši u svrhu, da su do ovih posjeda došli.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Miehael filius Emerici de Losan ab vna parte, ab altera vero Mathey filius eiusdem Michaelis in nostri presencia personaliter constituti, idem Michael confessus est ministerio viue vocis, quod ipse directam terciam partem vniuersarurn porcionum suarum possessionariarum et aliarum vtilitatum ipsum quouis iuris titulo contingencium vbilibet habitarum, qualitercunque vocatarum et specialiter in dicta Losan et Semouch ipsum tangencium, predicto Mathev filio suo et per eum suis heredibus racione filialis dileccionis et eciam racione šexaginta marcarum denariorum bonorum regalium monete nunc currencium eiusdem Mathey, quas dixit se in reaquisicione predictarum porcionum

suarum possessionariarum expendisse, dedisser, donasset et assignasset, ymo coram nobis dedit, donauit, tradidit et assignauit iure perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam, saluo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes sigilli nostri pendentis munimine roborantes duximus concedendas. Datum feria quarta proxima post festum omnium sanctorum, anno domini millesimo CCC°.LX. quinto.

Originac na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije: Dipto-' maia a. 1365.

Na listini visi komad crveno-zelene svilene vrvce bez pečata.

348.

1365. 5. **novembra. Bologna. (Bononie).**

Kardinal Andruin, legat papin> nalaze pod prijetnjom izopćenja biskupima zadarskom, rapskom, osorskom i krčkom, da saberu njegovu prokuraciju za treću godinu poslaništva.

Andruinus miseratione diuina tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, venerabilibus in Christo patribus . . ? archiepiscopo Jadrensi et . . . Arbensi . . . Absarensi et . . . Veglensi episcopis et dilectis in domino eorum vicariis, locatenentibus seu vicegerentibus salutem in domino. Habentes adhuc sicut habuimus hactenus in Lombardie et aliis prouintiis et partibus de quibus ciuitates et dioceses uestre consistunt imposite nobis, legationis offitium exercere, vos et vestrum quemlibet auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa presentium tenore monemus ac vobis sub excomunicationis et aliis sententiis infrascriptis districte precipimus et mandamus, quatenus singuli vestrum in sua videlicet ciuitate et diocesi procurationes solitas apostolice sedis legatis de latere assignari et solui nobis per vos et vestrum clerum et subiectos vobis ac vniuersos et singulos clericos et personas ecclesiasticas, exemptas et non exemptas dictarum vestrarum ciuitatum et diocesium debitas pro instanti tercio anno nostre legationis, qui die tercia mensis ianuarii proxime fucturi incohabit, infra octuaginta dierum terminum a presentatione presentium vobis iacienda in antea computandorum, quorum dierum triginta pro primo et triginta pro secundo ac reliquos viginti pro tercio ac perhentorio terrnino ac monitione canonica

[1] U originalu mjesto imena.

vobis et vestrum cuilibet assignamus, nobis aut thesaurariis nostris in ciuitate Bononie realiter in numerata bonorum florenorum surama persoluere et de illis satisfacere studeatis. Quod si infra dictum terminum de dictis procurationibus uobis debitis non satisfeceritis ut prefertur, vobis et vestrum cuilibet ex nunc, prout ex tunc dicto elapso termino ingressum ecclesie interdicimus et si interdictum huiusmodi per sex dies dictos octuaginta inmediate sequentes anirno sustinueritis indurato procurationes huiusmodi non soluendo vos et vestrum quemlibet suspendimus a diuimV, quod si interdictum et suspensionem huiusmodi per alios sex dies extunc inmediate sequentes, quod absit, duxeritis tollorenda, * in vos et vestrum quemlibet, qui in solutione dictarum uestrarum procurationum defecerit ex nunc, prout ex tunc in hiis scriptis excomunicationis sententiam promulgamus vestrasque ecclesias ecclesiastico subicimus interdicto. Ceterum, ut de dictis procurationibus eo uobis commodius satisfacere valeatis, quo maiori fueritis potestate tnuniti, vobis et cuilibet vestrum in sua videlicet ciuitate et diocesi ab omnibus et singulis prelatis^ clericis et personis ecclesiasticis, exemptis et non exemptis, .qui in procurationibus huiusmodi contribuere eonsueuerunt et debent procurationes easdem pro rata ipsorum quemlibet contingente, quam eis duxeritis imponendum exigendi et infra certum terminum, quem eis ad hoc duxeritis statuendum seu etiam prorogandum recipiendi ipsoque ad hoc, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam et sequestrationem reddituum et prouentuum, beneficiorum suorum appellatione postposita compescendi plenam concedimus auctoritate prefata tenore presentium potestatem, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Nos enim in omnes et singulos, qui in terminis per vos ut premittitur statuendis seu prorogandis eisdem in huiusmodi procurationum uestrarum solutione pro rata ipsos contingente defecerint, ex nunc, prout ex tunc trina canonica monitione premissa in hiis scriptis excomunicationis sententiam promulgamus eorumque ecclesias, monasteria atque loca ecclesiastica subicimus interdicto; absolutionem omnium et singulorum vestrum, archiepiscopi et episcopi, qui prefatas uestras sententias incurrerint nobis tantummodo reseruantes, prelatorum uero, clericorum et personarum ecclesiasticarum predictarum vobis cuilibet videlicet in sua ciuitate et diocesi tenore presencium committentes. Volumus autem, quod presentes litteras nostras seu processum cum alteri vestrum fuerint presentate illarum copia, si illam habere volueritis, vestris sumptibus et expensis recepta . . . [2] nuntio nostro, latori earum

[1] Mjesto tollerando.
[2] U originalu mjesto imcjna.

restituere procuretis et singulis uestrtmr ualeant presentari; de quarum presentatione relationi dicti nuntii aut publico instrumento inde confecto plenam fidem, quodque eidem nostro nuntio diebus singulis, quibus pro illarum presentatione per ciuitates et dioceses vestras transiuerit uel moram traxerit in eisdem de quatuor grossis argenti, quorum duodecim vafeant vnum florenum, pro suis expensis satisfacere studeatis: a quo quidem nostro nuntio, ut ultra dictos quatuor grossos a vobis recipere non presumat debitum, recepimus ad sancta dei euangelia iuramentum. In quorum omnium testimonium presentes litteras seu presentem processum scribi mandauimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum Bononie, nonas nouembris, pontificatus domini nostri domini Vrbani pape V., anno tercio.

Original na pergam. u gubernt'j. arkivu u Zadru, odio samosiana sv. Krševana kaps. XIV. no. 186.

Na listini visi konopljana uzica; pecat je otpao.

Na hrptu istom rukom: Domirio archiepiscopo Jadrensi et suffraanis. *

Listina jednakog sadrzafa upravljena je na nadbiskupa brskogod 17. fula 1365. u arkivu gubern. u Zadru XIV,. no. 194.

Isto i na nadbiskupa spljetskog i njegove sufragane: trogirskog, hvarskog, ninskog i senjskog od g, 1365. 18, decembra, no. 195.

349.

1365. 9. novembra. U Zadru. (Jadre).

Zapisnik o drazbi posjeda u Tuclecanu iz ostavme pok. Zoyla de Butouano, koja je dobrovoljno provedena na zelfu izvršitelfa oporuke, a prema odredbi oporučitelfa. Drazbovanu je 7iekretninu kupio uz običafne uvfete MilfeŠa Kalebonich sa oioka Mlfeta.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, indictione quarta, die dominico, nono menssis nouembris; regnante serenissimo principe et domino nostro domino Lodoico, dei gracia Hungarie rege; temporeque reuerendi patris domini Nicolai de Matafarris, decretorum doctoris et jadrensis archiepiscopi, ac magnffici et potentis domini domini Nicolai de Zeech, regnorum Dalmacte et Croacie bani generalis ac comitis Jadrensis. Testificor ego Egidius preco et ministerialis curie Jadrensis, quod, cum presentata foret dominis rectoribus Jadere quedam cedula incantus infra-

scripti tenoris: »Incantatur et per incantum vendetur et deliberabitur tota villa siue tota possessio posita in Tucleeano, que fuit olim ZoyIi de Butouano et nunc est sue commissarie cum suis vineis et terraticis et cum suis derris, ortis, poduernicis, domibus, pratis, *siluis, arboribus, nemoribus, pascuis, gaiis, aquis et aquarum decursibus et omnibus eius iuribus et actionibus, accessibus et eggressibus suis ad vias publicas; et alique sunt pecie mixte cum terris consorciurn, qui sunt in pluribus peciis confinati, ut inferius declaratur. Prima pecia terre scilicet poduorniga habet hos confines: de trauersa est via, que vadit supra villam, de austro et de borea sunt terre siue poduornice Petri de Pedreto et de quirina est terra dicti[1] Petri. Secunde pecie terre siue poduornice hi sunt confines: de trauersa est via, que vadit similiter supra villam, de austro est terra commissarie olim domine Stane relicte Tacobi de Sloradis, de quirina et de borea sunt terre dicti Petri; tercie pecie terre: de quirina est ripa maris, de borea est carssus communis ville, de trauersa possidet dictus Petrus et de austro possidet commissaria predicte domine Stane; quarte pecie terre: de austro possidet dictus Petrus, de borea possidet commissaria dicte dornine Stane, de quirina et de trauersa sunt terre dicti Petri; quinte pecie terre: de austro et de borea sunt terre dicti Petri, de quirina et de trauersa sunt terre dicte commissarie; sexte pecie terre: de trauersa et de quirina sunt terre dicti Petri, de borea et de austro sunt terre dicte commissarie; septime pecie terre: de austro et de trauersa sunt terre dicti Petri, de borea sunt terre dicte commissarie et de quirina est carssus; octaue pecie terre: de austro et de borea sunt terre dicti Petri, de trauersa est via, que vadit supra villam, et de quirina est terra dicte commissarie; none pecie terre, in qua est ortus: de austro est ortus dicte commissarie, de borea est ortus dicti Petri, de quirina est via, que vadit supra vilam et de trauersa est carssus; decime pecie terre, in qua est ortus ubi habitat uillanus: de borea et de austro est ortus dicti Petri, de trauerssa est carssus et de quirina est via que vadit subtus villam; vndecime pecie terre, in qua est ortus: de borea et de austro sunt iardini dicti Petri, de trauerssa est carssus et de quirina est via ville; duodecime pecie terre: de trauersa est possessio dicte commissarie, de borea est terra Pauli Mathei de Georgio, de austro est terra dicti Petri et de quirina est ripa maris; tercie decime pecie terre: de borea est terra commissarie predicte domine Stane, de austro et de quirina est possessio dicti Petri et de trauersa est pasculus; quarti decimi loci sunt duo clappi terre, quorum de borrea et de austro sunt terre dicti Petri,

[1] Pogrješno dvaput dicti.

de trauersa est pa-sculus et de quirina est partim terra dicti Petri et
partim dicte commissarie; quinte decime pecie terre: de quirina est litus
maris et ex aliis tribus partibus sunt terre dicti Petri; sexte decime
pecie terre: de quirina et de austro sunt terre dicti Petri et de borea
et de trauersa sunt terre dicte commissarie; decime septime pecie terre:
de austro est terra dicte commissarie, de quirina est Utus maris, de
borea et de trauerssa sunt terre dicti Petri; decime octaue pecie terre :
de austro est terra Pauli predicti, de transuersa et de borea sunt terre
dicti Petri et de quirina sunt partim terre dicte commissarie Zoyli et
partim commissarie dicte Stane; decime none pecie terre: de austro
sunt terre dicti Pauli, de quirina est terra dicti Petri, de borea est terra
commissarie dicte Stane et de trauerssa terra dicti Petri partim et
partim terra dicte commissarie Stane et partim sunt terre dicte com-
missarie Zoyli; vigesime pecie terre: de ausftro est] terra cornmissarie
dicte Stane, de borea dicte commissarie Zoyli, de trauersa est terra dicti
Petri partim et partim est terra dicte commissarie Zoyli; vigesime prirne
pecie terre: de austro est terra dicti Pauli, de quirina et trauerssa sunt
terre dicti Petri et de borea est terra commissarie dicte Stane; vigesime
secunde pecie terre: de quirina est terra dicti Petri et ex aliis partibus
sunt terre commissarie dicte Stane; vigesime tercie pecie terre: de austro
est terra dicti Pauli, de quirina est terra dicti Petri, de borea est terra
commissarie dicte Stane et de trauersa est carssus; vigesima quarta pecia
terre, que est in draga, est pro indiuiso cum commissaria dicte Stane
et cum commissaria dicti Zoyli et partim cum dicto Petro; in vigesimo
quinto loco sunt derri, videlicet vinee in Tila^ate,[1] que sunt pro indi-
viso cum dicto Petro et cum commissaria dicti Zoyli. Item unus derrus,
cui de borea, austro et quirina sunt derri dicte commissarie Zoyli et de
trauersa est boscus; item vnus derrus, cui de trauersa est boscus et de
aliis tribus partibus possidet commissaria dicte Stane; item derrus vnus,
cui de borea et de austro possidet eommissaria dicte Stane et de qui-
rina sunt terratici dicti Petri partim et partim dicte commissarie Zoyli et
'de trauersa est boscus; item derrus vnus, cui de bora(l) et austro sunt
derri commissarie dicte Stane et de quirina sunt derri dicti Petri partim
1 et partim dicte commissarie Zoyli; item unus derrus quintus, cui de
austro sunt derri dicte commissarie Zoyli, de borea commissarie dicte
Stane, de quirina terratici dicti Petri et partim terratici commissarie dicti
Zoyli et de trauersa est boscus; item vnus derrus sextus, cui de borea
et austro sunt derri commissarie dicte Stane et de quirina sunt derri
dicte commissarie Zovli de trauerssa boscus; item vnus derrus septimus,

[1] Interlaxate(?).

cui de quirina et de austro possidet commissaria dicte Stane, de borea possidet dictus Petrus partim et partim possidet supradicta commissaria Zoyli. Qui omnes derri et vinee siue terre predicte laboratorie, quas possident dicta commissaria Zoyli et dictus Petrus, omnes predicte videlicet vinee et derri sunt pro indiuiso cum dicto Petro et cum dicta commissaria Zoyli. Item vna pecia siue plassa terraticorum pro indiuiso cum dicto Petro et cum commissaria dicti Zoyli, cui de austro sunt terratici ser Douani de Zigalis, de borea eommissarie dicte Stane et de quirina et trauerssa commissaria dicte Stane; item secunda pecia terraticorum similiter pro indiuiso, ut suprascriptum est, cui de quirina sunt terratici commissarie dicte Stane, de austro est boscus dicti Douani, de trauerssa commissarie dicte Stane et de borea simiiiter dicte Stane; item tercia pecia terraticorum similiter pro indiuiso, ut suprascriptum est, cui de austro et borea possidet comrnissaria dicte Stane, de quirina est boscus dicti Petri et dicte commissarie Zoyli, de trauersa dicte commissarie Zovli et dicti Petri possessio; item auarta pecia terraticorum, cui de quirina et de trauerssa possidet commissaria dicte Stane, de borea et de austro possidet commissaria dicti Zoyli et dictus Petrus; item quarta pecia terraticorum, cui de austro et borea possidet commissaria dicte Stane, de quirina est boscus et de trauersa sunt derri dicti Petri et supradicte commissarie Zoyli; item sexta pecia terraticorum, cui de austro et de quirina et boscus siue nemus, de trauersa possidet supradicta commissaria Zoyli et dictus Petrus et de borea similiter possidet dicta commissaria Zoyli et dictus Petrus; item septima pecia terraticorum, cui de borea et de trauersa possidet commissaria dicte Stane, de quirina est boscus et de austro possidet dicta commissaria Zoyli et partim dictus Petrus; item octaua pecia terraticorum, cui de borea et de trauersa sunt terratici commissarie dicte Stane, de aust'ro commissarie dicti Zoyli et dicti Petri possessio et de quirina est boscus; item nona pecia terraticorum, cui de borea possidet commissaria dicte Stane, de austro similiter, de quirina possidet dicta commissaria ZoyIi et de trauerssa possidet dicta commissaria Zoyli et dictus Petrus; item decima pecia terraticorum, cui de borea possidet domina Pria uxor Nanini, de austro et de quirina commissaria dicte Stane et de trauersa est boscus seu nemus. Et h[ec] ad peticionem et instanciam ser Grisogoni olim Damiani de Begna et domine Nicolote relicte Andree Guide de Grubogna, comissariorum dicti olim Zoyli de Butouano, pro imminenti causa et negocio et pro euidenti debito legato per ipsum Zoylum in suo ultimo testamento volencium exequi tenore dicti testamenti et adimplere voluntatem ultimam dicti olim Zoyli in suo testamento contractam, videlicet: quod sua bona vendantur et pecunia precii ex ipsis bonis

vendendis detur monasterio sancte Marie monialium Jadre et monialium sancti Nicolai et monialium sancti Demetrii et aliis sicut in dicto suo testamento plenius continetur. «Propter quod iste incantus procedit virtute et forma statuti Jadrensis posita in tertio libro voluminis statuti sub rubrica: »De rebus et possessionibus vendendis ad incantum«, capitulo, quod incipit: »hoc consultissimo« *etc.* — predicti domini rectores habito predictos commissarios predicti condam Zoyli de Butouano vigore dicte commissarie fore in possessione dictarum vinearum, terrarum, derrorum et possessionum omnium suprascriptarum in dicta cedula descriptarum et cognito per ipsos dominos rectores possessiones predictas peti per dictos commissarios condam Zoyli predicti incantari pro causa legitima. scilicet pro exequendo et adimplendo testamentum et ultimam voluntatem condam Zoyli predicti iuxta formam statuti de rebus et possessionibus vendendis ad incantum capitulo: »'hoc consultissimo« et cetera atque primo guarentatis domino Johanni de Varicassi partim, partim domino Johanni de Detrico ac partim domino Mapheo de Matafaris. . . . . .post alterum rectoribus Jadre per connnatores predictos confinibus supradictis, quibus dicta guarentacio dictorum coniinium per alios rectores eorum colegas commissa fuerat et reperto possessionem suprascriptam prout supradcscribitur confinatam comiserunt mihi ministeriali prescripto, ut ipsas possessiones siue pecias terrarum, vinearum et derrorum, prout et secundum quod in dicta cedula incantus, cuius tenor superius est insertus, continetur, incantare et delivrare debeam iuxta formam statuti de rebus et possessionibus vendendis ad incantum capitulo: »Sane quia possessio« etc. Quorum mandata fldeliter exequens ipsas possessiones predictas per vnum mensem completum et ultra per plateam Jadrensem et alia loca solita publica incanta[ui] modo [et] horis debitis in eodem statuto[1] nominatis et expressis atque bis in generali conscilio denunciaui preconia uoce dicens, quod dicte vinee, terre, derri et possessiones predicte deliurarentur per incantum plus offerenti et danti cedulam incantus predictam in manibus publice defferendo. Cumque prenotificato per me, quod die predicta deliurarentur possessiones predicte, nemo eorum se opposuisset incantui neque deliuracioni nu11usque comparuisset, qui de ipsis possessionibus predictis se plus daturum offeret ser Stephano condam Miche de Soppe, ciue Jadrensi, qui nomine et vice Millesse Calebonich de insula Melada et de propriis, domini ipsius Millesse obtulit se daturum libras miile quandringentas(J) et vndecim denarios paruos, tandem de mandato nobilium et sapientium virorum dominorum Volcine de Ginano, Johannis

[1] Dva put statuto.

de Sloradis et Miche de Rosa, honorabilium rectorum ciuitatis Jadere, dictas terras, vineas, derros et possessiones suprascriptas cum omnibus earum iuribus et pertinenciis eidem ser Stephano ementi et recipienti nomine Millesse predicti et eius heredum et successorum per incantum dedi et deliuraui die dominico, nono mensis nouembris predicti ad habendum, tenendum, possidendum et quidquid ser Millesse eiusque heredibus et successoribus de cetero placuerit perpetuo faciendum tamque de re sua sine contradicione cuiuscumque et quidquid recipienti rem aliquam ad incantum ex forma supradicti statuti: »Sane quia possessio« etc, fieri permittitur, cum omnibus et singulis iuribus, adiacenciis et pertinenciis, possessionibus predictis et cuilibet earum Spectantibus et pertinentibus quoquo modo; pro precio et precii nomine librarum mille quadringentarum et vndecim denariorum paruorum, De quibus denariis et precio ego Egidius preco et ministerialis predictus pro dicti . . . incantus mea satisffacione habui et recepi perperum vnum residuum vero dicte quantitatis pecunie habuerunt et receperunt commissarii supradicti condam Zoyli, prout ipsi contenti et confessi fuerunt.. Quem quidem ser Stephanum emptorem prefatum nomine quo supra, dominus Volcina rector predictus de possessionibus terrarum, vinearum, derrorum et possessionum predictarum cum baculo, quem tenebat in manibus, inuestiuit ut moris est. In quorum omnium fidem et euidenciam pleniorem mandauerunt ipsi domini rectores ad ipsius emptoris cautellam fieri hoc breuiarii incantus publicum instriimentum. Actum sub' lobia magna Jadre, presens (!) ser Nicola Galello et ser Grisogonus condam Nicolai de Nassis, ciuibus Jadrensibus, testibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Volcina de Ginano, rector Jadrensis manum misi.

(Drugi rukopis).

Ego Johannes condam Barti de Sloradis rector Jadrensis.

(Drugi rukopis).

Ego Micha de Rossa, rector Jadre manum missi.

Ego Ismardus(l) condam Romanati de Romanato ciuis Paduanus, publicus imperiali auctoritate notarius et. Jadrensis iuratus, rogatus scripsi.

(Signttm noU)

Original na pergamem u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.

350.

1365. 10. novembra. U Senju. (Segnie).

Samostan franjevački iznajmljuje Pavlu sinu Baldovom folovicu neke kuće uz običajne uvjete.

Hoc est exemplum cuiusdam note reperte in quaternio communis Segnie scripte manu olim Michini notarii. Cuius auidem note tenor per omnia talis est, nil addito aut diminuto, nisi fuerit punctum vel svlaba :

In dei nomine amen.

Anno domini a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, indictione tercia, die decimo mensis nouembris; temporibus equidem domini Ludouici, dei gracia serenissimi regis Ungarie; venerabilisque patris domini fratris Porthive, eadem gracia episcopi Segnienis; magniricorurnque virorum dominorum Stepham et Johannis Vegle, Modruse, Gezche ac Vinodolli comitum ac ciuitatis Segnie dominorum generalium, nobilis militis domini Andree vicarii Segnie, Phylippi filii iudicis Jacobi de Raduco, Moysis filii iudicis Bartholi et Jacobi condam iudicis Phyiippi, iudicum ciuitatis predicte.

Actum in ciuitate Segnie, in ecclesia sancti Francisci prope altare sancti Marci, presentibus Marino condam Desse de Tragurio, Nicolao Cuniz de Sagrabia, Nicolao fllio Jacobi Peilencouiz, Philippo condam episcopi et alliis testibus, ad hec vocatis, habitis et rogatis.

Ibique discreti viri ser Beneuenutus et Jacobus condam iudicis Vidi, olim iudicis Segnie, atque magister Bartholomeus condam Thomassi cancellarii de Mutina, sindici et procuratores, ut asserebant, conuentus et monasterii sancti Francisci, intendentes circa utilitatem monasterii prouidere ac de uoluntate, conscilio, consensu et assensu fratris Duimy, guardiani dicti loci ac fratris Johannis de Parentio loco, vice et nomine dicti loci per dictos fratres et eorum successores, qui pro tempore fuerint in dicto officio, dederunt, concesserunt et transtulerunt et locauerunt Paulino fiiio condam Baldi de Veneciis, habttatori Segnie, pro se suisque heredibus, posteris et successoribus et cui cedere voluerit ius suum stipulatum proprio et imperpetuum, saluo iure census dicto conuentui, medietatem unius domus cum balladurio exteriori, que fuit olim dicti Baidi condam patris ipsius Paulini, infra hos confines, videlicet: est[1] simui et semel cum domo dicti Paulini, ab atio vero latere adheret domui Zaniny condam Luce Zanis de Veneciis, a tercio latere

[1] Očito je nešto izostavljeno.

a parte interiori est via publica; a quarto latere est domus iudicis Bartholi condam iudicis Moysis vel iuxta allios, si qui sunt veriores confines, — ad habendum, tenendum et superhedificandum, gaudendum, possidendum, obligandum, dandum, donandum, permutandum, vendendum, alienandum, pro anima et corpore iudicandum et quicquid dicto Paulino et suis heredibus vel cui alii contulerit dictum ius et dictam medietatem domus et balladurii deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum ingressibus et egressibus suis in viam publicam et cum omnibus et singulis suis pertinenciis, eoherenciis, adherenciis, proprietatibus, vtilitatibus suis et quolibet iure suo ad dictam mediam domum et balladurium spectantibus uel pertinentibus quomodo(1). Promittentes insuper dicti sindici et procuratores pro se ipsis suisque successoribus ac vice et nomine dicti conuentus et pro ipso conuentu dicto Paulino pro se et suis heredibus uel cui cesserit ius suum in dicta media domo et balladurio ei uel eius heredibus, posteris uel successoribus uel cui commiserit litem, questionem, controuersiam uel molestiam aliquam non inferre, nec inferenti consentire, set ipsam mediam domum cum balladurio ei et suis heredibus et conductoribus eiusdem ab omni et quolibet homine, persona et vniuersitate in iudicio et extra legittime deffendere, disscalumpniare et insolidum dissbrigare dicti monasterii et conuentus propriis sumptibus et expensis"; et dictam locacionem, obligacionem, allienationem et omnia et singula suprascripta et infrascripta perpetuo firma et rata habere et tenere, attendere et obseruare et contra non facere uel venire per se uel alium, aliqua racione, causa uel ingenio, de iure uel de facto; et hoc ideo, quia dictus Paulinus per se suosque heredes, posteros et successores aut* cesserit dictum ius solempni stipulacione et sine aliqua exceptione iuris aut facti promisit dare et soluere dicto conventui vel guardiano, qui pro tempore fuerit, aut eorum vicem gerenti omni anno in festo sancti Martini pro censu, affictu et pensione dicte medie domus et balladurio ducatos quatuor de auro bono et iusto pondere; nec liceat tamen dicto Paulino vel suis heredibus vel successoribus vel cui cederet ius suum dare, cedere, allienare, vendere vel locare dictam mediam domum cum balladurio alicui domino, potenti, monasterio vel alicui, qui ius affictus et census dictorum fratrum Minorum in aliquo minuatur, — videlicet in festo sancti Martini annuatim, ut dictum est, quatuor ducatos de auro bono et iusto pondere.

Et si forte elapso uno anno dictus Paulinus vel sui heredes non facerent solutionem, ut promisit, tunc dicta media domus cum balla-

[1] Očito manika cui.

durio et suis pertinenciis debeat dicto monasterio et conuentui libere deuenire et dictus Paulinus perdat iura sua.

Que quidem omnia et singula pars parti insimul et ad inuicem attendere et obseruare promiserunt, sub pena dupli tocius rei petite vel eius, de quo foret deffectus; et reffectione omnium dampnorum et expensarum et interesse litis et extra; et sub obligatione omnium suorum bonorum rnobiiium et inmobilium, presentium et futurorum, cuius quidem pars media curie, coram qua questio fieret de premissis, et altera media pars deueniat predicta observanti a parte non obseruante deueniat, — qua pena comjssa, soluta uel non, rata et firma maneant omnia et singula suprascripta et in hoc contractu contenta.

(Drugi rukopis).

Ego Beneuenutus, vicecomes Segnie, examinator manum misi.

Ego Nicolaus condam Dominici de Vegla, imperiali auctoritate notarius et nunc communis Segnie scriba iuratus, predicta omnia et singula, sicut in predicta nota reperi sic ex mandato et licentia nobilis militis domini Thome, vicarii Segnie fideliter exemplaui, nil addito vel diminuto, quod sensum mutet aut variet intellectum, nisi fuerit punctum aut silla[ba] et demum vnam(!) cum originali ex. . . . . .et quia utrumque concordare inueni, ideo me subscripsi et meo solito et consueto signo cbrroboraui, sub M°. CCC°. LXXX. nono, indictione decima, die quinto mensis aprilis.

Originalni notarski prijefris od god. 1389. o. *aprila u arkivu samostana u Trsatu no. 10. E.*

351.

1365. 19. novembra. (C Spljetu)/

Splječani na zapovjed kraljevu daju Karlu Dračkomu zajam od 200 dukata.

Regi petenti, quod mutuentur danarii Carolo duci Dirrachii restituendi de camera salis et honoretur tanquam eius filius et consanguineus, Fit imprestitum ducatorum 200 auri.

Lucio Nćte chronologiche. Bullettino 1881. p% 120%

352.

1365. 4. decembra. U Spljetu. (Spaleto).

'Protokol i eshatokol kupoprodajne isprave, u kojoj je prodavaocem opat samostana sv. Nikole na Visu.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, indictione^ III.; regnante excellentissimo principe et. domino nostro domino Lodouicho, dei gracia Hungarie rege; tempore quidem reuerendi patris domini Vgolini, eadem gracia archiepiscopi Spalatensis, egregii et potentis domini Johannis de Griso . . • , honorabilis comitis Spaleti, ac nobilium virorum dominorum Petri Johannis, Zan . . . . Cipriani et Nicole Thomasii, iudicum ciuitatis predicte; die quarto decembris. Venerabilis vir dominus frater Georgius, abbas monasterii sancti Nicolay de Lissa et ecclesie sancti Siluestri de Spalato, nomine dicti monasterii et diete eccleste sancti Siluestri ac suorum successorum dedit, tradidit. . . . .

. . . . Actum Spaleto . . . . presentibus ser Madio Alberti et magistro . . . . Angelo sartore . . . de Jadra, habitatore Spaleti, testibus et presente ser Paulo B , . . . consilliario et examinatore.

f Ego Paulus. . . . . [manum] misi.

(Signum not.)

Ego Siluester filius condam domini Beni de Coneglano. puplicus imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus Spaleti, rogatus scripsi et puplicaui.

Original na pergameni u kaptoL arkivu biskupije u Hvaru. Listina jć gotovo uništena taninom.

353.

1365. 11. decembra.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđuje Stjepanu, biskupu zagrebačkomu, darovnicu o posjedima Andrije i Ivana de Ebergouch, učinjenu god. 2363. 2j. augusta.

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et

honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Solet a principe confirmari, quod rite postulatur, quia sicut iuris est occupata indebite ad statum debitum renecare \ sic est equitati consonum obtenta legitime regio patrocinio eommuniri. Proinde. ad uniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod venerabilis in Christo pater dominus Stephanus, eadem et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis regnique Sclauonie vicarius generalis, fidelis noster et dilectus, suo, nec non magistri Johannis filii Laurencii comitis de Zana et de Orbaz, fratris sui vterini vice et nomine, nostre serenitatis adiens conspectum exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes anuleo sigillo nostro consignatas super collacione et donacione vniuersarum possessionum et possessionariarum porcionum Andree et Johannis de Ebergouch, publicorum malefactorum, per nostram maiestatem ipsis facta emanatas tenoris subsequendis (!); supplicans vero culmini regio humiliter et deuote, vt easdem ratas, gratas et acceptas habendo pro eodem ac dicto magistro Johanne eiusque heredibus nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum tenor talis est: *(Slijedi darovnica istoga kralja od 27. augusta 1363.).* Nos itaque iustis et iuri consonis ipsius domini episcopi Zagrabiensis supplicacionibus regia benignitate exauditis fauorabiliter et admissis pretactas litteras nostras patentes omni vicio et suspicione carentes presentibus de uerbo ad uerbum insertas, quoad omnes ipsarum continencias et clausulas acceptamus, approbamus, ratificamus easdemque recordatis laudabilibus et fidelissimis ipsius domini episcopi seruiciis et placibilibus famulatibus nostre celsitudini multifarie rnultisque modis latis et temporibus sumpme necessariis per eundem ac dictum magistrum Johannem exhibitis et inpensis simul cum premissa nostra primaria collacione, in earum tenore contenta et expressa, innouamus et perpetuo ualituras confirmamus presentis priuilegii nostri patrocinio mediante, saluo semper iure alieno, In cuius confirmacionis nostre testimonium perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras priuilegiaies pendentis et auttentici sigilli nostri noui dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai, archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fldelis nostri, anno domini M° CCC°-LX° quinto, tertio Idus mensis decembris, regni nostri anno vigesimo quarto. Venerabilibus in Christo patribus et dominis: eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Wgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Elya Ragusiensi, archiepiscopis; Demetrio Waradiensi, Dominico Transil-

[1] Mjesto; reuocare.

uano, Colomano Jauriensi, Ladislao Wesprirniensi, eodem Stephano Zagrabiensi, Villermo Quinqueecclesiensi, Johanne Vacvensi, Michaele Agriensi, Dominico Chanadiensi, Petro Boznensi, fratre Stephano Nitriensi, Demetrio Syrmiensi, Nicolao Traguriensi, Demetrio Nonensi, Stephano Farensi, Valentino Macarensi, Matheo Sibinicensi, Mychaele Scardonensi et Portiua Senniensi, ecclesiarum 'episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Tininiensi et Corbauiensi sedibus vacantibus; magnificis viris Nicolao Kont palatino, Dyonisio woyuoda Transiluano, comite Stephano iudice curie nostre, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Nicolao de Gara de Machou banis, Petro pincernarum, Paulo dapiferorum, Johanne ianitorum et Emerico agazonum nostrorum magistris ac magistro Ladislao comite Posoniensi, aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Na leđima mlađa bilješka;

Confirmationales donationalium super possessionibus Ebergoues et Daagh pro Stephano de Zana et de Orbaz episcopo Zagrabiensi et fratre suo in anno 1365. facta.

(Drugom rukom:)

N. B. Stephanus episcopus fuit de genere Canisiorum, quod ex . . . . dicitoriis clarissimis deducitur, qui fuit etiam comes de dominiis Zana ac de Orbaz nuncupatis.

Original na pergameni, vrvca oa Ijubicastih i bijelih svilenih niti sacuvana, pečat izgubljen.

U kr. ugar. dr&avnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 5233.

354.

1365. 17, decembra. (U Zagrebu).

Pred zagrebačkim kaptolom zalaže Ivan de Pribych, graotanu zagrebačkomu Kriianu sinu Marenovu i drugu fiolovicu svog fiosjeda Otok.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, quod Juan filius Stephani de Pribych ab vna, parte vero ab altera Crisan filius Maren, ciuis ciuitatis Grecensis in nostri presencia personaliter constituti, idem Juan dixit et confessus extitit ministerio viue vocis, quod ipse medietatem

cuiusdam possessionis sue Otok vocate in dicta Pribych habite, euius aliam medietatem predicto Crisan pro quadam certa pecunie quantitate, mediantibus aliis litteris prius exinde emanatis nosscitur fore obligasse, nunc eidem Crisan pro triginta florenis plene ab eodem sicut retulit habitas et receptas pignori obligasset, ymo coram nobis obligauit tali modo, quod ipse dictam medietatem possessionis antedicte ab eodem Crisan vsque reuolucionem decem annorum a die datarum presencium redimere non possit; elapsis vero predictis decem annis quandoćunque poterit ipse uel sui heredes predicta pecunie quantitate liberam habebunt redimendi facultatem, hoc adiecto, quod domos siue hedificia uel alias vtilitates, quas supradictus Crisan medio tempore in facie eiusdem medietatis suis expensis fecerit tempore redempcionis ipšius medietatis omnium expensarum premissarum eidem Crisan dare et soluere tenebitur et debebit; si autem ea idem Juan redimere et soluere non curaret sepefatus Crisan medietatem hedificiorum predictorum liberam quocunque voluerit transferendi habebit facultatem. In cuius rei testimonio presentes duximus concedendas. Datum feria quarta proxtma ante estum beati Thome apostoli, anno domini M°. CCC°.LX°. quinto.

Original na pergameni u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.750. — Siara sign.: N. R. A. fasc. 1540. no. 10. Na hrptu listine bijaše pritisnut pečai.

355.

1365. 18. decembra. Bologna. (Bononie).

Kardinal Andruin, poslanik ftapin za Dalmaciju i Lombardiju, nalaže nadbiskupu zadarskom i njegovim sufraganima, da mu plate prokuraciju za treću godinu poslanstva.

Andruinus miseratione diuina tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, venerabilibus in Christo patribus . . . * archiepiscopo Jadrensi et . . . Arbensi . . . Absarensi et . . . Veglensi episcopis et dilectis in domino eorum vicariis locatenentibus seu vicesgerentibus salutem in domino. Habentes adhuc in Lombardie ac aliis prouinciis et partibus de quibus ciuitates et dioceses nostre consistunt imposite nobis legacionis officium exercere, uos et vestrum quemlibet auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa presencium tenore monemus ac uobis sub excomunicacionis et aliis sentenciis infrascriptis

[1] Ove točke su'u samom tekstu mjesto imena.

districte precipiendo mandamus, quatenus singuli uestrum in sua videlicet ciuitate et diocesi procuraciones solitas apostolice sedis legatis de latere assignari et solui nobis per vos et vestrum clerum ac vniuersos et singulos clericos ac personas ecclesiasticas, exemptas et non exemptas dictarum vestrarum ciuitatum et diocesium debitas pro instanti tercio anno nostre legacionis, qui die tercia mensis ianuarii proxime futuri inchoabit, intra sexaginta dierum terminum a presentacione presencium nobis facienda in antea computandorum; quorum dierum viginti pro primo, viginti pro secundo ac reliquos viginti pro tercio ac perhemptorio termino ac monicione canonica vobis et vestrum cuilibet assignamus, dilecto in Christo Johanni, abbati monasterii sancti Grisogoni Jadrensis, in illis partibus existenti realiter et in numerata bonorum ducatorum summa persoluere et de illis satisfacere studeatis. Quod si infra dictum terminum de dictis procuracionibus nobis debitis non satisfeceritis ut prefertur, uobis et vestrum cuilibet ex nunc prout ex tunc dicto elapso termino ingressum ecclesie interdicimus; et si interdictum huiusmodi per sex dies dictos sexaginta immediate sequentes substinueritis procuraciones huiusmodi non soluendo vos et vestrum quemlibet suspendimus a diuinis; quod si interdictum et suspensionem huiusmodi per alios sex dies ex tunc immediate sequentes, quod absit, duxeritis(!) tolleranda in vos et vestrum quemlibet, qui in solucione dictarum nostrarum procurationum defecerit, ex nunc prout ex tunc in hiis scriptis excomunicacionis sentenciam promulgamus uestrasque ecclesias ecclesiastico subicimus interdicto. Ceterum ut de dictis procuracionibus eo nobis commodius satisfacere valeatis, quo maiori fueritis potestate muniti, vobis et cuilibet vestrum in sua videlicet ciuitate et diocesi ab omnibus et singulis prelatis, clericis et personis ecclesiasticis exemptis et non exemptis, qui in procuracionibus huiusmodi contribuere consueuerunt et debent procuraciones easdem pro rata ipsorum quemiibet contingente, quam eis duxeritis imponendam, exigendi et infra certum terminum, quem eis ad hoc duxeritis statuendum, recipiendi ipsosque ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam et sequestracionem reddituum et prouentuum beneficiorum suorum appelacione postposita compescendi plenam concedimus auctoritate prefata presencium tenore potestatem; inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Nos enim in omnes et singulos, qui in terminis per nos ut premittitur statuendis eisdem in huiusmodi procuracionum nostrarum solucione pro rata ipsos contingente defecerint, ex nunc prout ex tunc trina canonica monieione premissa in hiis scriptis excommunicacionis sentenciam promulgamus eorumque ecclesias, monasteria atque loca ecclesiastico subicimus interdicto, absolucionem omnium et singulorum, qui prefatas nostras sentencias incurre-

[rint]. . . . . .ntum. . . . .[reser]uantes. Volumus autem, quod presentes nostras litteras seu processum cum alterius uestrum fuerint presentate, illarum copia, si illam habere volueritis, vestris sumptibus et expensis recepta nuncio nostro latori ipsarum restituere procuretis, ut singulis uestrum valeant presentari, de quorum presentacione relacioni dicti nuncii aut publico instrumento inde confecto dabimus plenam fidem, quodque eidem nostro nuncio diebus singulis, quibus pro illarum presentacione per ciuitates et dioceses uestras transiuerit uel moram traxerit de quatuor grossis argenti, quorum duodecim valeant vnum florenum pro suis expensis satisfacere studeatis; a quo quidem nostro nuncio, ut vltra dictos quatuor grossos a vobis recipere non presumat, debitum recepimus ad sancta dei euangelia iuramentum. In quorum testimonium presentes litteras seu presentem processum scribi fecimus et nostri sigilli appensione muniri. Datum Bononie, XV. kalendas ianuarii, pontificatus domini nostri domini Vrbani pape V. anno quarto.

Original na pergameni u gubern. arkivu u Zadru, odio samosiana sv. Krševana kaps. XVI. no. 361.

Na listini vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat.

Na zavoju: De curia Jo[hannes] Grenono.

356.

1365. 18. đecembra. U Kozari. (Kozara).

Pred Bokouchem županom sanskim i sucima sanskima prodaju sinovi Golubovi sinovima Lukinima iz OreŠ/a neka svo/u baštinu sa mlinom u Orešju uz običajne uvjete.

Nos magister Bokouch, comes de Zana et castellanus castrorum Kozara et Greben, ac Wcholen filius Lucasii, et Johannes filius Galesa, iudices nobilium comitatus eiusdem, memorie commendamus, quod Hranizlau, Scanech et Martinus, filii Golub de Oresia ab una, parte vero ex altera Dragos, Wlkcyn, Farkasius et Stephan, filii Lucasii de eadem, coram nobis personaliter constituti, iidem Hranyzlau, Scanech et Martinus confessi extiterunt ministerio vive vocis, quod ipsi cuiusdam medietatem (!) fundi unius molendini, quam medietatem usque nunc haberent indivisionabiliter cum eisdem, et unam particulam terre in eodem Oresia habitam, ipsos hereditario iure contingentes, pro quatuor marcis bonorum denariorum plene ab eisdem receptis ut dixisse sunt confessi, vendidisse, tradidisse et assignasse, ymo

vendiderunt, tradiderunt et assignaverunt corarn nobis predictis Dragos, Wlkcyn, Farkasio et Stephano, eidem et suis heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam pariter et habendarn. Cuius particule terre mete hoc ordine distinguntur: prirna enim meta incipit ab arbore nucis a septemtrione a terris seu metis Rados filii Mark, vadit recte ad aliam arborem, nucis, infra prope viam publicam, et vadit recte ad occidentem ad terras seu metas Damvani filii Georgii et Radozlavi filii Petri, et de eisdem terris seu metis vadit recte supra ad metam seu terram Stephani filii Egidii, et deinde vadit recte ad primam metam. Et ad hoc sunt pristaldi deputati, videlicet Mylogozth filius Gerdonich et Rados filius Mark. Assumpmentes iidem Hranislav, Scanech et Martinus eosdem filios Lucasii omnibus laboribus ipsorum contra quoslibet expedire. In cuius rei memoriam presentes litteras nostras duximus concedendas. Datum in eadem Kozara, feria quinta proxima ante festum beati Thome apostoli, anno domini M° CCC° LX° quinto.

Thalloczj-Horvath AIso' Szlavoniai okmdnytdr no. 52. p. 83.^—84,

357.

1366. 1. januara. U Visegradu. (In Wissegrad).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrduje na molbu Ivana zvanog Treutul listinu kaptola budimskog od god. iJ3g- 27. j'ula. (Cod dipL X. p. 477*)-*

Communis iusticia regni.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis memorie commendantes, quod magister Johannes dictus Treutul, auie nostre miles dilectus et fidelis, serenitatis nostre adiens conspectum exhibuit nobis quasdam litteras clausas capituli Budensis rescripcionales auondam domino Karolo regi Hungarie, patri nostro karissimo felicis memorie, dfirectas] super metarum ereccione et renouacione possessionum suarum Nywna, Zelvche et Sunisnicha vocatarum in comitatu de VValko existencium legitime facta tenoris subsequentis; supplicans culmini nostro regio humiliter et deuote, vt easdem nostris litteris patentibus transscribi et transsumpmi apposicioneque sigilli nostri noui pro ipso et fratribus suis ac eorum posteris confirmari facere dignaremur vberiorem rei ad cautelarn. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola budimskog od g. 1339. 27. jula).* Nos

itaque attendentes supplicacionem ipsius magistri Johannis iustam iurique consonam et admissioni dignam pretactas litteras dicti capituli Budensis presentibus de verbo ad verbum transscribi et transsumpmi faciendo eatenus, quatenus eedem rite et racionabiliter existunt emanate et prout earum vires veritate subnixe sunt pro ipso magistro Johanne et fratribus suis eorumque heredibus sigilli nostri noui apposicione perpetuo vallituras confirmamus, saluis tamen iuribus alienis. Datum in Wisseg[ra]d, in die strennarum, anno domini MCCC° sexagesimo sexto.

Original na pergameni u kr. ugar. dršazmom arkivu u Budimpešti : M. 0. D. L. no. 3236. — Stara sign. N. R. A. fasc. 251. no. 23,

Na hrptu vidi se trag velikog okruglog pečata pritisnuta. Pod njim : Communis iusticia regni.

358.

1366. 2. januara. U Višegradu. (In Visegrad).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvršuje Đuri Zudoru i njegovoj braći posjed Barnoch i sve ostale posjede, što bi ih možda kupili, te im ove posjede daruje nova donatione.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod magister Georgius Zudor, aule nostre miles dilectus nobis et fidelis, nostre serenitatis adienš conspectum suis fidelitatibus et seruiciis nobis per ipsum exhibitis et inpensis a nostra humiliter peciit maiestate, quod quia ipse quandam possessionem Barnoch uocatam in comitatu Zagrabiensi existentem titulo empcionis possideret, ideo nos uendicioni et empcioni huiusmodi possessionis sue ac eciam aliarum, quas emere posset in futurum, nostrum regium consensum et assensum prebendo, eandem Barnoch et alias possessiones per ipsum emendas uel precto conparandas pro ipso, item magistris Petro, Stephano, Mychaele, Simone, Johanne et Emerico, fratribus suis, dignaremur confirmare. Nos itaque propositis fidelitatibus et seruiciorum preclaris meritis ipsius magistri Georgii nobis per ipsum locis et temporibus oportunis cum sumpme diligencie studio exhibitis et inpensis, recensitis et in memoriam nostre celsitudinis reductis, premissa sua supplicacione exaudita fauorabiliter et admissa, pretacte vendicioni et empcioni ipsius possessionis Barnoch nominate, ac aliarum quarumlibet possesslonum conparandarum in posterum, rite et legitime facte uel fiende, nostrum consensum beniuolum prebentes et assensum, prenota-

tam possessionem Barnoch et alias quaslibet possessiones suas in Sclauonia iusto empcionis titulo conparare poterunt in futurum, in quantum in nobis est et secundum quod de iure facere possurnus uel debemus omne ius nostrum regium, si quod nos iustis causis et titulis conpetit in eisdem, uel nos de iure tangere potest cum omnibus earundem iuribus, vtilitatibus et vtilitatum quarumlibet integritatibus et pertinenciis vniuersis eidem magistro Georgio et per eum dictis suis fratribus ac eorum heredibus regia auctoritate confirmantes titulo nostre noue donacionis damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidere, tenere et habere, saluis iuribus alienis. Datum in Visegrad, feria sexta proxima post festum diei strennarum, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto.

Original na pergameni u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M O, D. L. no. 33:751. — Stara signat.: N. R. A. fasc. 1540. no. 26.*

Na hrptu bijaše pritisnut veliki pečat. Na tom mj'estu stoji: Relacio Demetrii episcopi Syrimiensis.

Tu povelju potvrdi kasnije god. 1366. 20. novembra kralj Ljudevit. M. 0. D. L. no. 35.749. — Stara signat: N. R. A. fac. 1540. no. 17.

359.

1366. 2. januara. U Višegradu. (In Wissegrad).

Ljudevit kralj ugarski t hrvatski nalaie kaptolu zagrebačkomu neka Ivanu i sinu njegovu za dani im posjed Kazniczu ne traže nove naplate.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis honorabilibus viris capitulo ecclesie Zagrabiensis, salutem et graciam. Veniens ad nostri presenciam fidelis noster familiaris Johannes, filius magistri Iwani, filii Iwani militis nostri, in sua et eiusdem patris sui personis nobis proposuit conquerendo, quod Iicet ipsi quandam possessionem Kaznicza vocatam a vobis teneant in feodum sub certis condicionibus et limitatis pecuniarum solucionibus in vestris exinde confectis litteris expressatis, ipsique huiusmodi limitatam pecuniariam solucionem expediverint hactenus temporibus oportunis, vos tamen nuper contra tenorem ipsarum literarum vestrarum taxacionem solucionis triginta quinque marcarum supra predictam possessionem imposuissetis in ipsorum preiudicium atque dampnum. Unde cum nos talia facere vobis nullo modo consenciamus, sed velimus, ut prenominati magister Iwanus et Johannes, filius

suus, dictam possessionem sub eisdem, quas heedem litere vestre continent, condicionibus teneant absque omni novitate. Igitur fidelitati vestre serio precipimus regio sub edicto, quatenus statim visis presentibus coram Stephano, filio Mikecz de Mezew, iudice nobilium sedis Zagrabiensis, homine nostro specialiter ad hoc deputato, taxacionem triginta quinque marcarum predictam a prefata possessione removeatis et sinatis eisdem magistro Iwano et filio suo supradictam possessionem secundum seriem litterarum vestrarum tenere pacifice et quiete, alioquin in termino, quem ipse homo noster vobis deputabit coram nobis ubicumque fuerimus compareatis et racionem de premissis efficacem reddituri. Datum in Wissegrad, feria sexta proxima post festum circumcisionis domini, anno eiusdem MCCCLX sexto. Presentes autem apud predictos magistros Iwanum et filium suum semper volumus remanere uberiorem ad cautelam. Datum ubi et quando supra. *

Originat na pergameni. Pečat manjka. Iz ark. kapt. Act. Cap. Ant. fasc. 23. no, 9.

360.

1366. 12. januara. D Zadru. (Jadre).

Ivan opaf samostana sv. KrŠevana izdaje namiru nadbiskupu spljetskom Ugolinu na 40 dukata zlata> Što mu ih je platio u ime dvadesetipetine dužne papinskom poslaniku Andruinu za drugu godinu poslanstva.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo *tre~* centesimo sexagessimo sexto, indictione quarta, die duodecimo mensis ianuarii; tempore sanctissimi in Christo patris et domini domini Vrbani, diuina prouidentia pape quinti. Reuerendus pater dominus frater Johannes, dei et appostolice sedis gratia abbas monasterii sancti Grisogoni de Jadra, colector colecte reuerendissimi in Christo patris domini domini Andruyni, miseratione diuina titulli sancti Marcelli presbiteri cardinalis, apostolice sedis iegati in partibus Lombardie et Dalmatie etc, confessus fuit et contentus se a reuerendo uiro domino Buzardo Jacobi de Ipra, canonico Spalatensj, dante et soluente uice et nomine reuerendi in Christo patris domini domini Ugolini, dei et apostolice sedis gratia Spalatensis archiepiscopi, et de ipsius domini archiepiscopi propria pecunia, habuis^se et recepisse quadraginta ducatos seu florenos auri in auro bonos, legales et iusti ponderis pro paga pro uigessima quinta secundi

anni legationis dicti domini legatL Unde prefatus dominus abbas, colector predictus, fecit nomine sui officii eidem domino Buzardo uice et nomine dicti domini Spalatensis archiepiscopi stipulanti et recipienti plenam et irreuocabilem securitatem, finem et pactum de ulterius dictam
* quantitatem florenorum seu ducatorum auri uigessime quinte secundi anni sue legationis dicte collecte non petendo. Rogans me notarium infrascriptum, ut de predictis omnibus et singulis ad dicti domini Spalatensis archiepiscopi cautelam publicum conficerem instrumentum. Actum est hoc in ciuitate Jadre, in camera supradicti domini abbatis monasterii sancti Grisogoni, presentibus domino fratre Nicolao, abbate monasterii sancte Marie de Lacrumna Ragusine diocessis et domino fratre Andrea, abbate monasterii sancti Petri de Cellariis Acherontine diocessis. et fratre Ricardo, monaco supradicti monasterii sancti Grisogoni, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Signum not.J.

Ego Jacobus Bonacursi de Forlivio, imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui, et signum meum aposui consuetum et propria manu interlineaui in septima linea, ubi dicitur »Jacobi de Ipra, canonico Spalatensi«.

Original na pergameni % arkivu kaptola u Spljetu XVI. L 61.

361.

1366. 26. januara. (U Zagrebu).

Kaptol zagrebački prepisuje svojii listinu od 24. marta 1348. (Cod. dipl. XI p. 448.).

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presenciutn quibus expedit vniuersis, quod anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, feria secunda proxima post festum conuersionis sancti Pauli apostoli Laurencius filius Georgii dicti Tataar, familiaris nobilis viri magistri Nicolai dicti Thouth filii Gregorii de Zomzed, vice et nomine eiusdem magistri Nicolai dicti Thouth domini sui ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit et apportauit nobis quasdam litteras nostras petentes (!) tenoris infrascripti; petens nos cum instancia, vt tenorem earundem de uerbo ad uerbum transcribi et transsumpmi appensioneque nostri sigilli faceremus consignari. Cuius nos peticionihus vtpote iustis et congruis annuentes tenorem earundem de uerbo ad uerbum transcribi et appensione nostri sigilli fecimus consignari.

Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina istog kapiola od god, 1348, 24^ marta).*

Original na pergameni u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no 33.213. — Stara signatura: N. R, A. fasc. 441. no. 10.*
0 zelenoj svilenoj vrvci visi pečat.

362.

1366* 28. januara. U Višegradu. (In Wyssegrad).

Ladislav Tomin nemoguč namiriti Katarini Dominikovoj de Jakoud na njega otpadajući dio dužne joj djevojačke Četvrti, daruje joj u ime podmirenja ovog duga svoj' dio posjeda Keykes i polovicu svoj dij.ela na posjedu Jakoud.

Nos Nicolaus Konth regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus, quod Laurencius de Arky pro nobili domina Katherina vocata filia Domintci filii Bank cum litteris procuratoriis capituli ecdesie beati Irinei martiris iuxra continenciam litterarum dicti capituli sancti Irinei martiris citatoriarum in octauis festi beati Georgii martiris proxime preteritis in figura nostri iudicii comparendo contra Ladislaum filium Thome de Jakoud quasdam litteras nostras concordiales quarto die congregacionis nostre generalis vniuersitati(l) nobilium comitatus Syrimiensis feria secunda proxima ante festum natiuitatis beati Johannis Baptiste tunc de nouo preterita prope viliam Narad celebrata (!) emanatas nobis presentarat, continentes inter cetera, quod Ladislaus filius Petri de Arky pro nobili domina Katherina vocata filia Dominici de Jakoud cum Htteris procuratoriis capituli ecclesie de Kw in eadem congregacione nostra generali de medio aliorum consurgendo proposuit eo modo, quod ipsa domina Katherina de possessionariis porcionibus prescripti Dominici patris sui in eadem Jakoud, Bankouch et Dormanoch alio nomine Wyfalw vocatis. tunc circa Ladislaum filium Thome et Nicolaum filium Elve de eadem [akoudv habitis, nec non de aliis possessionariis porcionibus dicti Dominici patris sui in Kekus et Feuberek erga nobilem dominam Margaretha vocatam filiam Petri filii Bank relictam Thome de Twr et prefatum Ladislaum filium Thome existentibus, iure predictum Dominicum patrem ipsius domine tangentibus, dotem et res parafernales domine matris sue, consortis videlicet dicti Dominici, nec non quartam suam filialem ab eisdem Ladislao filio Thome et Nicolao filio Elye ac a domina Margaretha rehabere vellet iure et iusticia

mediante. Quo percepto memorati Ladislaus filius Thome, Nicelaus filius Elye et domina Margareta in nostra exurgendo presencia respondissent ex aduerso, quod ipsi dicta iura dotalicia et iura quartalia prescripte domine Katherine de prescriptis possessionariis porcionibus ipsius Dominici erga manus ipsorum habitis legitima estimacione mediante regni lege requirente prompti essent extradare et parati. Denique cum nos ad peticionem dicti Ladislai, procuratoris dicte domine Katherine, in persona eiusdem domine nobis porrectam vna cum Nicoiao filio Joob homine regio ac Ladislao sacerdote, capellano magistri Martini, rectoris ecclesie beati Nicolai confessoris de Alba, per honorabile capitulum ecclesie Albensis ad litteratorium edictum ad congregaciones nostras generales per totum regni ambit.um Hungarici celebrandas nobis dati in testimonium per ipsum destinato Stephanum filium Demetrii de Acha, hominem nostrum, ad ipsam possessionariam estimacionem previa racione faciendam transmisissemus, tandem iidem in congregacione nostra generali vniuersitatis nobilium comitatus Bachvensis feria secunda, videlicet in dicto festo natiuitatis beati Johannis Baptiste prepe ciuitatem Bachvensem celebrata, exinde ad nos reuersi presentibus anotatis Ladislao filio Petri pro predicta domina Katherina cum dictis litteris procuratoriis capituli de Kw, nec non altero Ladislao filio Thome et Nicolao filio Elye pro se personaliter et pro ipsa domina Margareta, eodem Nicolao filio Elye cum nostris litteris procuratoriis astantibus nobis consona voce retulissent, quod ipsi feria secunda, videlicet in dicto festo natiuitatis beati Johannis Baptiste, octauo die scilicet dicte congregacionis nostre Svrimiensis ad facies predictarum possessionum in superioribus nominatim contentarum vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis et eisdem Ladislao filio Petri in persona dicte domine Katherine et Nicolao filio Elye ac Ladislao filio Thome, pro ipsa vero domina Margareta eodem Nicolao filio Elye cum nostris litteris procuratoriis conparendo, presentibus, predictas porciones possessionarias ipsius Dominici in preallegatis possessionibus ipsum contingentes habitas iuxta iudiciariam nostram commissionem visuali consideracione prehabita, vt metiri potuisset vna cum aliis probis viris omni falsitate procui mota insimul et ad inuicem easdem possessiones in centum et septuaginta quatuor marcis iuxta regni consuetudinem estimassent Tandem cum nos hys auditis iuxta ipsam estimacionem possessionariam dictorum regis, capituli Albensis et nostri hominum nostre adiudicacionis forma requirente per eos modo premisso factam prefatis Ladislao filio Thome, Nicolao filio Elye et nobili domine Margareta vocate pretextu dictorum iurium dotaliciorum et quartalium per eos ipsi domine Katherine faciende terminum solucionis asignare voluissemus, ipse partes vt nobis

ibidem recitassent super premissis taliter concordassent, quod prefati Ladisiaus filius Thome, Nicolaus filius Elye, quiuis eorum per se et singillatim singulas viginti sex marcas, nec non predicta nobilis domina Margareta, relicta dicti Thome de Twr, tredecim marcas in tribus terminis infrascriptis: terciam partem videlicet premisse pecunie per eos modo premisso persoluere assumpte in octauis festi beati Mychaelis archangeli, ac aliam terciam partem dicte pecunie in octauis festi beati Andree apostoli, nec non residuam terciam partem prescripte pecunie in octauis festi purificacionis virginis gloriose tunc post sese consequeuter affuturis omnino, sine crastinacione, prefate domine Katherine preuia racione in curia regia nostri in presencia, regni consuetudine mediante soluere tenerentur ex integro, penam dupli incursuri, si quemcunque terminorum solucionalium predictorum obmitteret in soluendo. Ad que prefati Ladislaus filius Thome et Nicolaus filius EIye se personaliter ac predictam dominam Margaretam vocatam idem Nicolaus filius Elye cum nostris litteris procuratoriis sponte obligassent coram nobis. Ouarum exhibicionibus factis prefatus Laurencius de Arky in persona dicte nobilis domine Katherina vocate presente Dionisio filio Thome de Kemend, qui pro prefato Ladislao filio Thome de Takoud cum litteris procuratoriis dicti capituli ecclesie sancti Innei martiris astabat, anotatam pecuniam per prefatum Ladislaum filium Thome memorate domine Katherine iuxta nostram iudiciariam commissionem prenotatam in predictis terminis non persoluisse conprobando, super premissis iudicium et iusticiam per nos eidem domine dare postularat iure admittente. Quo percepto, quia prefatus Dionisius filius Thome pecuniam anotatam ac eiusdem duplum ipsum Ladislaum filium Thome domine antedicte non tunc ad presens, sed in termino vlteriori per nos sibi dando persoluere velle indicarat, pro eo nos vna cum regni nobilibus nobis in iudicio adherentibus, ipsis partibus id benigne acceptantibus commiseramus eo modo, vt prefatus Ladislaus filius Thome predictas viginti sex marcas ac terciam partem dupli earundem prescripte domine, nec non duas partes eiusdem dupli nobis in octauis festi epiphanie domini tunc proxime venturis nostri in presencia soluere teneretur ex integro. Ipsis itaque octauis festi epiphanie domini aduenientibus Ladislaus filius Petri pro ipsa nobili domina Katherina' vocata matre sua cum litteris procuratoriis capituli ecclesie sancti Irinei martiris ab vna, item anotatus Ladislaus filius Thome personaliter parte[1] ab altera ad nos - tram veniendo presenciam idem Ladislaus filius Thome proposuit et confessus extitit oraculo viue vocis, quod quia ipse premissas vigintt sex

[1] Dva put napisano. "H

marcas et terciam partem dupli earundem, quas pretextu dictorum iurium dotaliciorum et quartalium ipsi domine Katherine filie Dominici soluere deberet, propter suam inopiam et paupertatem in prompta pecunia soluere non valeret nec posset, ideo pro eisdem viginti sex marcis et tercie partis dupli earundem totam porcionem possessionariam suam in dicta possessione Keykes et medietatem alterius possessionarie porcionis sue in predicta possessione Jakoud in comitatu Syrimiensi existentibus habitas cum vniuersis suis vtilitatibus predicte nobili domine Katherine et per eam suis successoribus perpetuo et irreuocabiliter dedisset, tradidisset et assignasset, ymo dedit et assignauit coram nobis. E conuerso vero predictus Ladislaus filius Petri in persona predicte domine matris sue racione predictorum iurium dotaliciorum et auartalium eundem Ladislaum filium Thome vigore premissarum litterarum, procuratoriarum reddidisset et commisisset expeditum, ymo reddidit et commisit nostri in presencia. Datum in Wyssegrad, sedecimo die octauarum festi epiphanie domini predictarum, anno domini M°. CCC°. LX° sexto.

Original na pergameni u kr. ugar. drz. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33,611. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1510. no. 8. Na hrptu listine nalazi se nešto pritisnutog okruglog pečata,

363.

1366. 2. februara. U Zadru. (Jadre).

Krt&an Piligarius sin Radoslava očihtje, da je firimio od Radoslava Dragovanica 8j libara u ime miraza svoje lene Marije,

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, indictione quarta, die secundo mensis. februarii; regnante domino nostro domino Lodouico, dei gratia serenissimo rege Hungarie, temporibus equidem reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris, decretorum doctoris et archiepiscopi Jadrensis, atque magnifici et potentis domini domini Nicolay de.Zeech, regnorum Dalmatie et Croatie generalis bani et comitis ciuitatis Jadre. Crisanus Pili^arius fiiius condam Radoslaui per se suosque heredes et successores fuit contentus et confessus habuisse et recepisse a Radoslauo Dragouanich libras octuaginta septem denarios paruos in rebus uestibusque atque massaritiis, que tantum per bonos homines fuerunt e5itimate, et hoc nomine dotis ac pro dote, quam habere debuit cum Mara, fillia

condam Vladoy nepteque de Radoslaui et nunc uxore Crisani nominati, exceptionibus non habitis, non datis et non receptis ac omni alio iuris auxilio et fauore omnino renuntians, promittens dictus Crisanus per se suosaue heredes et sucessores dicte Mare sue uxori eiusaue heredibus et successoribus stipulanti dare et restituere dicfcas octuaginta septem libras paruorum in omni euentu restitutionis dotis nominate. Que quidem omnia et singula suprascripta et infrascripta promisit dictus Crisanus pro se suisque heredibus et successoribus solempniter sine aliqua exceptione iuris uel facti attendere et obseruare dicte Mare sue uxori eiusque heredibus et successoribus et dictam eius dotem conseruare et gubernare bene et eam dicte Mare siue suis heredibus et successoribus restituere et soluere, ut prefertur, in omnem euentum restitutionis dicte sue dotis, et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, per se uel alium siue alios, aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, sub pena quarti dictorum denariorum et reffectione omnium dampnorum et expensarum litis et extra, ac obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum; et pena soluta uel non, nichilominus presens instrumentum obligationis plenam obtineat firmitatem, omni causa remota nulloque pretermisso ostante. Actum Jadre, presentibus Vlatco sartore et Stefano condam Pribislaui, testibus ad hoc uocatis et rogatis et aliis,

(Drugi rukopis).

f Ego Benulus Nicolai Zalelli (!) iudex examinator manum misi.

Ego presbiter Helyas, canonicus Spalatensis, imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre, hiis omnibus interfui, rogatus scripsi puplicaui signoque meo consueto signaui.

(Signum notj

Original na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a, 1365,

364.

1366. 4. februara. (U Dubrovniku).

Oftčina duhrovačka šalje svoga foslanika banu bosanskom Tvrtku, neka ne prijeći slobode trgovanj'a dubrovačktm trgovcima i neka povrati otete im stvari; ujedno neka o istoj' stvari govori i sa drugim bosanskim velmožama.

MCCCLXVL, indictione IV., die IV. februarii. Exemplum seu registrum commissionis facte Pripce Ucolzich.

Nos Nifficus de Gallozo, rector Ragusii, cum paruo consilio ex autoritate nobis data a consilio rogatorum committimus tibi Pripce Ucolzich, noster ciuis de Ragusio, quod in nomine dei ire debeas ex parte nostra et tocius ciuitatis in Bossinam ad dominum banum Tuertchum, Volchichum suum fratrem et comitissam, ipsorum matrem, et facta ipsis salutacione cum recomendacione ex parte nostra et tocius terre, debeas eis presentare nostram literam credencie.

Et quando ipsi dabunt tibi audienciam et pulchriori et humilion modo, quo sciueris, debeas eis dicere: »Commune Ragusii cum illa fide et audacia, quas semper habuit de vestra dominacione et de tota Bosna, mittit libere suos mercatores ad vtendum per vestras contratas cum illa securitate sperando habere in vestro tenere per vestram bonitatem, quam habent proprie persone in eorum tenere Ragusii, pro antiquo amore et beniuolencia, quas dominatio Bosne et tota Bosna semper habuit erga Ragusium, et Ragusium erga dominium et totam terram Bosne. Nunc nouiter fuit facta querela communi Ragusii a suis mercatoribus, quod in vestro tenere eundo cum illa fide et securitate, cum quibus sunt assueti pro temporibus retroactis, in tali loco, et dices locum, tali et tali mercatori, dicendo mercatores, de taii vestro homine fuerunt ablata talia et talia, nominando res. De quo commune Ragusii miratur et rogat intime vestram dominacionem, quod placeat vobis facere restitui dictis mercatoribus eorum res, et quod ipsi et omnes alii mercatores cum ipsorum rebus et mercacionibus placeat vobis habere recomendatos, prout soliti estis tempore retroacto et ita sperat dictum commune, quia facietis pro vestra bonitate et curialitate«.

Et super isto negocio loqui debeas cum Sencho et cum Dabissich et omnibus aliis baronibus, cum quibus tibi videbitur expedire, cum illis amicabilibus et pulchris verbis, quibus videbitur tue discrecioni, dicertdo specialiter Semcho et illis Dabissich, quia [in] eis pre ceteris baronibus Bosne habemus spem et fiduciam speciales. Et pro promissis, prout tibi melius videbitur, debeas sic laborare et operari et alife negociis mercatorum, si quas tibi exposuerint, ut te habeamus exinde merito commendatum.

Et quia omnia, que occurrere poterunt et erunt necessaria in premissis, prout casus forsitan occurrerit, scribere non possumus tibi ordinate, ideo commictimus tue discrecioni, quod laborare debeas pro premissis, prout melius sciueris et poteris pro reparacione negociorum predictorum.

Et debeas te informare a fratre Francisco de Florencia et ab aliis, cum quibus poteris de omnibus nouis, que scire poteris, et scribas nobis

ordinate per istos cursores, quos portas tecum. Et non debeas rccedere de Bosna, nisi habueris nostram responsionem de Ragusio.

Lettere e commissioni di Levante vol. 1859.—1880. tol. 56, b.
Libri reformationum IV, 39.—40,
Gelcich-Thalloczj Dipl. Rag, br. 36., 43—44,

365.

1366. 6. februara. U Zadru. (Jadre).

Namira Đure, župnika sv. Marije u Zadru za plačenu prokuraciju, Što ju je primio u ime papinskog poslanika kardinala Andruina za treću godinu njegova poslanstva.

In Christi nomine amen, Anno a natiuitate domini nostri Jesu Christi millessimo trecentessimo sexagessimo sexto, indictione quarta, die sexto menssis februarii, pontifrcatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Vrbani, sancte Romane ecclesie diuina prouidentia pape V., anno quarto; temporibus equidem reuerendi patris et domini domini Nicolay de Matafaro, decretorum doctoris et archiepiscopi Jadrensis. Venerabillis vir dominus presbiter Georgius, plebanus sancte Marie mayoris de Jadre, tanquam uicarius dicti domini archiepiscopi ac de mandato ipsius domini archiepiscopi pro se suisque heredibus et successoribus fuit contentus et confessus habuisse et recepisse a reuerendo in Christo patre fratre Petro, abbate monasterii sanctorum Cosme et Damiani Jadrenssis diocessis, ducatos decem et nouem boni auri et iusti ponderis et unum ducatum auri pro expenssis; et hoc pro solutione prouisionis tertii anni legationis reuerendissimi in Christo patris et domini domini Andruini, miseratione diuina tituli sancti Marcelli presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati in partibus Lombardie; exceptioni non date, non habite, non recepte, non solute et non numerate ac omni alii iuris auxillto et fauore omnino renuntians. Absoluens dictus dominus plebanus pro se suisque heredibus et' successoribus nomine quo supra memoratum dominum abbatem atque suos successores[1] et dictum eius monasterium de solutione dictorum denariorum pro dicta prouisione anni tertii dicti domini legati, nec ipsi domino abbati aut suis successoribus uel dicto suo monasterio occasione dicte solutionis litem uel nuestionem, seu 'controuersiam ullo tempore inferre nec inferrenti consentire, set predictam quietationem solutionis ac omnia et singulla supfascripta et infrascripta firma et rata atque grata perpetue habere

[1] Izostavljeno: »pecunie«.

et tenere et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto per se uel allium siue allios sub pena quarti dictorum denariorum et reffectione omnium dampnorum et expensarum litis et extra et obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum; et pena soluta uel non, nichiiominus presens instrumentum pro modo predicto plenam obtineat firmitatem, omni causa remota nulioque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum Jadre, presentibus ser Johanne condam Biualdi de Botono et presbitero Johanne Hacich, testibus ad hoc uocatis et rogatis et alliis.

(Signum not.J

Ego presbiter Helvas, canonicus Spalatensis, inperiali auctoritate puplicus notarius et iuratus comunis Jadre, hiis omnibus interfui rogatus scripsi et puplicaui signoque meo consueto signaui.

Original na pergameni u gubern. arkivu u Zaaru; odio samostana rogovskoga no, 76.

366.

1366, 21. februara. U Spljetu. (Spaleti).

Mihajlo Martinov svećenik trogirski, kao zastupnik biskupa i klera trogirskoga odklanja prosvjedom nadbiskupa spljetskog Hugolina kao suca u njihovoj parnici sa samostanom sv. Ivana u Trogirti^ nabrajajuč slučajeve, iz kojih se može zaključiti na neprijateljsko raspoloženpe nadbiskupovo previa biskupu i kleru trogirskom, te se izjavljuje spremnim razloziti i dokazati svoje sumnje u njegovu nepristranost pred izabranim sucima.

In dei nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentessimo sexagesimo sexto, indictione quarta, die vigessimo primo mensis februarii; pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Vrbani, diuina prouidencia pape quinti, anno quarto. Dominus Michael Martini, tanquam procurator et procuratorio nomine, ut constat publico instrumento viso et lecto per me notarium infrascriptum, reuerendi in Christo patris domini Nicolay, dei et apostolice sedis gracia episcopi Traguriensis, ac discretorum virorum domini Mathei condam Desse, domini Petri P[er]uini, domini Nicole Martini, presbiterorum, et Johannis Perucini et Barte condam Petri, diaconorum," produxit et exibuit nominibus eorumdem coram reuerendo in Christo patre et domino domino Hugulino, dei gracia archiepiscopo Spalatensi, quasdam excepciones te-

noris infrascripti: »Coram vobis reuerendo in Christo patre et domino Hugulino, dei et apostoiice sedis gracia archiepiscopo Spalatensi, constitus(!) presbiter Michael condam Martini canonicus Traguriensis, procurator et procuratorio nomine reuerendi in Christo patris et domini domini Nicolav, dei et apostolice sedis gracia episcopi Traguriensis, nec non venerabilium virorum Mathei Desse, Petri Peruini et Nicolav Martini, presbiterorum, et Barte condam Petrini(!) et Johannis Perucini, diaconorum, donpno Johanne Slauani ad curiam domini legati se transferente procuratorio nomine eorundem exponit, quod cum certe citacionis litere eidem domino episcopo sint presentate pro se et dictis presbiteris et diaconibus die huius mensis tercio decimo, quibus ad peticionem fratris Paschalis, aserentis se vconomum monasterii sancti Johannis de Tragurio et Francisci Damyani, aserentis se procuratorem fratris Dominici. qui se gerit pro abbate eiusdem monasterii, ipsum dominum episcopum citastis ad comparendum certa die legitime coram vobis, prout hec et alia in ipsius citacionis forma plenius exprimuntur. Quare dicit procuratoriis nominibus antedictis, quod dictus dominus episcopus et presbiteri ac diacones supradicti habent vestram paternitatem suspectam racionibus infrascriptis, primo: cum idem dominus episcopus tanquam sufraganeus vester debuisset consecrari in ciuitate Spaleti in manibus vestris, ipse tamen a santissimo in Christo patre et domino nostro domino summo pontifice dispensacione habita speciali, ubi et a quibus catolicis episcopis voluerit consecrandi in ciuitate Tragurii, ab aliis et non a uobis munus consecracionis suscepit; ex quibus vestram paternitatem indignatam suspicatur et credit contra se; item quia consecracionem suam predictam conati fuistis modis perturbare omnibus ac etiam inpedire mittendo quamplures processus et literas per nuncios speciales et faciendo eas afigi ad portam cathedralis ecclesie Traguriensis continentes quamplures inhibiciones et impedimenta consecracionis predicte; item quia reuerendis patribus episcopis, qui conuenerant autoritate apostolica ad consecrandum eundem misistis per specialem nuncium et per certas literas precipiendo et inhibendo, ne eidem munus consecracionis impenderent et eosdem effectualiter usque in diem persequimini hodiernum; item quia in causa appelacionis dudum interposite ad vestram paternitatem ab examine dieti domini episcopi per Nicolaum Traguriensem, procuratorem domine sororis G., abbatisse monasterii sancti Nicolay de Tragurio, in causa, quam habebat cum Petro Josep ciue Traguriensi, literas, quibus citastis dictum dominum episcopum ad comparendum coram vobis ad defendendum processum, causa si sua creditur interesse, intitulari fecistis: »Domino Nicolao in Traguriensem episcopum quamqualiter consecrato«; que quidem descripcio non ex

paterne caritatis affectu, verum ex hodii fomite processisse videtur; item quia dictus dominus episcopus de anno proxime preterito volens tamquam obediencie filius reuerendissimi patris domini legati mandata reuerenter exequi ut tenetur, ad peticionem domini Mucharensis episcopi vos per suum specialem nuncium citari fecit ad comparendum personaliter coram domino Jegato predicto; item quia exequendo mandata dicti domini legati reuerenter ac debite et ad peticionem dicti domini Mucharensis episcopi fecit vestram paternitatem publice in maiori Traguriensi ecclesia in solemniis diuinorum pronunciari excomunicacionis[1] fore innodatum; item quia ipse exequendo mandatum dićti domini nostri domini legati et ad peticionem venerabilis viri Stephani Francisci de Spaleto nonullos testes super diuersis criminibus curauit recipere contra vos, vosque citari fecit ad videndum dictorum testium iuramenta; item quia prefatos' Mucharensem episcopum et Stephanum Francisci, quos tamen per manus domini legati predicti recdmendatos habebat, noluit tradere in manus vestras nec eisdem infere aliquam noxiarn, nouitatem iuxta requisicionem et protestaciones factas contra dictum dominum episcopum per venerabilem virum dominum Laurencium vestrum vicarium pro parte vestra, — ex quibus omnibus vestram paternitatem indignatam credit contra se. Item quia ipse a nonnullis sentenciis factis et latis per vestram paternitatem contra dictum dominum episcopum, suum capitulum senciens se grauatum ad reuerendissimum patrem dominum legatum predictum appellauit et eas prosequitur coram eo seu auditoribus eiusdem; item sicut in supradicta citacione vestra continetur contra ipsum dominum episcopum non citatum, nec conuictum aut iudicialiter superatum dicitis vos processisse et declarasse ipsum incidisse in canonem: »si quis suadente diabolo« et cetera; ac insuper procesistis ut dicitur ad inquirendum a testibus contra dictum dominum episcopum productis illa, que tantum a supradictis actionibus non ponuntur et ultra intentionem partis prefate et in predictis procesistis iuris ordine non seruato; item propter alias causas habet vestram paternitatem suspectam, que declarabuntur coram arbitris ad hoc eligendis et declarandis. Item quod prefati presbiteri et diacones habent paternitatem vestram suspectam, quia contra ipsos proceditis et procesistis, ut patet ex citacione prefata animosa extendentes iurisdicionem vestram super eos ultra quam vobis competat de iure, cum nec sitis in actu visitacionis; item quod procesistis contra eos ad declarandum eos incidisse in canonem: »si quis suadente,« etcj.et ad petendum a testibus a parte aduersa productis quedam preter intencionem dicte

[1] Izostavljeno: vinculo.

partis et ad alia, ut supradictum est, *ex* arupto et animosse sicut etiam ex forma citacionis predicte euidenter aparet non eis citatis, nec convictis aut iudicialiter superatis seu requisitis, nec seruato in talibus debito ordine iuris et iudiciorum; item quod ipsi sunt membra et subditi domini episcopi memorati. Vnde ipsi suplicantur, ne hodium, quod erga principale geritis iri detrimentum etiam accessorio valeat retorqueri et ne hodium prefati domini episcopi exequatur super eos, cum igitur periculosum sub iudice litigare suspecto procurator prefatus procuratoriis nominibus antedictis cupiens et intendens vestrum declinare examen, requirit vos reuerendum patrem et partem predictam in quantum vtrun> que vestrum de iure debeat ad eligendum arbitros de medio, qui de meritis causarum et suspicionum predictarum videant et cognoscant, cum sit paratus ex nunc vnum eligere pro parte sua et coram dictis arbitris quibus supra nominibus in quantum de iifre debuerit iuris ordine experiri; offerens se predictis nominibus ad probandum excepciones predictas, coram predictis arbitris in .quantum suficiat ad uictoriam dicte cause, saluis semper aliis excepcionibus proponendis, allegandis et probandis coram arbitris prelibatis.« Actum Spaleti, in curia archiepiscopali. presentibus sapientibus et discretis viris presbitero Ratchone de Tragurio, domino Thoma condam Dobruli et Francischo, notario iurato communis Spaleti, testibus vocatis habitis et rogatis.

(Signtim notj

Ego Stephanus filius Bernardi condam Philipi Ticoni de Lauđe, imperiali auctoritate notarius nec non canonicus ciuitatis Tragurii, dum sic agerentur et dicerentur vna cum prenominatis testibus hiis omnibus interfui rogatus scripsi et in hanc publicam formam redegi.

Original u ark. kaptola u Trogiru no. 94.

367.

1366. 21. februara. U Spljetu. (Spaleti).

MihajlO) svećenik trogirski, priziva na papu proti nadbiskupu spljetskome Hugolinu, koj'i je nakon prosvjeda, kojim je otklonio njega kao suca, (v. predašnju listinu), izrekao osuđujuću osudu iz ogiuhe.

In dei nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem miiiesimo trecentessimo sexagessimo sexto, indictione quarta, die vigesimo primo mensis februarii; pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Vrbani, diuina prouidencia pape quinti, anno quarto. Dominus Michael

Martini, tanquam procurator reuerendi in Christo patris domini Nicolay, dei gratia episcopi Traguriensis, prouidorum virorum Mathei Desse canonici, Petri Peruini et Nicole Martini, presbiterorum, Johannis Perucini nec non Bertani Petri, diaconorum, nominibus eorundem supradictis comparens coram reuerendo in Christi patre domino Hugulino, dei gratia archiepiscopo Spalatensi, in termino in quibusćlam citatoriis litteris conpresso (!) produxit et exibuit quasdam suspicionis causas offerens se nichilominus coram arbitris ad hec eligendis legitime probare. Qui dominus archiepiscopus ex arupto procedens nullius iuris ordine seruato ipsius domini episcopi Traguriensis et aliorum prenotatorum presbiterorum et diaconorum contumaciam pronunciau.it. Quare predictus dominus Michael senciens se grauatum ab huiusmodi pronunciacione inepte facta et timens in futurum deterius pregrauari. ad sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Vrbanum, diuina prouidente gratia papam quintum, voce viua appellauit, quam quidem in scriptis offerens infra iuris terminum se dare. Actum Spaleti, in archiepiscopali palacio in sala superiori, pressentibus sapientibus et discretis viris domino Thoma Dobruli presbitero, Ratchone et Francischo de Bononia, iurato comunis Spaleti, videlicet pro notario, testibus rogatis.

(Signum notj

Ego Stephanus filius Bernardi condam Philipi Ticoni de Laude, imperiali auctoritate notarius et canonicus maioris ecclesie ciuitatis Tragurii, vna cum prenotatis testibus interfui, rogatus scripsi e't in hanc publicam formam redegi.

Original na perg. u arkivu kaplola u Trogiru no. 95.

Farlati Illyr. sacr. IV. p. S90. ima samo kao uvod u listinu od 32. februara iste godine.

368.

1366. 22. februara. (U Spljetu).

Mihajlo svećenik trogirski, zastupnik biskupa i klera trogirskoga, izvodi potanje svoj priziv (v. predašnju listinu) na papu proti osudi spljetskoga nadbiskupa Hugolina, kojom ga je, nakon sto je u parnici otklonien kao sudac, osudio iz ogluhe.

In dei nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem jiiillesimo trecentesimo sexagessimo sexto, indictione quarta, die vigesimo secundo mensis februarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini

Vrbani, diuina prouidencia pape quinti, anno quarto. Dominus Michael Martini tanquam procurator, ut de ipso procuratorio constat publico instrumento viso et lecto per me notarium infrascriptum et diligenter in toto examinato, reuerendi in Christo patris domini Nicolay, digna dei gracia episcopi Traguriensis prouidorumque virorum Mathei Desse, canonici Traguriensis ecclesie, Petri Peruini, Nicolay Martini, presbiterorum, et Johannis Pirucini ac etiam Berte(!) Petri, diaconorum, procuratoriis nominibus eorumdem coram reuerendo in Christo patre domino Hugulino, archiepiscopo Spalatensi, nomine quo supra appellauit ac quidem appellacionem huius tenoris talem interposuit et produxit, videlicet: »Coram vobis reuerendo in Christo patre et domino domino Hugulino <iigna dei et apostolica gracia archiepiscopo Spalatensi, constitutus ego presbiter Michael Martini, canonicus Traguriensis, reuerendi in Christo patris et domini domini Nicolay, dei et apostolice sedis gracia episcopi Traguriensis, discretorum virorum Mathei Desse canonici, Petri Peruini et Nicole Martini, presbiterorum, ac Johannis Perugini et Berte Petri, diaconorum ecclesie Traguriensis, procurator et procuratoriis nominibus in hiis scriptis expono, quod, ut ex tenore cuiusdam citacionis vestre oblate nuper dicto domino episcopo nomine suo ac presbiterorum et diaconorum predictorum ad peticionem fratris Paschalis et Francisci Damyani certis nominibus euidenter aparet, vos reuerende pater declarastis eos incidisse in canonem: »si quis suadente« etc,; procedentes contra eos non citatos, confessos, coniuctos seu iudicialiter superatos uel requi~ sitos et iuris ordine in talibus non seruato et vltra quam vestra iurisdictio se extendat maxime contra sacerdotes et diacones prenominatos. Item quia cum heri in termino dicte citacionis coram vestra paternitate comparens procuratoriis nominibus antedictis obtulerim vestre paternitati quasdam causas suspicionis in scriptis habitas contra vos paratus eligere vnum arbitrum pro parte mea ac coram dictis arbitris eligendis dictas eccepciones paratus probare et coram eis iuris ordine experiri, vos dictis excepcionibus non attentis procesistis ex arupto ad pronunciandum dictum episcopum et clericos contumaces et eo, quod non comparuerunt personaliter in dicto termino coram vobis, cum tamen ipsi non debuerint nec debuissent coram vobis personaliter comparere, tum quod legitime et non personaliter citati fuerunt, tum quod contra eos in dicto casu procedere ad punicionem personalem de iure vllatenus non potestis. Item, quod vos, reuerende pater, estis cum vestra reuerencia semper persona inhabilis ad iudicium exercendum tanquam 6xcomunicati excomunicacione maiori per reuerendissimum in Christo patrem et dominum dominum Nicolaum, reuerende memorie sancte sedis Aqut-Jigensis patriarcham, delegatum sanctissimi pape prefati et pronunciata

publice Veneciis in Castelana ecclesia, Tragurii in cathedrali ecclesia Traguriensi et in monasterio sancti Johannis Babtiste in solemniis diuinorum et in pluribus aliis locis; item quod vos estis excommunicacionis vinculo innodati per reuerendissimum in Christo patrem et dominum dominum Andruvnum, tituli sancti Marcelli presbiterum cardinalem^ apostolice sedis legatum, et denunciate publice' in dicta Traguriensi ecclesia in solemniis diuinorum de mandato et commissione dicti domini episcopi autoritate et mandato domini legati predicti; item quia vestra paternitas est pluribus aliis excomunicacionis sentenciis astricta, que suo loco et tempore proponentur. Quare predictis racionibus senciens me auibus supra nominibus indebite agrauatum et in futurum posse deterius pregrauari lices appelare non esset necesse, t . . . nullis ut predixi, tantum ad maiorem cautelam meorum iurium ex declaracione. . . . . [r]acione contumacie et aliis contentis ibidem racionibus predictis, et quia in predictis iuris ordinem non seruastis ad sanctissimum in Christo-patrem et dominum nostrum dominum Vrbanum, diuina prouidencia papam quintum, in hiis scriptis apello et ad eius sanctam sedem et apostolos cum debita iuris instancia michi dari peto; submittens me dictis nominibus sub tutella et proteccione dicti domini nostri pape et eius sancte sedis; protestansque et inhibens vobis ex parte dicti domini nostri pape, quatenus pendente appellacione predicta nichil contra me quibus supra nominibus et iura mea innouare penitus presumatis sub penis quingentorum florenorum auri camare apostolice aplicandorum, nec non sub penis cannonum editis super hiis, cum me dictis nominibus paratum offeram presentem apellacionem prosequi suis ioco et tempore ac iudice competentk. Rogans me publicum notarium, quatenus de interposicione apellacionis presentis et omnibus contentis in ea et responsionibus dicti domini archiepiscopi eidem conficere deberem publicum instrumentum ad laudem et sensum ac consilium sapientum, tociens fuerit oportunum; protestansque de expensis, iniuriis, dampnis et interesse contra partem predictam suis loco et tempore proponendis et declarandis. Actum in curia archiepiscopali, pressentibus providis et sapientibus viris domino Madio Miche, domino Thoma Dobruli et Alberto Miche, nobilibus ciuitatis Spaleti, testibus vocatis, habitis et rogatis.

(Signum not)

Ego Stephanus filius Bernardi condam Philipi Tigoni de Lauder imperiali auctoritate notarius ac canonicus maioris ecclesie ciuitatis Tragurii, vna cum predictis testibus hiis omnibus interfui, rogatus scripsi et in hanc publicam formam redegi.

Original na pergam. u arkivu kaptola u Trogiru no. 96.
Farlati Illyr. sacr. IV. p, 390.—392. Uzimlje datum 21. februara krivo.

369.

1366. 27. februara. U Zadru (Jadre).

Jakov Radusenich iz Senja prodaje Ivanu Đurinom B&rnich iz Zadra polovicu svoga hroda -»Sanctus Gnsogonus^.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo sexagessimo quinto, inditione quarta, die penultimo mensis februarii; regnante serenissimo principe et domino nostro naturali domino Lodouico illustrissirno, dei gratia inclito rege Hungarie; tempore reuerendi patris et domini domini Nicholay de Matafaris, decretorum doctoris, dei et sancte sedis apostolice gratia archiepiscopi Jadrensis, ac magniffici et potentis domini domini Nicolav de Seec, regnorum Dalmacie et Croacie bani generalis et ciuitatis Jadre comitis. Jacobus Radusenich de Segnia per se suosque heredes et successores dedit, vendidit et transactauit Johanni condam Georgii Bornich de Jadra ementi et recipienti pro se suisque heredibus et successoribus medietatem vnius sui barchosii vocati nomine »sanctus Grixogonus«, portature modiorum trecentorum ad mensuram Jadre cum medietate omnium suorum corediorum; de quo barchosio *m* manibus dicti venditoris nunc existente alia medietas cum alia medietate dictorum corediorum est dicti venditoris, ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, obligandum et pro a'nima et corpore iudicandum et quicquid deinceps dicto emptori uel suis heredibus et successoribus melius placuerit faciendum sine contraditione dicti venditoris uel suorum heredum et successorum et cuiuscumquc alterius persone, Quam medietatem dicti barchosii cum medietate corediorum suorum promisit dictus venditor stipulatione solempni per se suosque heredes et successores dicto emptori et suis heredibus et successoribus semper excalumpniare, deffendere et guarentare de iure contra vnamquamque personam huius mundi super se suisque heredibus et successoribus et bonis suis omnibus presentibus et futuris, sub pena quarti pluris et cum reffectione omnium dampnorum, interesse et expensarum litis et extra et cum obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum; qua pena soluta uel non, nichilominus predicta actendere teneatur dictus venditor per se suosque heredes et successores, rato semper manente contractu. Et hoc pro precio et no-

mine precii ducatorum treginta(!) duorum boni auri et iusti ponderis, quos dictus venditor guarfentauit], contentus et confessus fuit se manualiter habuisse et recepisse et in se habere dixit a dicto emptore ; renuncians super hoc dictus venditor excepcioni et probationi non datorum, habitorum et receptorum dictorum ducatorum auri tempore huius contractus, omni spei future numerationis et traditionis omnique alii suo iuri et legum auxilio. Et pro predictis omnibus et singulis firmiter actendendis et obseruandis sponte et per pactum dictus uenditor obligauit se suosque heredes et successores et omnia sua bona presencia et futura penes dictum emptorem et suos heredes et successores et ad coneniendum tam realiter quam personaliter, semel et pluries usque ad pienariam et condignam satisfationem omnium predictorum Jadre et vbique locorum et terrarum et omni tempore. Actum Jadre iuxta logiam magnam comunis, presentibus ser (Janino condam Cose de Prode et ser Gregorio condam Cose de Saladinis, ambobus ciuibus honorabilibus Jadre, testibus uocatis, rogatis et alliis.

(Drugi rukopis).

Ego Johannes de Chaleina, iudex examinator me supscripssi.

Monogram not.)

Ego Petrus dictus Pereneanus condam domini A^onis de Lemicetis de Padua, imperiali auctoritate et comunis Jadre iuratus notarius, hiis omnibus interfui et rogatus predicta bona fide scripsi.

Original na pergameni u gubernijalnom arkivtt u Zađru, odio samosiana rogovskoga no. 73.

370.

1366. 7. marta. U Kninu. (Tvninii).

Nikola Zeech, ban dalmatinski i hrvatski, frepisuje na molbu Nikole biskupa kninskog listinu bana Nikole od ig. septembra 1353. (Cod. dipl. VII. 197.)-

Nos Nicolaus de Zeech, regnorum Dalmacie et Croacie banus, memorie comendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod venerabilis in Christo pater ac dominus dominus Nvcolaus, dei et apostolice sedis gracia episcopus Tynyensis, ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam literas priuilegiales Nycolay, tocius Slauonie et Croacie bani, petens nos deuote, ut ipsum priuilegium nostris literis priuilegialibus transsumi et transscribi faceremus ad

cautelam. Cuius tenor dinoscitur esse talis: *(Slijedi listina bana Nikole od god, 1353.).* Vnde nos iustis, legittimis ac iuri consonis peticionibus ipsius domini episcopi acquiessentes (l) predictum priuilegium non abrasum, non cancellatum nec in aliquali sui parte viciatum presentibus literis priuilegialibus de uerbo ad uerbum transsumi, transscribi ac apposicione nostri sigilli maioris fecimus consignari vberiorem rei ad cautelam. Datum Tvninii, septimo die mensis marcii, indictione quarta, anno domini *MCCChX*° sexto.

Original na pergameni (širokoj) u arkivu kaptola u Senju. Na listini visi konopljanoj' vrvci odlomak banovog pecata. Feje'r Cod. dipl Hung. IX. 3., 637.

371.

1366. 8. marta. U Budimu. (Bude).

Ljudevit kralj' ugarski i hrvatski daruje Nikoli Petrovom de Selpii imanja Glaunicha i Jazenouch.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod Nicolaus filius Petri de Selpii familiaris venerabilis in Christo patris domini Stephani eadem et apostolice sedis gratia episcopi Zagrabiensis regnique Sclavonie vicarii generalis, nostre serenitatis adiens conspectum, suis fidelitatibus et serviciis per ipsum nostre maiestati locis et temporibus opportunis exhibitis et impensis, propositis et declaratis, quasdam possessiones Glaunicha et Jasenouch vocatas in comitatu de Moroucha sitas, asserens easdem nostras fore regias et collacione nostre regie omni iure pertinere, a nobis sibi perpetuo dari et conferi postulavit. Nos itaque, qui ex regii regiminis nostri officio cunctorum fidelitates et merita animo debemus metiri, prefatis[1] prepositis fidelitatibus et fidelium serviciorum preclaris meritis prenotati Nicolai filii Petri iuxta sue possibilitatis exigenciam *in* cunctis nostris et regni nostri negociis nostro culmini regio laudabiliter exhibitis et perpensis in memoriam nostre celsitudinis reductis preattactas possessiones Glaunicha cum ecclesiis in eius superficie habitis et Jasenouch nuncupatas in dicto comitatu de Moroucha existentes, ut dicitur nostras et collacioni nostre regie omni iure pertinentes, cum silvis et aliis quibuslibet ipsarum utilitatibus ac utilitatum quarumlibet integritatibus ac pertinenciis universis quovis nominis vocabulo vocitatis ab

[1] Kukuljević: precatis.

antiquo ad easdem spectantibus omni eo iure, quo eedem nostre incumbunt coliacioni et prout eedem nostram tangere dinoscunt maiestatem, nove donacionis nostre titulo dedimus, donavimus et contulimus prefato Nicolao filio Petri et per eum suis filiis et heredibus iure perpetuo et irevocabiliter possidendas, tenendas et habendas, salvo semper iure alieno. Datum Bude, in dominica oculi, anno domini mUlesimo CCCLX. sexto.

Iz ptsmohrane Tadije Ferića prepisao Ivan Kttkulj ević.

372.

1366. 15. marta. U Budimu. (Bude).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaže kaptolu čazmanskom, da izašalje svog pouzdanika, koji će prisustvovati uvedenju Nikole Petrovog de Selp u posjed darovanih mu po kralju imanja Glaunicha i Jazenouch, Što će ga provesti kraljev izaslanik.

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo Chasmensi salutem et graciam. Dicit nobis Nicolaus filius Petri de Selp, quod ipse in dominium quarundam possessionum Glaunicha et Jazenouch vocatarum in comitatu de Moroucha existencium, per nostram maiestatem pro meritoriis suis serviciis, sicut dicit, eidem datarum et collatarum, legittime vellet introduci, si contradiccioni cuipiam non obviaret ipse in hac parte. Fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrurn mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus filius Stephani aut Johannes filius Kazmeri de Velvka, sive Nicolaus filius Mathei de Sebnycha seu Nicolaus filius Michaelis de Saar vel Emericus filius Johannis aliis absentibus, homo noster ad facies dictarum possessionum, vicinis et cometaneis earundem inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, predictum Nicolaum filium Petri introducat in dominium earumdem possessionum statuatque easdem ipsi Nicolao eo iure, quo ad ipsum dinoscuntur pertinere perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, citat ipsos contra annotatum Nicolaum filium Petri in presenciam nostram vel domini Stephani, episcopi Zagrabiensis tociusque Sclavonie vicarii, ad terminum conpetentem. Et post hec seriem ipsius i ntroduccionis more solito nobis vel eidem domino episcopo Zagrabiensi fideliter rescribatis. Datum Bude, in dominica letare, anno domini millesimo CCC°LX° sexto.

Iz pismohrane Tadije Ferića prepisao Iv'an Kukutjević.
Nalazt se ova listina u listini kaptola čazmanskoga od god. 1366, 8. maj'a, koja se naiasi u iistini Ljudevita kralja od g. 1369. 29. ju/a,

373.

1366. 27. marta. U Spljetu. (Spalati).

Kanonici trogirski Mihajlo i Deša, zastupnia trogirskog biskupa, otklanjaju nadbiskupa spljeiskoga Hugolina^ Damjana opata sv. Stjepana de Pinis i Laurencija vikara nadbiskupovog kao suce trogirskom biskupu radi njihove pristranosti, koja se razabire iz činjenica u listini navedenih; ujedno predlažu obranički sud, koji će razloge njihovog otklona ispitati.

[In dei nomine a]men. Anno natiuitatis eiusdem millesimo [trecentesimo] sexagessimo sexto, indicione quarta, tempore [sanctissimi in] Christo patris et domini nostri domini Vrbani, diuina prouidentia pape quinti. anno [quarto, die] vigessimo septimo mensis marcii. Presbiter Michael primicerius Traguriensis et Dessa [Lucxe]. . . . . . Johannis canonicus dicte ecclesie, tanquam procuratores reuerendi patris domini Nicolai, dei [et apostolice sedis gratia] episcopi Traguriensis, ambo insimul et vterque per se procuratorio nomine predicti [domini episcopi tradiderunt in] scriptis excepciones infrascriptas coram reuerendissimo in Christo patre [et domino Vgolino, dei] et sedis apostolice gratia dignissimo archiepiscopo Spalatensi, ac venerabili. . . . . [fra]tre Damiano, abbate sancti Stephani de Binis[1] Spalatensis diocesis, et domino La[urentio, primi]scerio Spalatensi et vicario domini archiepiscopi prenotati. Que exceptiones sunt tefnoris] infrascripti: »Coram vobis reuerendissimo in Christo patre et domino domino Vgolino, dei et apo^ stolice sedis gratia dignissimo archiepiscopo Spalatensi venerabilibusque viris domino fratre [Dami]ano, abbate sancti Stephani de Pinis Spalatensis diocesis et domino Laurentio, primicerio Spalatensi et vicario domini archiepiscopi prenotati, reuerendissimi in Christo patris et domini domini Andruini, mi[seratione] diuina titulli sancti Marcelli presbiteri čardinalis, apostolice sedis legatis iudicibus, ut aserunt, super certa inquisitione delegatis, presbiter Michael, primicerius Traguriensis et Dessa Lucxe, canonicus[2] ecclesie Traguriensis ambo insimul et vterque per se tamquam procuratores reuerendi patris domini Nicolai, dei et sedis apo-

' Inače: Pinis
- Pisano dvaput.

stolice gracia episcopi Traguriensis, procuratorio nomine eiusdem, non tamen disedentes ab alliis protestationibus, apelationibus et inhibitionibus factis alias in aliis caussis, sed eis in quantum faciunt *pm* suis iuribus quo supra nomine firmiter inherendo constituti exponimt dictum dominum episcopum certas literas citatorias recepisse pro parte vestra super facto cuiusdam inquisitionis perdictum dominum legatum formate(!) contra dominum episcopum predictum, quibus ipsum citastis ad videndum testium iuramenta. Cum igitur sit pericullosum sub iudice litigare subspecto, procuratores predicti procuratorio nomine eiusdem episcopi vestrum intendens (!) declinare examen, dicunt vos hinc suspectos iudices rationibus infrascriptis: Primo, quia vos, reuerende pater, contra dictum dominum episcopum estis turbatus ex eo, quod non Spaleti, sed Tragurii munus consecracionis susepit(!), licet speciali dispensione apostolice sedis; item quia consecrationem suam predictam conati fuistis multimode perturbare certas inhibitorias literas mandantes affigi porte ecclesie Traguriensis et inhibendo episcopis per literas et nuncium ipsum volentibus consecrare ; item quia alios super causa certe apelationis deuolute ad vos scripsistis eidem dornino episcopo: »domino Nicolao in Tragurio episcopum(!) quamqualiter consecrato«; item quia ipso de anno proxime preterito exequendo mandatum domini legati supradicti ad peticionem domini Mucharensis episcopi comparendum coram domino legato predicto personaliter suis literis vos citauit; item quia de mandato et anno predictis et ad peticionem dicti Mucharensis episcopi pronunciauit vos, reuerende pater, excomunicatum fore; item quia exequendo mandatum domini legati predicti ad peticionem Stephani, canonici Spalatensis, processit ad nonnullos actus in criminalibus contra. vos; item quia ipse dominus prefatis Mucharensi episcopo et Stephano noluit inferre ahquam noyam, nouitatem, secundum quod requirebat dominus Laurencius, uicarius uester et procurator cum protestacionibus et scripturis; item quia ipse a nonnullis sentenciis latis per vestram reuerentiam contra dictum dominum episcopum et capitullum suum apellauit et easdem prosequitur in curia domini legati predicti; item quia in causa, quam mouet contra ipsum frater Paschalis. . . . . Damiani certis nominibus processistis subito ad declarandum eum esse excomunicatum, hereticum et sacrilegium(!), non ipso citato, nec iudicialiter superato, nec conuicto; item quia ipse a ceteris grauaminibus eidem ilatis per vos in causa predicta ad sanctissimum in Christo patrem dominum nostrum dominum papam apellauit; item quia pro deffensione suorum iurium in causa predicta nonnullas exceptiones contra personam vestre reuerentie oposuit predictis nominibus et sunt tote vestre contrarie honestati; item quia apud

homines et graues personas per partes Dalmacie est fama comunis, quod erga dictum dominum episcopum habetis hodium speciale; —item quia vos, domine abas, estis subditus dicti domini archiepiscopi, qui est principalis in dicto negocio; item quia vos sedentes pro iudice pro tribunalt vna cum domino archi[episcopoj et primicerio prenotato auctoritate vt dicitur vobis concessa per dominum legatum [supra]dictum super facto cuiusdam excomunicationis contra capitullum Traguriense prorupistis turpiter in contumeliam contra honorem domini episcopi prenotati nula eiusdem ocaxione precedente; item quia vos, domine Laurenti, estis vicarius dicti domini archiepiscopi principalis ut premititur; item quia ambo estis eius subditi et familiares et eiusdem frequentes consortes in mensa, quare procuratores predicti habentes vos suspectos prout premititur, requirentes vos insimul et omnes et singulos, quos de iure requirere debent ad eligendum arbitros iuxta ordinem iuris, cum sint parati coram eis excepciones in qu[antum suficijt pro victoria sue cause probare legitime ac coram *eis* iuris ordine experiri . . . . pro parte sua, quibus quo supra nomine, vnum eligere et dictam causam prosequi vt. . . . .« Quibus expositis et quorum productione rogauerunt dicti procuratores me in[frascriptum] notarium, vt ipsis conficerem publicum instrumentum. Actum Spalati in sala superiori archiepiscopatus, pressentibus Tomassio condam Dobrioli et Bunicio Chorouig, ciuibus Spalatensibus et Francisco de Bononia, notario iurato comunis Spaleti et pluribus aliis testibus vocatis et rogatis.

(Signum notj.

Ego Bernardus condam Philipi de Laude, imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus comunis Tragurii, hiis omnibus interfui et rogatus scripssi et publicaui.

Original na pergam. u arkivu kaptola u Trogiru. no. 97.
Listina je na desnoj strctni uzduz ostećena.

374.

1366. 28. mairta. U Spljetu. (Spaleti),

Mihajlo i Deša, kanonici trogirski i zastufnici biskupa trogirskog Nikole, prizivaju na papu protiv osude, što su je, mimo njihova otklona, izrekli proti biskupu trogirskom nadbiskup spljetski Ifugolin, Damjan opat sv, Stjepana de Pinis i Laurencije vikar nadbiskupa, proglasiv gore spo?nenute zastupnike biskupske nesposobnima za zastupanje pred sudom.

In Christi nomine amen. iAnno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagessimo sexto, indicione quarta, tempore sanctissimi patris et domini nostri domini Vrbani pape quinti, anno quarto, die vigessimo octauo mensis marcii. Dompnus , Michael Martini, primicerius ecclesie Traguriensis, et Dessa Lucxe, canonicus ecclesie Traguriensis, tamquam procuratores reuerendi in Christo patris-et domini Nicolai, dei et sedis apostolice episcopi Tragurini, ambo insimul et vterque per se procuratorio nomine ipsius domini episcopi interpossuerunt coram infrascriptis reuerendo in Christo patre.et domino domino Vgolino, dei et sedis apostolice gratia archiepiscopo Spalatensi, ac dominis fratre Damiano, abate sancti Ste[pha]ni de Pinis diocesis Spalatensis et Laurentio, primicerio Spalatensi, appeJiacionem tenoris infrascripti: »Coram vobis reuerendissimo in Christo patre et domino Vgolino, dei et apostolica gratia archiepiscopo dignissimo Spalatensi et venerabilibus viris dominis fratre Damiano, abate sancti Štephani de Pinis diocessis Spalatensis, et Laurentio primicerio Spalatensi, nec non vicario domini archiepiscopi predicti, quibus per reuerendissimum patrem dominum dominum legatum quedam inquissio (!) super certis criminibus dicitur eisdem commissa Contra dominum Traguriensem episcopum, dompnus Michael primicerius et Dessa Lucxe canonicus Traguriensis et dicti reuerendi patris domini Nicolay, episcopi Traguriensis, procuratores et procuratorio nomine eiusdem insimul et quilibet per se in hiis scriptis exponunt, quod cum heri certas exceptiones et causas suspectionis produxerint in scriptis contra vos requirentes ad eligendum arbitros super eis, uos dictis exceptionibus non obstantibus deludendum dictum dominum episcopum iure suo, dompnum Michaelem predictum pronunciastis esse hynabilem et Dessam prefatum aseruistis tam[quam] excomunicatum per vos, domine archiepiscope, esse a iudicio repellendum [projcendentes (!) contra eos iuris ordine non seruato. Item quia inqusitio dicta promota est per Johannem Petri de Tragurio, qui est inimicus dicti domini episcopi ac etiam conspirator

periurus et excommunicatus et infamis, prout constat per plures sentencias et scripturas flde dignas suo loco et tempore producendas ; item quia vos, reuerende pater domine archiepiscope, salua semper reuerentia vestra, per sentencias domini Nicolay, olim patriarche Aquilegie auctoritate papali ac domini legati predicti et per alias sentencias estis excomunicatus; item quia vos domine abas estis notatus pena fracti carceris et aliis iuris impedimentis; item quia vos domine primicerius estts similiter excomunicatus, prout hec omnia coram competente iudicio suis loco et tempore probabuntur, in quantum suficit ad victoriam causse presentis et sic in vos nulla iurisdicio cadit. Ex quibus procuratores predicti dicto nomine sencientes indebite se grauari et in posterum deterius posse pregrauari ad sanctissimum in Christo patrem et dominum nostfum dominum Vrbanum, diuina prouidentia papam quintum, coniunti(f) et [uijcissim in riiis scriptis apellamus et apostollos cum debita in . . . instancia petimus, ac petimus nobis, suponentes dictum dominum episcopum s'ub tutella, proteccione et deffensione dicti domini nostri pape [et] eius sancte sedis; inibendoque (I) ex parte dicti domini nostri pape, quatenus [pendenjte appellacione predičta nichil contra ipsum, iura et honorem suum in[cipe]re penitus presumatis; protestantesque de darripnis, iniuriis, fnteresse et expensis ac fame et honoris lessionem contra vos, que ex m . . . , /'. facit ducatos mllle auri, cum sint parati quo supra nomine dictam appellationem prošequi suis loco ac tempore * ac iuditio competente. [Roganjtes me notarium infrascriptum, quatenus de predictis conficiam publicum instrumentum ad sensum ac conscilium sapientum. Actum Spaleti, in curia archiepiscopatus, pressentibus discretis viris dominis Ma^oye Miche, ciuis Spaleti, et Sore Mathei, ciue Tragurii, et rriultis aliis testibus vocatis et rogatis.

{Signum not)

Ego Bernardus eondam Phifipi Tigoni de Laude, imperiali [aucto" ritate] notarius et nunc iuratus comunis Tragurii, hiis omnibus interfui et rogatus scripsi et publicaui.

Original na pergam. u arkivu kaptola u Trogiru. no. 98.
Listina je na lijevoj stranz nešto krnja.

375.

1366. 2. aprila. (U Zadru).

Općina zadarska šalj'e kralju Ljudevitu Pavla de Blancardis de Parma^ da se pritu ži glede dozvoljenog uvoza stranog vina, glede nedostatnog prinosa za izgradnju tvrđe sv. Mihafta, glede otoka, što ih imadu Sibeničani povratiti Zadranima i drugih nekih stvari.

1366., die 2 mensis aprilis. Nos Nicolaus de Vitticor, Joannes de Sloradis et Gregorius de Zadulinis rectores civitatis Tadre cum nostro maiori et generali consilio committimus vobis viro nobili et discreto domino Paulo de Blancardis de Parma, iudici nostro ad civilia deputato et ambasciatori ituro pro parte nostra et dicti nostri consilii et communis ad conspectum serenissimi principis domini Ludovici, dei gratia regis Hungarie, domini nostri naturalis, omnia infrascripta seriose sue maiestati narranda. Primo et ante omnia, quod cum ad conspecturn sue maiestatis fueritis cum omni reverentia fidelitatem et subiectionem humiliter et flexis genibus, prout decet, recomendetis eidem suos fidelissimos subditos, regimen, consilium et commune civitatis Jadre cum verbis facientibus (I) * ad propositum et sicut videbitur vestre sapientie circumspecte. Secundo, cum omnino(!) reverentia, multa verborum modestia, quam bene novit vestra prudentia exponatis sue regie maiestati, qualiter sui fideles iam dicti timent semper e zelo fidelitatis et reverentie opere seu verbo offendere in aliquo suam gJoriosissimam maiestatem et ob hoc, quia novissime Baldassar de Sorba seu eius officiales et factores demonstrarunt regimini Jadre quasdam litteras regias continentiae etc. volentes super textu et vigore dictarum litterarum regalium introducere in civitate Jadre certam bonam quantitatem vini forensis contra ordines, reformationes, statuta precisa et consuetudinem antiquissimam civitatis Jadre, et quia ipsi eorum subditi certi redduntur, quod flrmum propositum existat regale conservare, multiplicare et amplificare statum pacificum et tranquillum dicte sue civitatis volunt suam celsitudinem regiam non latere, quod, si dicte littere et consimiles ex certa sua scientia suae maiestatis debeant exequi nil aliud esset, quam suam civitatem Jadre quasi totaliter desolare, quoniam ex redditibus et introitibus vini nobiles et populares Jadre vivunt et si contingeret ex suprabundantia vini forensis non posse eorum more solito dispensare et vendere, necessario culturam vinearum oporteret descerere(I) propter immensas expensas.

[J] Mj.: convenientibus.

que occurrunt circa eam et sic non valentibus hominibus laborare et colere necessario derelinauerent civitatem; et quod plus est, redditus et introitus incantuum vini et beccarie sunt, qui magis opem ferunt ad custodiam et fortificationem sue civitatis Jadre, quia quasi aiiunde non habemus, que possumus apponere et expendere ad dictam fortificationem et custodiam faciendam, quia quasi omnes alii nostri communis redditus sunt salario domini comitis et aliorum officialium communis deputati etc, prout estis et eritis plenius et particularius informatus. Et pro conductione dicti vini forensis in Jadra modicum utile foret ipsis Baldassar et suis officialibus, et immensum et gravissimum damnum civitatis Jadre. Insuper exponatis sue maiestati, quod admirationem non summat sua regia celsitudo, si castrum sancti Michaelis non est usquemodo completum, quoniam de duobus mille florenis, quos ex sua gratia liberali mandavit per Baldassarem de Sorba nobis dari et assignari pro dicto opere non potuimus habere ab eodem nisi ducatos 1124. vel circa, et nihilominus secundum possibilitatem nostram et de avere nostri communis insistimus quotidie pro uiribus operi antedicto, in quo opere expenditum est per nos ultra dictam quantitatem de nostro proprio. Preterea cum omnimoda reverentia ad suam memoriam reducatis, qualiter iam per antea, dum eius prelati et barones sue maiestatis iussu fuerunt in Dalmatia pro reformatione regnorum Dalmatie et Croatie tunc pro parte nostri consilii et communis coram eis fuit petita restitutio trium insularum, videlicet Srimaze et Zure et Arte communis Jadre, quas per potentiam Venetorum Sibenicenses tenuerunt, usurparunt et expoliarunt dictum commune, et sic retinent usquemodo, et qualiter per predictos barones assignatus fuit terminus partibus superinde comparendi coram sua regia maiestate et qualiter in dicto termino comparuerunt Iegitimi sindici et ambasciatores communis Jadre parte non comparente aduersa et accusata eorum contumacia date sunt littere usque in adventum suorum legatorum ad partes Dalmatie. Demum venientibus Jadram ad partes Dalmatie dominis Nitriense(l) et discreto viro domino Joanne de Brendesecz iuris perito, ipsi auctoritate regia dictum terminum continuando prolungaverunt usque ad aduentum regie maiestatis ad has partes, quam expectarunt et expectant estuantibus animis, desiderantes de iure restitui, qui fuerunt et sunt de facto enormiter expoliati. Subsequenter addatis, qualiter novissime Johanes Guli(!), mercator civis Jadre, litteras regias demonstravit continentes etc. unde volentes de predictis suam gloriosam maiestatem plenissime et veridice informare scire decet eandem, quod cum coram iudice ad civilia Jadre precessore et eorem aliis iudicibus ordinariis civitatis Jadre subsequenter inter procuratores et advocatos communis et ipsum Johannem, demum per pro-

curatores et advocatos predictos fuit quedam consuetudo allegata approbanda vel reprobanda per consilium rogatorum civitatis Jadre, ut semper fuit et moris est, que consuetudo iam deducta sine contradictione per quos sapientes deputatos ad cognoscendum, si dicta consuetudo ad dictum consilium debebat deduci, vel non, et iam cognitum et terminatum per eos, quod debebat reduci, ipse Johannes mox appellauit ad suam regiam maiestatem, quam appellationem nunquam curavit prosequere (!) et dicta appellatione pendente ob reverentiam sue gloriose maiestatis nihil superinde postea extit[it] a^temptatum. Et sic vere potuit cognoscere et potest sua maiestas, si secundum continentiam litterarum ipse Johannes habuit vel habet materiam querulandi. Et supplicare debeatis regiam maiestatem, quod ipse Johannes et alii consimiles, qui volunt, uti valeant iura sua et nostra privilegia ac libertates a regia maiestate concessas(l) et concessa non valeant, et vel ex tacita veritate anibilare velle et frangere, et si gravamen eis videretur iniuste factum possit appellare an velint ad regiam maiestatem, an velint ad collegia, ubi appellationes aliorum destinantur. Que fuit provisio quinque sapientum per maius consilium deputatorum ad providendum super predictis.

Lucius Memor. di Trau lib. V. cap. 7. p. 281.—282.

376.

1366. 12. aprila. (D Dubrovniku),

Kraljica Elizaheta ftotvrđuje, da su Dubrovčani uplatili u kraljevsku blagajnu 500 dukata zlata.

Elizabeth dei gracia regina Hungarie fidelibus suis Nicola de Chauarnigo rectori ac iudicibus, consiliis et toti vniuersitati ciuitatis nostre Ragusine, nostris fidelibus et devotis salutem et graciam. Noverit vestra fidelitas, quod Marinus Aradinis ad nostram veniens presenciam ex parte vestri domino regi, filio nostro carissimo et in eius cameram quingentos ducatos aureos plene et sine aliquo defectu assignavit. Super quorum solucione vos et per consequens ipsum Marinum presentibus commisimus expeditos. Datum in Vissegrad, quarto die festi resurrectionis domini, anno eiusdem millesimo CCC. sexagesimo sexto.

Original u du^rovačkom arkivu. Pecat na povelju pritisnut, oštećen. Zbirka saec. XIV.

Gelcich-Thalloczy Dipl. Rag. br. 37., 44.—45.

OII•

1366. 12. aprila.

Ljudevit kralj' ugarski i hrvatski zapovijeda kaptolima titeljskom, bosanskom i kameničkom, da su na zahtjev kaptola kaločkog i bačkog dulni izaslati svog povjerenika za posjedovne stvari.

Ludovicus dei gratia rex Hungarie fidelibus suis capitulis ecclesiarum Titulensi, Boznensi et de Keo salutem et gratiam. Fidelitati vestrae nrmiter praecipiendo mandamus per praesentes, quatenus quicunque et quotiescunque per anni curriculum a data praesentium per venerabilem in Christo patrem dominum Stephanum (Thomam), eadem et sedis apostolicae gracia archiepiscopum ecclesiae Colocensis, aulae nostrae cancellarium dilectum et fidelem nostrum, per honorabilia capitula ecclesiarum suarum Collochensis et Wachiensis aut procuratores seu officiales ipsarum, exhibitores praesentium, fueritis requisiti una cum Stephano de Prodanch vel Petro filio B'ebe de Paris, aut Stephano filio Mychaelis de Borska, altero ipsorum absente homine nostro, vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum ad faciendum citaciones, inquisitiones possessionum et erectiones ac distinctiones metarum et omnia persequenda, quae in metalibus processibus secundum regni consuetudinern fieri consueverunt; et post haec diem citationis, nomina citatorum et termini assignati, simui cum cursibus metarum ac totius facti serie quo* ties necesse fuerit, toties nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, in octavis festi Pasche domini. Anno domini millesimo CCCLX. sexto.

Feje'r Codex Dipl. Hung. T. IX. 3., 573,—574, Kako veli: Ex relatoriis capituli de Keo.
Ne nadosmo niti u držav. arkivu niii u arkivu narodnog muzeja,*

378.

1366. 22. aprila. U Zadru. (Jadre),

Đuro, župnik sv. Marije i vikar nadbiskupa splj'etskog očituje> da je od samostana sv. Krševana primio dvadesetipetinu duznu za prvu i treću godinu poslanstva papinog legata ^Andruina.

In Christi nomine arrien, Anno a natiuitate domini nostri Yesu Christi millesimo trecentessimo sexagessimo sexto, inditione quarta, die

vigessimo secundo mensis aprilis. Pontirlcatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Vrbani, sancte Romane ecclesie diuina prouidentia pape quinti, anno quarto; temporibus equidem reuerendi patris domini Nicolay de Matafaris, decretorum doctoris et archiepiscopi Jadrensis. Venerabilis vir dominus Georgius, plebanus sancte Marye mayoris de Jadra ac vicarius dicti domini archiepiscopi eiusque subcollector per ipsum dominum archiepiscopum institutus collecte reuerendissimi in Christo patris et domini domini Andruini, miseratione diuina titulli sancti Marcelli presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati in partibus Lombardie, fuit contentus et confessus se habuisse et recepisse a reuerendo in Christo patre fratre Johanne, abbate monasterii sancti Grisogoni de Jadra, dante et soluente vice et nomine suo ac dicti sui monasterii ducatos viginti octo boni auri et iusti ponderis; et hoc pro vigesima quinta primi et tertii anni legationis domini legati supradicti. Vnde prepfatus(l) dominus presbiter Georgius tamquam vicarius et subcollector fecit nomine dicti sui officii eidem domino abbati atque suo monasterio stipullanti et recipienti plenam et inreuocabilem securitatem, finem, remissionem et pactum de ulterius predictam quantitatem ducatorum auri primi et tertii anni legationis dicti domini legati dicte collecte sue iegationis non petendo; rogans me notarium infrascriptum, ut de predictis conficerem puplicum instmmenturm Actum Jadre, in domo habitationis dicti domini plebani, presentibus ser Phiiipo Dobrulli de Benga(!) et ser £ori condam Thomasi de Benedicto, cmibus Jadre, testibus ad hoc uocatis et rogatis et aliis.

(Signum not.)

Ego presbiter Helyas, canonicus Spalatensis, imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre, omnibus [presensj fui, rogatus scripsi et puplicaui signoque meo consueto signaui.

Original na perg. u gubemijal ark. u Zadru; odio samostana ·w Krševana kaps. XXIII, no. 596.*

379.

1366. 30. aprila. (U Dubrovniku).

Općina dubrovačka šalje Leonarda de Dersa, da se uputi kod dubrovačkih trgovaca u Neretvi o sporu, koji je nastao između njih i Filipa de Nosdronia; zatim ima poći do ovoga, te nastojati, da oslobodi dubrovačke trgovce i stvari njihove.

Die ultimo aprilis, indictione quarta. Exemplum commissionis facte Leonardo de Dersa.

Nos Michael de Babalio, rector comunis Ragusii cum nostro parvo consilio ex auctoritate nobis data a consilio rogatorum comittimus tibi Leonardo de Dersa, noster dilecte civis Ragusii, quod in nomine dei et domini sancti Blasii debeas ire ex parte nostra et tocius civitatis predicte ad forum Narenti, et presentabis nostris mercatoribus de Ragusio, quos invenies ibi, nostram litteram, quam eis mittimus. Et debeas informari cum veritate de omnibus novitatibus et discordiis, quas habuerunt nostri mercatores cum Philippo de Nosdronia. Et habendo plenam informacionem debeas ire ad dictum Philippum et debeas sibi dare nostram litteram credencie, quam sibi mittimus; et salutabis eum ex parte nostra cum illis pulchris et ornatis verbis, que videbuntur tue discrecioni. Et secundum quod habebis veram informacionem de novitatibus, quas usque nunc nos certe scire non possumus, ut possimus dare tibi vera et bona argumenta pro bono negociorum, ita te debeas argumentare sapienter cum tua discrecione, prout speramus quod facies, ut nostri mercatores, qui sunt incarcerati cum suis rebus, liberentur. Et debeas dicto Philippo recomendare nostros mercatores cum ipsorum rebus, rogando eum, quod non faciat ipsis novitatem, sed debeat eos tenere cum consuetudinibus et modis consuetis in dicto foro, amoregando vos cum dicto Philippo cum pulchris et ornatis verbis amicicie, prout videbitur tue discrecioni.

Et si dictum Phiiippum tu non invenires in foro Narenti, et esset in Desno(l), et tu in reditu de Narenta debeas te fatigare usque ad eum in Desnam, et facies tuam ambaxiatam; et facto illo, quod poteris facere et habendo responsionem a dicto Philippo et veram informacionem supra istis negociis, debeas redire Ragusium.

Et si Philippum non posses habere in Desna neque in Narento, et tu debeas facere tuam ambaxiatam illi, qui erit loco dicti Philippi.

Lettere e commissioni di Levante vol. 1359.—1880. foL o7.
Libri reformationum 2K 40—41.

380.

1366. 8. maja. (U Čazmi).

Kaptol Čazmanski javlj'a kralj'u Lj'udevitu, da j'e na njegov nalog od 15. marta 1366. uveo Nikolu de Selp u Glavnicu i Jasenovac.

Excellentissimo principi domino Lodovico, dei gracia inclvto regi Hungarie, domino eorum naturali, capitulufn ecclesie Chasmensis oraciones in domino debitas et devotas cum perpetua fidelitate. Vestra noverit maiestas nos litteras vestre serenitatis sub annulari sigillo nobis directas honore, quo decuit, recepisse in hec verba: *(Slijedi listina kralja Ljudevita od god. 1366. 15. maria).* Nos igitur vestre serenitatis preceptis obedire cupientes ut tenemur, una cum eodem Johanne filio Kazmerii, homine vestre sublimitatis, hominem nostrum Petrum, sacerdotem chori ecclesie nostre predicte, ad premissa vestre celsitudinis mandata fideliter exequenda transmisimus pro testimonio fidedignum. Qui, scilicet vestre serenitatis et noster homines, tandem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt, quod prefatus homo vestre exceilencie coram eodem nostro testimonio feria quinta videlicet in festo beati Johannis ante portam Latinam nunc preterito ad facies predictarum possessionum Glaunicha et Jazenouch vocatarum vicinis et commetaneis suis universis legitime inibi convocatis et presentibus accedendo predictum Nicolaum filium Petri in dominium earundem possessionum introduxissent easdemque cum quibusuis ipsarum utilitatibus ad easdem pertinentibus ipsi Nicolao filio Petri eo iure, quo ad ipsum pertinere dinoscuntur, perpetuo possidendas statuissent; eisdemque, scilicet vestre maiestatis et nostro hominibus, propter maiorem rei evidenciam in faciem(l) antedictarum possessionum tribus diebus continuis residentibus nullus commetaneorum in antedictarum possessionum vel aliquarum aliarum huiusmodi introductionis et statucionis per antedictum hominem vestre serenitatis ipsi Nicolao filio Petri factis alicuius contradiccionis obstaculo obviasset. Datum feria sexta proxima post festum invencionis sancte crucis, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto prevocato. (!)

Iz pismohrane Tadije JFerića prepisao Ivan Kukuljević.

381.

1366. 20. maja. U Omišu. (Almissii).

Vlastoručno pismo Filipa iz Zadra, sluibenika bana Nikole de S&g i kastelana omiškog, kojim zajamčuje dubrovačkim trgovcima u Ne~ retvi nepovrjedivost osobe i imetka.

Ego Ph[ilippu]s Fra[n]ciss[ci] de Jadrja], magnifici d[omi]ni d[omi]ni Nicolay de Se<? Dalmac[ie] et Croacie bani, incliti officialis in foro Nare[n]ti, nec non ei[us de[m] d[omi]ni Almisii castellan[us] p[r]o p[ar]te p[re]notati d[omi]ni mei et mea affido et asecuro om[n]es et quoslibet ciues ciuitatis 'Ragusi fo[rum] Nare[n]ti hadire seu h[ab]itare uole[n]tes, v[idelicet], q[uod] in bonis et p[er]sonis ip[s]orum p[ro] p[ar]te mea uel meofrum] officialiufm] ymo g[ener]aliter p[ro] p[ar]te o[mn]iu[m] d[omi]ni bani p[re]fati subdito[rum] eis nulla violencia inferat[ur]; et si, quod absit, alicui factufm] fuisset dampnufm] aliq[uod] notorie, illud tale da[mjpnu[m] promitto ego Philippujs refic[er]e de pecunfia] domini mei om[ni] t[em]p[o]r[e] dura[n]te officio in manu mea, officio dico fori Nare[n]ti. Et ad maiore[m] rei hui[us] cautellafm] p[resen]s sc[ri]ptu[m] sc[ri]psi ma[n]u mea p[ro]p[ri]a meoque sigillo signaui. Hoc ecia[m] adito, q[uod] si alicui hadeu[n]ciu[m] seu h[ab]itanciu[m] fo[rum] Nare[n]ti[x] p[re]dict[u]m aliq[ue] constituciones seu ordinaciones meo[rum] officialiu[m] g[ra]ues e[ss]e uide[re]nt[ur], possit et ualeat cu[m] p[er]sonis et bonis tutfus] recedere. Sc[ri]ptu[m] Almissii, an[n]o incarnat[i]onis d[omi]nice mill[esim]o trece[n]tess[im]o[2] sexagess[im]o sexto die XX[0] may.

Original na papiru u kr. ugar. držav·. arkivu u Buđimpešti; M. O, D. L. no, 35.875., bivša zblrka Kukuljevićeva. — Ispod teksta na pravoj strani vidi se trag okrugla pritisnuta pečata u zelenom vosku. — Listina ova izdana Je iznimno s naznakom. svik kratjca, jer je vlastoručna. I po kraticama i po liJepom ispisanom pismu (talij. minuskula t. j. gotica), koje se ni u čem ne razlikuje od pisanja talijanskih notara, vidjeti je, da je pisac imao odhčnu naobrazbu.

[1] Ispuštena kratica.
[9] Slijedi precrtano: XL,

382.

1366, 23. maja. U Pecuhu. (Quinqueecclesiis).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski dozvoljuje sinovima bana Nikole, da obdrzavaju na svom fosj'edu u Ljndvi godišnji sajam na dan 24. oktobra, i to na temeliu budimskog sajamskog ftrava.

Relacio Ladislal ducis.

Ludovicus dei gratia rex Hungarie et Polonie significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod nos recensitis et rememoratis fidelitatibus et fidelium serviciorum laudedignis meritis nobilium virorum magistrorum Stephani et Johannis filiorum condam Nicolai bani de Lvndva, comitum nostrorum de Zaguria, fidelium nostrorum, quibus iidem in cunctis nostris et regni nostri negociis et processibus tam fideliter quam sincere cum summe fidelitatis fervore nostre studuerunt complacere maiestati et se reddere graciosos utique et acceptos, volentes et ex animo cupientes eisdem magistris Stephano et Johanni fidelibus nostris pro huiusmodi fidelibus serviciis eorum regio occurrere donativo eorum supplicatione nos inducente, ad eandem possessionem eorum Lyndva nundinas seu forum annuum singulis annis singulisque festis Simonis et Jude apostolorum perpetuo celebrandas, sub libertate nundine civitatis nostre Budensis duximus annuendo concedendas, sine tamen preiudicio aliarum nundinarurh comprovincialium. Nos itaque universos mercatores et quoslibet forenses homines cum rebus mercimonialibus procedentes affidamus et assecuramus per presentes, quatenus ad predictas nundinas in dicta possessione Lyndva dictorum magistrorum Stephani et Johannis ac fratrum suorum, ex nostra speciali annuencia perpetuo celebrandas libere veniatis et negociaciones vestras in eisdem tam in vendicionibus, quam emcionibus rerum vestrarum secure exerceatis in eisdem; peractisque inibi negociacionibus vestris, ad propria vel ad alia loca, que tenderitis, libere procedatis sub nostra proteccione et tutela. speciali, rebus vestris et personis semper salvis. Et hec volumus in foris et in locis publicis palam ubique facere proclamari. Datum Quinqueecclesiis, in vigilia festi pentecostes, anno domini M°CCC°LX° sexto.

Original na pergameni u kr. ugar. drž. arkivu u BudimpeŠti: M. 0. D. L. no. 5459. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1540. n. 14.

Na hrptu vidi se trag priiisnuta velikoga pečata kratfeva, a pod njim : Relacio Ladislai ducis.

Nešto poznijom rukom na hrptu: Super congregacione in foro Lyndue.

Osim toga neki znak kancelarski.
U ugln: Perlectum et corroboratum.
Zala vdrmegye torte'nete. II. p. 9—10, no. 7.

383.

1366. 23. maja. U Zagrebu. (Zagrabie).

Petar, arhidjakon zagrebački i vikar Stjepana biskupa zagrebačkog, dozvoljava na fnolbu Petra Martinova de Rakonok, da se nz sagradenu po njemu kapelicu sv. Klare na posjedu Chehii osnuje posebna parohija, koja se ima odcijepiti od parohije sv. Đure u Odri.

Nos Petrus archidiaconus ecclesie Zagrabiensis, venerabilis in Hristo patris et domini domini Stephani, dei et apostolica gracia episcopi ecclesie eiusdem, vicarius in spiritualibus et temporalibus generalis significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod accedens ad nostram presenciam vir nobilis magister Petrus filius Martini de Rakonok diocests Zagrabiensis exposuit, quođ ipse in quodam (!) possessione sua Chehii vocata ultra fluuium Zaue in campo Zagrabiensi habita in dicto archidiaconatu nostro existenti capellam ligneam in loco pro diuinis exercendis inibi congruo votiue construi fecisset et edificari, asserens et exponens, quod populi in eadem existentes, licet aliquando ad ecclesiam sancti Emrici processionalem de Zagrabia et aliquandiu ad ecclesiam sancti Georgii martiris de Odra per eiusdem populi variacionem et temporum incongruitatem veniebant, ex quo eciam, quia supradicte ecclesie parochiales a populo predicto et possessione Chehii in magna distancia habebantur, itaque iidem populi de Chehii aliquando ex aquarum invndacione, aliquando ex frigorum indensitate raro uel vnquam(!) ad ecclesiam ad audiendum et participandum diuina accedere poterant comodose; sacerdos eciam, qui eis uel eorum cathecumenis aut eciam infirmis diuina aministraret propter distanciam longam et magnam ad eosdem accedere non valebat, ex quo quamplures paruuli seu pueri sine sacramento baptismi, nonnulli eciam infirmi absque confessione et communione corporis Hristi et sine vnccione sacra decedebant, supplicans eidem domino nostro episcopo humiliter et deuote, quatenus sibi et dictis suis populis de Chehii supra premissis de remedio prouideret oportuno, vt dictam capellam consecrari et dedicari facere ac cimiterium eidem concedere pro tumulandis corporibus mortuorum ae eidem cap~pelle parochiam congruam et conpetentem limitare et concedere in eandemque cappellam sacerdotem, quem iidem magister Petrus . vellet

assumpmere et in eadem conseruare aimuere dignaretur. Verum quia ydem dominus episcopus volens de circumstanciis et statu premissorum certius experiri, ne alicui predictarum ecclesiarum parochialium in preiudicium in hac parte generetur, nobis commiserat nosque eorum(!) arduis seruiciis eiusdem domini nostri episcopi extiteramus propediti eommiseramus vice nostre persone honorabili et discreto viro domino Johanni archidiacono de Vaska et canonico Zagrabiensi et domino Desew sacerdoti, rectori ecclesie sancti Marci de Gerech, vices nostras gerenti in archidiaconatu nostro predicto, vt predicta perficerent et ad effectum deducerent iuris ordine obseruato. Qui scilicet domini Johannes archidiaconus et Desew vicearchidiaconus noster ad nos venientes nobis certitudinaliter retulerunt, quod predictus populus de Chehii scandela (!) predicta patiebatur racione premissorum et quod omnia premissa sic se habebant, prout superius sunt exppressa; et quia absque graui dampno et detrimento prefate ecclesie sancti Georgii de Odra predicta capella sancte Clare de Chehii poterat comode dotari et ornari eoque in antea nunquam aliquos sapones seu cubulos prescripti populi de Chehii dabant sacerdoti de Odra preterquam tempore nouissimo, quo dicta possessio Chehii devenit ad manus eiusdem magistri Petri et fratrum suorum eorum propria voluntate eidem aliquos cubulos aministrabant. Quibus sic perceptis et repertis nos Petrus archidiaconus et vicarius predictus auctoritate qua fungimur in hac parte, auctoritate nostra(!) etiam statuti olym per venerabilem patrem dominum Ladizlaum, episcopum Zagrabiensem felicis memorie, facti et usque ad hec tempora in dicta ecclesia et diocesi Zagrabiensi inviolabiliter obseruati, in quo continetur, quod ecclesia parochialis centum cubulos seu sapones bladi uel eciam parochianos populos habens deberet contentari; et quia reperitur euidenter, quod predicta ecclesia de Odra ultra centum habeat sapones seu cubulos bladi et parochianos reditus eciam satis cautos et sufficientes, de quibus bene potest contentari, ideo predictam cappeliam in honore sanćte Clare virginis in predicta possessione Chehii constructam et cimiterium pro eadem consecrari annuendo vniuersos iobagiones prefati magistri Petri et fratrum suorum in dicta Chehii et ibidem in eorum possesšionibus habitos et eorum domos et familtas prefate cappelle tradidimus pro comodo sacerdotis et deo famulancium in eadem. Concedthius etianr eidem magistro Petro, vt sacerdotem, quem uoluerit in earidem cappellam suam assumpmendi et in eadem conseruandi habeat optionem prb sue libito voluntatis, prescripte ecclesie sancti Georgii de Odra et eius rectori seu sacerdoti perpetuum silencium tnponendo ih hac parte, eandem ecclesiam sancti Georgii et eius sacerdotem contentum facientes de centum saponibus. Et tlltra de reditibus residuis supra-

dictis dotauit eciam prefatus magister Petrus filius Martini dictam cappellam'et eius sacerdotem seu rectorem cum decem dietis seu araturis terre et sex bobus pro aratro et auibusdam porciš et troncis apum in perpetuam elemosinam pro sue anime remedium et parentum suorum. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum Zagrabie, in .vigilia fešti pentecostes, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto.

Original i njegov duplikat na pergam. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.

Na dnu listine visi žuc'kasto-zelena vrvca bez pecdta.

Laszozvski Codex Turop. I. 82,

384.

1366. 28. maja. U Zadru. (Jadre).

Ofiat samostana rogovskog šalje fio svom monahu Garsolu fiafiinskoj komori 165 dukata, dužnik za firistojbe firigodom ustoličenja za ofiata i svoga i svog firedšastnika.

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate domini nostri Jesu Christi millesimo trecentessimo sexagessimo sexto, inditione quarta, die vigessimo octauo menssis madii; pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Vrbani, sancte Romane ecclesie diuina prouidentia pape quinti, anno quarto; temporibus reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris, decretorum doctoris et archiepiscopi Jadrensis. Reuerendus in Christo pater frater Petrus, dei et apostolice sedis gratia abbas sanctorum Cosme et Damiani Jadrensis diocesis, cupiens satisfacere, ut merito tenetur, de iure deo et sancte matri ecclesie, preuidens sibi casus emergentes, ut ipse et monasterium eius existant deo et hominibus indempnes et monasterium(!) iacturam et detrimentum, sciens se teneri in aliqua quantitate camere ac certis alliis in Romana curia dedit et assignauit fratri Garsullo(l). tnonaco dictisui monasterii, soluendo debitum suum, ne possit sifoi in posterum aliquod sinistrum opponi de non soluto et transmisso ut tenebatur et infrascribitur, ducatos centum sexaginta quinque auri et in auro ad soluerjdum de ipsis camere dicti domini pape quantitatem iliam; que quantitas clarius apparet in taxatione, ut de hoc sciunt dominus Petrus de Tergesto aq dominus Cristianus, procurator prefati domini abbatis; et, quod soluantur alia, que erunt comissa per prefatum dominum abbatem in Romana. euria, in quibus idem dominus abbas-tenjetur. obligatus per promotionem suam exhac(!)

apostolice sedis indultu ad tempus camere domini nostri pape ex gratia ab eadem sede ei concessa pro predecessore suo, qui debuit soluere et non soluit, ut fuit venerabillis uir bone memorie frater Andreas, olim abbas dicti monasterii, debitam persoluit in festo beati Johannis Babtiste proxime uenturi et etiam pro parte eius debitam et assignandam, prout supradicitur pro promotione eius, dum existeret 'curie Romane per eum promissam, ne sibi possit in posterum aliquid opponi de non transmisso uel soluto seu neglecto, si casus infortuiti. seu quoquo modo sinistri uel allias contrarii, quod absit, emergerent, quod non satisfecit, ut debuit iuridice ut filius obediens sancte matri ecclesie, ut quilibet deuotus Christianus in termino sibi prefixo ut predicitur de prefata pecunia persoluenda. Et idem uero frater Garsolus incontinenti confessus et contentus fuit se recepisse dictam pecunie quantitatem a dicto domino abbate in promptu, renuntians exceptioni non date, non habite et non recepte dicte quantitatis pecunie ac omni allil iuris auxillii(l) et fauori omnino renuntians. Promittens idem frater Garsollus de mandato dicti domini abbatis dictum iter incontinenti aripere ut tenetur, absque aliqua mora uel intermissione, omni causa penitus procul mota. Quam pecuniam idem frater Garsollus debeat et teneatur assignare iiomine dicti domini abbatis ac predicti sui predecessoriš atque prefati sui monasterii in banco Venetiis cambiatori, assignaturos (!) eos Auinioni in manibus fratris Benedicti, monaci dicti monasterii sanctorum Cosme et Damiani, non cuibet (!) eorum per se, . set omnibus insimul, ut dicti quatuor(l) nomine dicti domini abbatis atque eius predecessoris suique prefati monasterii dent et persoluant cameram dicti domini pape cum pecunia antedicta, obtinentes a dicto domino thesaurario absolutionem atque quietationem solutionis nominate, quam soluere debeant dicti tam solutionem primi anno, quam defraudauit Laurentius, quam etiam anni secundi. Rogans me notarium infrascriptum idem dominus abbas, ut de premissis conficerem duo puplica instrumenta simillia: unum quod portatur ad curiam Romanam et aliud- quod apud ipsum remaneat. Actum Jadre, presentibus domino Philipo de Sloradis, plebano sancti Petri noui de Jadra etjuano sartore filio Pribsce, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Signum not).

Ego presbiter Helyas canonicus Spalatensis, imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre, hiis omnibus interfui, rogatus scripsi et publicaui signoque meo consueto signaui.

Original na pergam. u ark. gubem, % Zadru, odio samosiana rogovskoga no. 77.

1366; ?9. maja. (U Požegi).

Pred 'podžupanom i flemičkim sucima požeškim prodaje Grgur Radojei) de Wrsan svoj posjed IVrsan Tomi Ilijinom., te mu naročito zajatnčuje, da će moći provesti diobu zajednice od ostalih rodaka prodavaoca.

Nos magister Johafcnčs vicecomes venerabilis in Christo patris do~ mini Vilhelmi, dej et ^postolifce sedis gracia episcopi ecclešie Quinque^ eGclesiensis et inter ceteros honores comitis de Posaga, DorniniGus filius Nicolai, et Michael filius Martini, iudices nobilium comitatus eiusdernj signifiGamus tenore presencium quibus expedit vntuersis, quod Gregorius filius Radova filii Stephani dicti Zwz de Wrsan ab vna, Thomas filius Elye Magni de eadem Wrsan parte ab altera eoram nobis personaliter constituti, idem scilieet Gregorius confessus extitit oraculo viue vocis^ quod ipse vniuersas possessionarias porciones suas in eadem Wrsan inter filios Wratozlay tam iure hereditario, quam eciam titulo empcionis ipsum contingentes cum vtilitatibus et pertinenciis earundem poššessionariis porcionum, videlicet sessionibus, terris arabilibus, fenilibus, siluis, nemoribus et aliis attinenciis earundem vniuersis prenominato Thome filio Elye pro septem marcis denariorum Veronensium [1] ab eodem sicut đixit receptis plene, dedisset et vendidisset, et nichilominus dedit et vendidit coram nobis iure perpetuo et irreuocabiliter in heredum heredes possidendas, tenendas pariter et habendas, omne ius et dommium suum de dictis possessionariis porcionibus excipiendo et dominium predicti Thome filii Elye in easdem possessionarias porciones omnino introducendo; dando eidem Thome filio Elye, si necesse fuerit, ab aliis proximis< scilicet Gregori (!), possessionariam diuisionem exsequendi, faciendi et disponendi plenariam potestatem. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad peticionem prelibati Gregori presentes concessimus litteraš sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum feria sexta pro^ima post festum beati Vrbani pape, anno domini millesimo CCC° LX° sexto

Original na pergameni u kr. ugarskom drzavnom arkivu u Buđlm-'fiesti; M. 0. D. L. no. 33.612 —. Stara signaiurat N. R. A. fasc. no. 1510.

*Na listini vise o jednoj modroj svilenoj vrvci tri mala pečaia^*

[1] Viennensium?

386.

1366. 7. juna. (U Cazmi).

Cazmanski kaptol prepisufe svofu listinu od g., 2354. 10. septembra. (Cod. dipl. XIL 253.).

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendafltes significarnus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Paulus filius Maurycii nobilis de distfictu Garyg ad nostram personaliter aceedendo presenciam, exhibuit nobis quasdam litteras priuilegiales moderno nostro sigillo consignatas; petens hos humili cum instancia, vt ipsas copiafi et patenter sub iderri sigillum nostrum transscribi faceremus uberiorem sui iuris ad cautelam. Quarum tenor talis est: *(Slijeđi listina istoga kaptola od g. 1B54. 10. septembra).* Nos itaque iustis et legitimis peticionibus ipsius Pauli filii Mauricii annuentes, predictas litteras priuilegiales copiari et patenter de verbo ad verbum presentibus transscribi faciendb, apposicione eiusdem nostri sigiUi duximus consignandas, maiorem rey ad eautelam. Datum in dominica proxima post festum sanctissimi corporis Christi, anno eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo sexto.

Original na pergameni u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpestv.: M. 0. D. L. no. 35.237. — Stara signatura: Acta monast. Garig fasc. 77. no. Jo.*

Na hrptu listine vidi se trag pritisnuta pecata.

387.

1366. 9. juna. U Križevcima. (In Crisio).

Od Đure Zupana i plemićkih sudaca križevačkih izaslani Blai llijin i Stfepan Demetrijev izvifestiše, da su kmetovi Stjepana sina bana Mikca priznali doduše, da su naselili jednog kmeta., koji fe pripadao sinovima Ladislava de Rakonok, na posfedu spomenutog Stfepana, ali da gd ne htfedoše izručiti.

, Nps magister Georgius comes Crisyensis, vices gerens vicariatus Vegni Sclauonie et iudices nobilium dicti comitatus Crisyensis, memorie commendamus, quod comes Blasius filius Elye vnus ex nobis iudex nobilium et Stephanus filius Demetrii, homines nostri speđales, per peti-

cionem Thome et Benedicti filiorum Ladislai de Rakonok ad infrascripta rescienda et inquirenda, nec non eciam peragenda de sede nostra iudiciaria per nos legitime transmissi, demum ad nos exinde reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi personaliter accedendo a nobilibus et ignobilibus conprouincialibus, nec non aliis communibus parcium illarum hominibus, quibus decuit et licuit, palam et occulte diligenter inquirendo et inuestigando hanc de infrascriptis sciuissent meram et omnimodam veritatem: quod magister Stephanus filius quondam Mychk bani feria sexta proxima post festum asscensionis domini nunc preteritum, vnum iobagionem prefatorum filiorum Ladislai cum omnibus bonis et rebus suis per suos iobagiones de possessione eorundem Rakonok vocata in suam possessionem[1] in eadem Rakonok habitam abduci fecisset moraturum. Cum tamen dominus noster rex vniuersis regnicolis suis sub pena in litteris maiestate (!) sue expressa commisit et firmiter regio sub edicto preceperit, ut nullus alterius iobagionem incipiens a festo beati Georgii martiris nunc preterito, usque terciam reuolucionem eiusdem festi asumpmere presumpmeret, rescitaque iidem homines nostri huiusmodi de premissis veritate, ad vilicum et iobagiones eiusdem magistri Stephani in dicta Rakonok habitos seu existentes accedendo, ipsum iobagionem iuxta predicti domini nostri regis constitucionem prefatis filiis Ladislai reddi et restitui repetissent. Qui quidem vilicus et iobagiones, licet ipsum iobagionem per preceptum dicti magistri Stephani domini eorum se in medium eorum conduxisse moraturum non denegassent, tamen ipsum absque scitu et precepto dicti domini eorum restitui noluissent Datum in Crisio, feria tercia proxima ante octauas sacratissimi corporis domini, anno eiusdem M.°CCC.°LX°. sexto.

Original na papiru, na hrptu trag od pet pecata. U kr. ugarskom drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. Đ. L. no. 35.876. — Nekada zbirka Kukuljevićeva.

388.

1366. 13. juna. U Zadru. (Jadre).

Grgur de Nassis, građanin zadarski, prima od Zoila de Cesamo stvari u vrijednosti od 60 dukata u ime miraza svoje zene Katarine.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentessimo sexagessimo sexto, indictione quarta, die tercio decimo

[1] Slijedi nešto precrtano.

niensis iunii, Jadre; regnante domino nostro domino Lodouico, dei gracia serenissimo rege Vngarie; et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro, decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis ac magnifici domini Nicolai de Sec, totius Dalmacie et Crohatie generalis bani et comitis Jadre. Gregorius condam Damiani de Nassis, ciuis Jadre, sponte confessus fuit et contentus se a £oillo condam Sergii de Cesamo, ciue Jadre, habuisse et recepisse in augmentum et nomine augmenti dotis domine Catarine eiusdem £oilli filie, sponse et uxoris eiusdem Gregorii, sexaginta florenos auri in drappis, laneis et lineis, auro et argento et aliis ornamentis et rebus mobillibus eorum comuni concordia, consensu et uoluntate dictos sexaginta florenos auri; exceptioni non habite, non recepte et non sibi date dicte quantitatis florenorum auri et rerum mobilium extimatorum dicta occaxione, ut supradictum est, et omni alii legum et iuris auxilio et omnibus statutis, promissiontbus(i)[1], reformationibus et consuetudinibus ciuitatis Jadre pro eo in aliquo facientibus omnino renuntians. Nec non promittens prefatus Gregorius per se et suos heredes et sucessores dicto QoilIo uice et nomine dicte domine Catarine et suorum heredum et sucessorum stipulanti et recipienti dictos sexaginta florenos auri custodire et saluare pro augmento et nomine augmenti dotis dicte domine Catarine eius sponse et uxoris secundum ćonsuetudiheš et statuta Jadre ac dare, soluere. reddere et restituere eidem do^ mine Catarine eius šponse et uxori uel suis heredibus aut sucessoribus siue cui ius et casus dederit dictos sexaginta florenos auri in auro botios, legales et iusti ponderis in omnem casum et euentum dotis[2] augmento reseruando, sub pena quarti stipulatione promissa et refectione dampnorum et expensarum litis et extra; pro quibus omnibus et singulis obseruandis prefatus Gregorius obligauit eidem ^oillo stipulanti ut supra se et suos heredes et successores et bona sua omnia pressencia et fuctura; et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum pressentibus Damiano Biualdi de Nassis et Johanne Georgii de Soppe, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Paulus Nycholay de Derechia, iudex examinator manum mysy(!)

(Signum not)

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius et

[1] Očito treba da bude provisionibus.
[2] Izostavljeno restituende i još nešto.

Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsr et publicaui et signum meum aposui consuetum.' ;•:'

Original na pergameni. u arkivu samostana sv. Marij'e u Zadru. a. 1366. . V

389.

1366. 23. juna. (D Križevcima).

Pred Đurom iupanom križevačkim izmiruju se Đuro sin Hejdrikov sa Nikolom u svim svojim sporovima.

Nos magister Georgius comes Crisiensis . . . .; . . dicti' comitatus Grisiensis memorie commendamus . . . .••.; parte vero ex altera Georgib filio Heydricy de iuxta . . . . , . expositiim extitit per eosdem ministerio viue vocis pariter et relatum; quod iidem su[per omni]bus causis, ... articulis quoquo modo vsque ad hec tempora inter ipsos factis, commissis et irrogatis, [s]pecialiter in facto wlneracionis ipsius Nicolai ad plenurn concordassent et concordarunt coram nobis alter alteri plenam et omnimodam satisfacciohem faciendo et inpendendo, qua super premissis contenti sunt, liti, accioni et questioni super causis iam pro bono pacis sopitis et sedatis, que eis vel eorum heredibus expeterent vel expetere possent in futurum, renunciando. Datum in vigilia festi natiuitatis sancti Johannis Baptiste, anno domini M.° CCC°. LX° sexto

Original na papiru vrlo ostećen u kr. ugar. dr&avnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 34,635. — Stara signatura: Acta monasi. de Ztreza fasc. I. no. 5. ,

Na hrptu listini vide se dva okrugla pečata pritisnuia, dok ireći manfka.

390.

1366. 23. juna. Bologna, (Bononie).

Kardinal Andruin, poslanik papin> očitufe, da je primio od dioceze trogirske 37 dukata za poslaničku prokuracifu.

Nos Andruinus miseratione diuina tituli sancti MarcelH presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, presentium tenore fatemur recepisse

per manus dilecti in Christo Johannis Mathei a venerabili in Christo patre . . [1] episcopo Traguriensi soluente pro se et clero suo triginta et septem ducatos auri pro solutione nbstrarum pirocurationum quarti ahni nostre legacionis de mandato nostro assignatos magistro Johanni de Florentia, canonico Paduano, thesaurario nostro. De quibus XXXVII. ducatis auri episcopum et clerum prefatos assoluimus et quitamus. In cuius rey testimonium presentes literaš impressione nostri sigilli fecimus communiri. Datum Bononie, die XXIII. iunii, pontificatus domini nostri domini Vrbani, diuina prouidentia pape V., anno quarto.

,, *Original na pergam. u ark. kaptola u Trogiru no. 100.*
Na pravoj strani listine odozdo vidi se trag ovalna pecata u crvenom vosku.

391.

1366. 1. jula. Avignon. (Avinioni).

Papa Urban V. dijeli oproste svima, koji bi štogođ doprinijeli za kri&arsku vojnu Ljudevita, kralja ugarskoga i hrvatskog protiv Turaka.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus .. [1] Jadrensi et . . Spalatensi ac . . Ragusino archiepiscopis eorumque suffraganeis salutem et apostolicafn benedictionem. Celestis regis tenentis in excelsis imperium uices licet immeriti gerenteš iii ecclesia militante, fidem „ catholieam, extra quam salus animarum non preuenit, tenemur custođire summopere ac diffusiuš propagare, fideles quoque in unitate ecclešfe persistentes pro posse protegere ipsorumque impugnatores profugare pro uiribus et ad hoc efficiendum fideles ipsos spiritualibus donis et gratiis inuitare, ut tenebrosa infidelitatis obsćenitaš cedat eiusdem fidei claritati sicque impiorum teiiiefitas presumenš molestare ac dissipare dei populum reprimatur, quod ćultores trinitatis ab infidelium hostilitate securi libere ualeant altissimo famulari. Sane in publicam notionem omnium pene Christi fidelium, presertim orientalium, noscitur deuenisse, quod impiorum Turćhorum, seuissimorum hostium Christiani nominiš, rabies in ipsos fideles retroactis temporibus sic excreuit, sic feritatem sui furoris armauit, quod eorum uiribus, quas fortiores fecit seua crudelitas, conglobatis nonnulla insulas, ciuitates, ćastfa, villas, casalia et **loca** eorundem **fidelium** presumptuosis **cofiatibus** oecuparunt et

[1] U originalu mjesto imena.

nonnulla ex eis detinent occupata, alia uero ignis cremarunt incendio seu alias crudeliter destruxerunt, eorum incolis utriusque sexus professoribus sacratissime fidei aliis inhumaniter ferro peremptis, aliis profugatis et aliis in miseriam infelicissime captiuitatis abductis et ascriptis tam abhominabilis nacionis perpetue seruituti depopulatisque nonnullis insulis a!iisque terris de partibus ultramarinis, in quibus iidem fide!es degebant, sic eorum semper ascendit superbia, sic ausus detestabiles non inuenientes ualidum obicem augmentantur assidue, quod a certis citra temporibus regnum Cipri, quod incolitur fidelibus prelibatis ingredi 'et predari temptarunt nonnullos utriusque sexus exinde christicolas absportantes et quasi licenter et intrepide cursitantes per maria nonnullis remotorum ab eis fidelium finibus appropinquant suam extollentes dampnandam audaciam et cultorum Christi nomen et gloriam deprimentes in grauissimam nostri redemptoris iniuriam ac inextimabile dampnum, et nisi talibus obsistatur conatibus in magnum periculum populi ChristianL Que omnia acceptissimus deo princeps, carissimus videlicet in Christo filius noster Lodouicus, rex Vngarie illustris, quem deus igne deuotionis accendit a[c orn]auit uictoriis et potencia roborauit, pie considerans et in tanta miseria et periculo constitutis caritatiua sua humanitate compaciens spiritu consilii et fortitudinis ind[ductus] et confortatus, sicut nobis per venerabilem fratrem nostrum Stephanum, episcopum Nitriensem, ambaxiatorem suum propter hoc specialiter ad sedem apostolicam destinatum significare curauit ad ulciscendum tot et tantas dicti redemptoris iniurias ac subueniendum eisdem fidelibus, qui persecutiones et inpugnationes dictorum Turchorum iugiter perferunt et eorum presumptuosa molimina reprimendum et exterminandum contra eos, si cum *dei* auxilio poterit, disposuit cum beneplacito et licencia dicte sedis pro illo, qui pro eo dignatus est mori, se tradere periculis et labori ac largitam sibi a deo potentiam in obsequium exponere largitoris cum grandi multitudine suorum subditorum et nonnullorum aliorum fidelium contra Turchos eosdem magnifice processurus nobisque humiliter supplicauit, ut assumendi in forti brachio huiusmodi negotium et illud, prout sibi ministrabit altissimus, prosequendi licentiarn ac omnibus et singulis Christi fidelibus, qui tam ex eo, uel ducibus seu capitaneis ab ipso contra prefatos Turchos mictendis deuote accesserint, ut in huiusmodi bello dominico eo prompciores reddantur, quo maiori gratia se prospexerint premiandos, illam plenam indulgentiam, que per dictam sedem dari solet transfretantibus in terre sancte subsidium concedere dignaremur, nosque letati ab intimis de tanti principis deuotione et magnanimitate tam grandi ac huiusmodi suum sanctum propositum apostolicis coadiuuare fauoribus intendentes de fratrum nostrorum consilio dictam

licenciam auctoritate apostolica duximus concedendam. Vt igitur subditi prefati regis et alii, qui eum seu eosdem suos duces seu capitaneos in huiusmodi viagio seu prosecutione negocii contra dictos Turchos inpugnantes, ut premictitur, Christianos in dicta unitate manentes uoluerint comitari ad hoc amplius animentur, ipsos ad hoc quibusdam spirituahV buš munificentiis, indulgentiis uidelicet et remissionibus prouidimus inuitandos. Quocirca fraternitati uestre de dictorum fratrum consilio per apostolica scripta commictimus et mandamus . . . . nichilominus obsecrantes per aspersionem preciosi šanguinis Jesu Christi, quatinus pie considerantes tot et tanta miserias et pericula populi Christiani ac pro* uide attendentes, quod cum fidelium suorum regimini uos uelut insolicitudinis partem assumptos prefecerit dominus ad promotionem huiusmodi sancti negocii plus ceteris tenemini ex officio pastorali, tanquam precones fideles et fortes athlete fidei contra predictos perfidos hostes Christi, singuli uidelicet uestrum in singulis uestris ciuitatibus et diocesibus per uos et alias personas ecclesiasticas, seculares et regulares ordinum quorumcumque, quas ad hoc ydoneas fore noueritis, cunctis Christi fidelibus iuxta datam nobis et eis a deo prudenciam proponatis publice uerbum crucis et uenerabile signum eius quibusuis fidelibus illud suscipere deuote uolentibus, quos ad hoc utiles fore credideritis concedatis ipsorumque humeris imponatis fideles eosdem, quos ad audiendum proposicionem ipsam quociens expedierit ad loca ydonea conuocare possitis solicitis exhortacionibus et oportunis instanciis inducentes, ut suscipientes cum reuerencia signum crucis ipsumque suis cordibus imprimentes contra hostium predictorum perfidiam insurgant uiriliter ac negoeium ipsum feruenter assumant et feruencius prosequantur. Porro, quia dignus est operarius mercede sua, singulis noštrum(!) et eorum, quos [ad] predicacionem crucis, ut dictum est, duxeritis assumendos in hoc diuino fideliter laborantibus opere preter mercedem eternam, quam merito sperare potestis, quocienscumque populis ad hoc specialiter conuocatis [ex]posueritis uerbum crucis vnius anni et quadraginta dierum, nec non fidelibus ipsis, qui [ad] verbum huiusmodi audiendum deuote conuenerint, centum dierum, uere tamen penitentibus et confessis, indulgenciam elargimur et ut cuncti fideles tanto libencius et efficacius premissa prosequi studeant, qu[ando] ex suis laboribus pociorem graciam se nouerint percepturos, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi ac illa, quam nobis deus licet inmeritis ligandi atque soluendi contulit potestate omnibus Christi fidelibus, qui dicto rege huiusmodi negocium personaliter per suos duces et capitaneos ac subditos prosequente contra dictos Turchos ultra ni . . . . .are profecti fuerint et laborem huiusmodi in personis propriis

šubierint et expensis plenam suorum. peccaminum, de quibus fuerint ueraciter corde contriti et ore confessi, uemam-indulgemus et in retribur cione in ". . V. . ..'.' salutis eterne polJicernur augmentufti; eis afutem, qui licet in alienis expensis . . . .::". . . . . . . [propriis] peršonis illuc accesserint; et illis similiter, qui iuxta facultatem et qualitatern suas bellatores ydoneos in expensis propriis destinabunt, quamuis persbnaliter ipsi non uadant, plenam concedimus » ... •. . . . . .peccatorum, penitencias uero omissas seu recte non factas per aliquos ex p . . . .'.. . , ...,.; cionem aliam aut a!iquod pium opus uel restitucionem seu aliam . . . .*:;. . . . ./ . aut erogacionem concernerent eisdem misericorditer remictentes omnibus ipsis eoncedimus, quod" per confeššio&erji generalem peccatorum, de quibus rnemoriam non habuerint, que taimen, si illa in speciali recolerent, confiterentur libenter, indulgenciam plenam obtineant taliter ...
tamen, quod si postmodum ad eorum memoriam huiusmodi peccata redierint, iila teneantur specialiter confiteri; eos preterea, qui licet non iuxta !qualitatern et facultatem suam. aliquem tamen seu aliquos bellatores ydoneos, ut premittitur^ in subsidium dicti negocii propriis sumptibus destinaueriht uel de suis.temporalibus bonis contribuerint ad aliquos destinandos et illos, qui pro dicto negocio seu uiagio de bonis eisdem congrue tiiinistrabunt, prout singulis fuerit diuinitus inspiratum, nec non consiliarios testatorurrr, qui testatores eosdem ad subueniendum pro dićto negocio cum effieacia hortabuntur ac illos eciam, qui pro huiusmodi sancto riegocio laborabunt et hactenus laborarunt et alias ad promocionem ipsius consilium et auxilium impenderunt(I) et inpendent iuxta aualitatem subsidii et deuocionis affectum ac mensuram laboris participes esse uolumus indulgencie memorate; rursus illos, qui dictam crućem assumerit aut uotum de proficiscendo in dicto uiagio emiserint, uel emictent, si moriantur antequam iter arripiant, dutn tamen pro subsidio ddcti passagii rantum dimiserint^ quantam expensuri fuissent secundum sui status decenciam eutido, morando et redeundo per arinum, si personaliter iuissent in dicto uiagio et quantitatem huiusmodi in uita eprum iuxta suas declarauerint consciencias, quas super hoc oneramus, hec non et eos, qui post assumpcionem seu uotiim huiusmodi uiuentes declarauerint plenam indulgenciam obtinere se uelle ac dare in dictt -negocii subsidium, .si eos contingeret premori,- quantum essent per annum eurido personalker, ut de aliis premittitur expensuri, etiam si quantitatem eandem ufuentes non declarauerint, quo casu quantitas ipsa per legatum dicte sedis, si in eodem uiagio fuerit, alioquin per taliter decedencium ordinarios debeat declarari plene consequi uolumus indulgenciam memoratam, retenta nichiiominus sedi prefate potestate, quod

facultatem declarandi quantitatem predictam possit aliis corhmictere?'ćf transferre in alios, ši hoc uiderit expedire. Volumus insupef, quod ilU ex crucesignatjs seu uouentibus supradictis, quos de intencione sua ttor£ obligandi heredes suos infra tfimidium annum huiusmodi declaracibne^ non facta. postea mori ćontigerit, plenam indulgenciam consequantur, heredes tamen ipsorum et bona ad quantitatem, quam illi, si iuissent in dicto viagio [fuišsejnt per annum, ut de aliis predicitur expensuri conuertefida in negoćii predicti subsidium remaneant' obligati. Si autem aliqui ex crucesignatis uel uouentibus memoratis rnfra dimidiurn annum prefatum priusquam declarauerint se uelle plenam indulgenciam obtinere ac dare pro dicto [uiagjio, quantum essent expensuri per annum, decedant,. nullam habeant indulgeneiam dietorum assumpcionis seu uoti pretextu; sed si forsan aliud dederint pro uiagio sepedicto iuxta quantitatern subsidii et deuocionis affectum, sint participes indulgencie memorate, heredibus et bonis eorum alias in nullo remanentibus obligatis. Vt autem huiusrnodi sanctum negocium felicius prosperefur, volumus, ut in singulis cathedralibus, collegtatis et parochialibus ecclesiis nostrarum ciuitatum et diocesium singuli trunci concaui ponantur tribus clauibus consignati, prima uidelicet penes episcopum diocesis, secunda penes ecclesie prelatum seu rectorem aut sacerdotem et tercia penes aliquem uite probatum laicum, conseruandis et in eis fideles Christi, iuxta quod dominus mentibus eorum inspirauerit suas elemosinas deponere in suo«^ rum remissionem peccaminum moneantur. Porro desiderantes inter se, quod huiusmodi negocium optatum sorciatur effectum et eiusdem regis et aliorum Christi ftdelium pia deuocio oracionum adiuta suffragiis circa prosecucionem dicti negocii efficacius roboretur auctoritate presencium ordinamus, ut in singulis supradictis et aliis eciam regiilaribus ecclesiis dicti regni qualibet ebdomada semel certa die pronuncianda populo vna missa pro salute đicti regis et prosperitate šancti negocii prelibati prefata prosecucione durante cum infrascriptis oractoriibus solemniter celebretur, ita quod in prima de trinitate, in secunda de cruce et in tercia ebdomanđa de beata Maria uirgine et sic deinceps rriisse huiusmodi debeant celebrari, nisi forsan id festiuitatis alicuius sblemnitas [imjpediret, quo casu post oraciones festi ordine suo semel in ebdomada dicantur oračiones huiusmodi ut prefertur. Cunctis uero fidelibus uere penitentibus et confessis, qui durante prosecucione dicti negocii pro ipsius consumacione felići deuote ad dominum preces . . . . • derint dies utdelicet, singults diebus, quibus orauertnt de iniunctis eis penitenciis misericorditer rela^amus. Predicte autem oraciones sunt ište: »Deus, qui a diui . . : . . . , ... prouidencia cuncta disponis, te suppliciter exoramus, ut regem nostfvim ac corriiltones et propughatores tuos cau-

sam orthodoxe fidei deuotis anirhis prosequentes incolumes conseruare digrieris ac de hostibus triumphato ad loca propria remeare čoncedis per dominum« etc.; oracio sećunda: »Sacrificium, domine, quod imrholamus, intende ac propugnatores tuos ab hostium malignitate . . . . . . et in tue proteccionis securitate conserues«. Alia oracio post comunionem: »Pfotector noster aspice deus et fideles tuos ab hostium deffende periculis, ut ab minis e[orum] . . . . one remoti libera tibi mente deseruiaht per dominum nostrum etc.« Verum quia presentes littere nequirent forsan propter viarum discrimina uel alias nostrum singulis commode presentari, uolumus, quod per te, frater archiepiscope Jadrensi, dictarum licterarum transumptum manu script[oris] publici tuoque munitum sigillo vobis aliis predictis archiepiscopis et suffraganeis transmictatur, cui adhiberi per uos . : . . . . ; is uelut originalibus plenam fidem. Datum Auinioni, kalendis iulii, pontificatus nostri anno quarto.

Original na pćrgam, it gubern arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana, kaps. XI. no. 131.*

Na listini nalazi se uzica oa konca; pečat ie otpao.

392.

1366. 9. jula. U Zadru. **(Jadre).**

Matija de Fanfona prodaje Nikoli Misule 44 mjerova vina predstojeće berbe iz vinograda na Velikom otoku (de insula Magna).

In Christi nomine amen. Anno ab incamatione domini nostri Jesu Christi millessimo trecentessimo sexagessimo sexto, inditione quarta, die nono menssis iullii; regnante domino nostro domino Lodouico, dei gracia serenissimo rege Hungarie; temporibus equidem reuerendi patris domini Nicolay de Matafaris, decretorum doctoris et archiepiscopi Jadrensis, atque magnifici et potentis viri domini domini Nicolay de Zeech, regnorum Dalmatie et Croatie generalis bani et comitis ciuitatis Jadre. Ser Matheus condam Jacobi de Fafona pro se suisque heredibus et successoribus dedit, uendidit atque tradidit Nicolao mercario filio condam Misulli vicarii de Jadra pro se suisque, heredibus et successoribus emenjti et recipienti quadraginta quatuor modia vini anni instantis de venderaiis proxime futuris et quod sit medietas dicti vini alba et medietas rubea-, quodlibet separatum per se; et sit vinum dictum de insula Magna de loco uocato Puncte, de vineis antiquis dicti Mathei et non de pastiuis. Et hoc quodlibet modium pro grossis octo; quod pretium

prefatus uenditor pro s'e šuisque heredibus et successoribus fuit contentus et confešsus se habuisse et recepisse a dicto emptore ac sibi datum et solutum fore et satisfactum; exceptioni non date, non habite, non recepte et non solute dicte quantitatis pecunie et omni allii iuris auxillii et fauoriš omnino renuntians. Tamen hoc pacto et conditione, quod dictus Nicolaus ire debeat ad expensas suas proprias accipere dictum vinum; quod si noluerit ire illuc solus pro accipiendo dicto vino predictus Nicolaus, tunc predictus ser Matheus debeat ibi esse personaliter in vendemiis et mensurare dictum vinum et mittere eum dicto Nicolao huc Jadram expenssis propriis Nicolay nominati; et quod tale vinum dictus ser Matheus debeat et teneatur dare sine aliqua exceptione iuris vel facti dicto Nicolao per totum mensem septembri(l) proxime uenturi, sub pena quarti dictorum denariorum et refectione omnium dampnorum et expensarum litis et extra ac obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum; et pena soluta uel non, nichilominus pro modo predicto presens instrumentum plenam obtineat firmitatem. Quam quidem vendicionem supradictam vini fecit dictiis ser Matetis de assensu et uoluntate ac licentia sue matris Nicolao nominato. Actum Jadre, presentibus ^anitto fabro condam Andrigi et Stanco sartore, fillio naturaii ser (^anini de Sloradis, testibus ad hoc uocatis et rogatis et alliis.

(Dntgi rukopis).

Ego Saladinus de Saladinis, iudex examinator me subscripsi.

Original na perg. u arkvuu groj. Begna u Posedarju: P. no. 105.

393.

1366. 16. jula. Avignon. (Avinione).

Amald, nadbiskufi auksitanski i komornik papinski. očituje. da je primio duznu rimskoj stolici svotu od samostana rogovskoga.

Uniuersis presentes iitteras inspecturis Arnaldus diuina miseratione archiepišcopus Auxitanus, domini pape camerarius, salutem ih domino. Ad vniueršitatis vestre noticiam tenore presencium deducimus, quod venćrabilis in Christo pater dominus irater Petruš, abbas monasterii sanctorum Cošme et Damiani ordinis sancti Benedicti Jadrensis dyocesis, pro complemento sui et dominorum Andree et Georgii inmediatorum predečessorum suorum comunium seruiciorum, in quibus erat camere eiusdem domini nostri pape obligatus quinquaginta florenos auri camere apostolice, nec non prb complemento quatuor seruiciorum familiarium

et officialium: ipsius domini nostri pape vndecim florenos auri, quindecim soldoSj quatuor denaribs et obolos monete Auinionensis clericis camere pro dictis familiaribus et oficialibus recipiendis per manus ma^ gistri Petri de' Tergesto, aduocati sacri palacii apostolici, die date presenćium solui fecit. De quibus sic solutis ipsum dominum abbatem, monasterium suum, successores suos et eorum bona absoluimus tenore presencium et quittamus; insuper ipsum dominum abbatem et a suspentionis.(l), excommunicationis et interdicti sentenciis ac reatu periurii et aliis penis, quod et quaš incurrit propter solucionem premissorum non factam in termino sibi prefixo auctoritate nobis in hac parte commissa duximus absoluendum sećum super irregularitate, si quam contraxit interea, sic ligatus se diuinis inmiscendo uel alias non tamen in contemptum clauium eadem auctoritate misericorditer dispensando. In quorum testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigilli cameriatus nostri appensione munire. Datum Auinione, die decima sexta mensis iulii, anno domini millesimo CCC° sexagesimo sexto, indictione quarta pontificatus sanctissimi in Christi patris et domini nostri domini Vrbani* diuina prouidentia pape quinti, anno quarto.

Original na pergam. u ark. gubern. u Zadru> odio samostana rogovskoga no. 78.

Vrvce i pecat su otpali.

394.

1366. 17. jula. Avignon. (Avinione).

Kardinal Vilim> komornik kard. zbora, očituje, da je primio od samostana rogovskoga duinu svoiu spomenutomu zdoru.

Nos Guilelmus miseratione diuina tituli sancte Marie in Transtiberim.presbiter cardinalis, sacri collegii reuerendorum patrum dominorum sancte Romane ecciesie cardinalium camerarius, tenore presencium recognoscimus et fatemur, quod venerabilis et religiosus vir dominus frater Petrus, abbas monasterii sanctorum Cosme et Damiani, ordinis sancti Benedicti diocesis Jadrensis, pro totali suo comuni seruicio, in quo prefato collegio tenebatur *sexdc:cim* florenos auri, decern septem solidos, quatuor denarios ^monete currentis Auinione; et pro totali seruicio familiarium dominorum cardinalium predictorum vnum florenum auri, tres^ decim denarios dicte monete; itern pro totali seruicio domini Andree predecessoris sui, in quo etiam prefato cbllegio tenebatur sexdećirri flo^-renos auri, decem septem soiidos, quatuor denarios dicte monete et pro

totali seruicio familiarum dominorum cardinalium predictorum viginti duos solidos, decem denarios dicte monete per manus domini Petri de Tergesto nobis pro ipso collegio recipientibus solui fecit. De quibus sic solutis ipsum dominum abbatem, monasterium suum, successores suos et eorum bona prefati collegii nomine absoiuimus ,et quittamus; insuper ipsum dominum abbatem a suspensionis, excomunicationis et interdicti sentenciis et reatu periurie(l) et penis, quod et quas incurrit propter solucionem premissorum non factam in termino sibi prefixo, auctoritate, qua fungimur in hac parte, duximus absoluendum, secum super irregularitate, si quam contraxit interea sic ligatus se immiscendo diuinis uel alias, non tamen in contemptum clauium eadem auctoritate misericorditer dispensando. In quorum testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum Auinione, die decima septima mensis iuiii, anno a natiuitate domini millesimo CCC° sexagesimo sexto, indictione quarta, pontificatus sanctissimi patris domini Vrbani pape V. anno quarto.

Original na pergameni u gubernijalnom arkivu u Zadru; odio samostana rogovskoga no. 79.

395.

1366. 19. jula. U Lipi. (In Lippa).

L/udevii kralj ugarski i hrvatski daruje zagrehadkom biskupu Stjepanu i bratu mu Ivanu, sinovima Lovre posjed Goztouich.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie memorie commendamus per presentes, quod quia possessio Goztouich vocata in comitatu Crisiensi adiacens habens ecclesiam in honorem sancti Laurencii martiris in se sitam, quam olim Nicolaus filius Petri de Ludbreg orbatus heredum solacio domine sue uxori vtendam commiserat, pridem eadem domina circa magistrum Ladislaum dictum Zarka, vltimum eius dominum et maritum, de medio sublata ad nos et ad nostram regiam collacionem, prout cetere ipsius quondam Nicolai possessiones, est de consuetudine regni nostri antiqua deuoiuta, igitur nos possessionem eandem cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis fidelibus nostris dilectis venerablli domino Stephano Zagrabiensi episcopo, vicario tocius regni nostri Sclauonie generali, et magistro Johanni filio Laurencii, fratri suo, comiti videlicet WoraSdiensi et castellano castrorum nostrorum terre ^aguriensis, pro eorundem laudedignis et multiplicibus seruiciis titulo

noue donacionis nostre in perpetuam heredum et vniuersorum successorum suorum legitimorum contulimus hereditatem, sine preiudicio dumtaxat iuris alieni, harum testimonio nostrarum litterarum, quas sub maiori nostro sigillo priuilegialiter emanari faciemus, dum fuerint nobis reportate. Datum in Lippa, die dominico proximo post festiim diui* sionis apostolorum, anno domini M°. CCC°. LX° sexto.

Original na pergameni u kr. ugar. dršavnom arkivu u Budimpešti : M. 0. D. L. no. 34.108. — Stara signat N. R. A. fasc. 689. no. 17.

Na listini ozao bijaše pritisnut mali pečat, ispod kojega stoji napisano: Relacio Georgii dicti Zudar.

396.

1366. 19. jula. (U Čazmi).

Pred čazmanskim kaptolom ustupa Ladisiav Zarka posjed Goztouich Nikoli Đurinom iz Bednje i Ani kćeri Tetis.

[Cjapitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris presentem paginam intuentibus salutem in omnium saluatore. Gesta mortalium et acta contrahencium, que in temporis fiunt labilitate, simul cum labenti tempore a rpemoriis hominum dilaberentur et perpetue subiacerent obliuioni, nisi ea prouida scriptorum discrecio stili officio commendari posterorum mentibus intimandum adinuenisset, Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorurn noticiam harum serie litterarum volumus peruenire, quod magister Ladislaus filius Johannis dicti Zarka de Turuk ab vna parte, ex altera autem magister Nicolaus filius Georgii de Bednve sua et nobilis puelle Anna vocate, filie videlicet nobilis domine Tetis nuncupate, sororis sue vterine in personis personaliter coram nobis constituti, idem magister Ladislaus possessionem Gostouych nuncupatam in districtu Crisiensi, vt dicitur, habitam, in qua in honore sancti Laurencii lapidea basilica constructa fore perhibetur, cuius quidem totalis possessionis medietas per ipsam dominam Tetis antea mediantibus aliis litteris nostris priuilegialibus exinde confectis eidem magistro Nicolao donata, tradita fuisse asseritur ex parte predicte domine Tetis, oiym consorte(l) sua{!) iuxta continenciam litterarum priuilegialium honorabilis capituli de Alba Regali exinde confectarum sibi deuentam et deuolutam ob eiusdem, que inter ipsos actenus viguit vnionem et dilectionem proximitatis, nec non pro centum et quinquaginta marcis denariorum per ipsum magistrum Nicoiaum, vt

fertur, in satisfaccionem expensarum suarum ad negocia ipsius possessionis et redempcionem instrumentorum super eadem confectorum consumptarum persolutis ex inducciore et conposicione proborum et nobilium virorum pacem discordiarum zelancium cum quibusuis suis utilitatibus quouis nomine censitis et vocatis ad dictam possessionem spectantibus sub eisdem metis et terminis, quibus ipse eandem tenuisset et possedisset vsquemodo et totam iurisdiccionem suam, quam in prefata possessione cuiuscunque iuris titulo et firmitudinis vinculo in ipsa vsque ad hec tempora habuisset pene et per omnia prefatis magistro Nicolao et nobili puelle Anna uocate eo iure, quo ad eosdem pertin'ere dignoscuhtur perpetuo pacifice et quiete possidendam, tenendam pariter et habendam se remisisse et rešignasse confessus est viua voce spontaneaque voluntate omni iuri, dominyo et pfoprietati, que vel quas in sepedicta possessione modo quocunque vsque nunc habuisset amodo et deinceps renunciando, imo remisit et resignauit coram nobis testimonio presencium mediante. Litteras eciam vniuersas vtputa duas Zagrabiensis, terciam vero de Alba Regali honorabilium capitulorum et quartam nostram priuilegiales et quasdam alias quamplurimas patentes et clausas super ipsa possessione iam dicta habitas et procuratas prenominato magistro Nicolao coram nobis reddidit et restituit ex integro, et si quas ex eisdem aliqua fraudis pretenta reseruasset, presentibus friuolas commisit et inanes ac cuilibet exhibenti nocituras. In cuius rei memoriam roburque perpetuum presentes concessimus litteras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas, Datum in dominica proxima ante festum beate Marie Magdalene, arino domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto.

Original na papiru u kr, ugar. drzavnom arkivu u BudimpeŠti: M. O. D. L. no. 33.309. Stara signatura: N. i?. *A. fasc. 465, no. 12,*

Na listini visi o zelenoj svilenoi vrvci ulomak fiečata,

Na hrptu savremena bilješka: Littera empticia super Goztoich a 'Lado Zarka dicto magistro Nicolao filio Georgii de Bedna et Anne puelle filie domine Tytis.

397.

1366. 27. jula. Avignon. (Auinione).

*Hugo Fabri, po rimskoj stolici određeni sudac između samostana rogovskoga i samostana i općine Šibeničke zbog crkvice sv. Krševana, poziva stranke na sud prema izričitom nalogu papinom, koji je ovu parnicu pred svoj sud povukao, premda ne bi amo spadala**

Hugo Fabri decretorum doctor, domini pape cappellanus et ipsius sacri palacii causarum, et cause ac partibus infrascriptis ab eodem domino papa auditor specialiter deputatus, venerabilibus patribus ac honestis et discretis viris dominis . . sancti Johannis Baptiste et . . sancti Michaelis de Monte, monasteriorum abbatibus Traguriensis et Jadrensis diocesis, ac . . archidiacono Traguriensi et . . archipresbiteri Jadrensi ac . . sancte Marie maioris et . . sancti Petri noui Jadrensium ecclesiarum plebanis, nec non omnibus alijs et singulis abbatibus, prepositis prioribus, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis et uocariis (1) publicis per ciuitates et dioceses Tragurienses, Jadrenses et Sibenicenses constitutis, ad quem uel ad quos presentes littere seu presens publicum instrumentum peruenerit salutem in domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Noueritis, quod discretus vir Bernardus de Soriaco, domini pape cursor, ex parte ipsius domini pape quandam commissionis seu supplicacionis cedulam presentauit in hec uerba: »Significat sanctitati vestre Petrus, abbas monasterii sanctorum Cosme et Damiani Jadrensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, quod licet quedam capella sancti Grisogoni sita in ciuitate Sibenicensi cum iuribus et pertinenciis suis pertinuerit et pertineat ad dictum monasterium et ad abbates, qui fuerunt pro tempore et ipsi fuerunt in possessione pacifica eiusdem, tamen comune dicte ciuitatis Sibenicensis et quidam frater Nicolaus, abbas monasterii sancti Nicolai Sibenicensis, ordinis šancti Benedicti, dictam capellam et bona ipsius occupauerunt et occupant, sic dictum dominum abbatem ac monasterium sanctorum Cosme et Damiani nequiter spoliando. Quare cum in partibus propter defectum iuris peritorum et non causidicorum non bene sperat consequi posse iustitie complementum, supplicant iidem abbas et conuentus sanctorum Cosme et Damiani, quaten,us causam et causas, quam et quas mouent seu mouere intendunt contra dictos commune et abbatem Sibenicenses comittere dignemini alicui de dominis auditoribus vestri sacri palacii audiendas, decidendas et fine debito terminandas cum omnibus suis dependentiis, emergentiis et connexis et cum potestate citandi omnes supradictos in

curia et ad partes communiter et diuisim, quociens opus erit, non obstante, quod dicte cause de sui natura non sint ad Romanam curiam legitime deuolute uel in eadem tractande; et quod posset idem auditor procedere usque ad. decretum citationis, non obstantibus uacacionibus in dictis«. — In fine uero dicte commissionis seu supplicacionis cedule scripta erant de alia manu et littera a supperiori littera omnino dissimili, videlicet hec uerba: »De mandato domini nostri pape audiat magister Hugo Fabri, citet ut petitur et iustitiam faciat et procedat nOn obstantibus feriis«. Post cuius quidem commissionis seu supplicacionis cedule presentacionem fuimus per discretum virum magistrum Cristianum de Krikenberch in Romana curia et domini Petri, abbatis monasterii sanctorum Cosme et Damiani Jadrerisis diocesis, principalis in suprascripta commissione contenti et nominati, procuratorem cum instantia requisiti, quatenus commune dicte ciuitatts Sibenicensis et venerabilem patrem dominum fratrem Nicolaum, abbatem monasterii sancti Nicolai Sibenicensis, ordinis sancti Benedicti, principales in suprascripta commissione nominatos citari in partibus et ad partes per nostras litteras mandaremus iuxta vim, formam et potestatem in dicta commissione nobis attributam in certo termino competenti coram nobis in iudicio per se uel procuratores suos ydoneos comparere eidem domino Petro abbati supef contentis in dicta commissione de iustitia responsuri et alias in causa seu causis huiusmodi super omnibus et singulis in dicta commissione contentis ad omnes et singulos actus gradatim et successiue usque ad diffinitiuam sentenciam inclusiue, prout de iure fuerit, processuri, dicturi facturi, audituri et recepturi, quod ordo dictauerit raćionis, -*HT* Nos igitur Hugo Fabri auditor prefatus volentes mandatum apostolicum supradićtum reuerenter exequi ut tenemur, vos omnes et singulos supradictos et quemlibet vestrum, qui super hoc fueritis requisiti seu fuerit requisitus auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, primo, secundo et tercio peremptorio presencium tenore requirimus et monemus communiter et diuisim vobisque nichilominus et cuilibet vestrum in uirtute sancte obedientie et sub excomunicationis pena districte precipiendo mandamus, quatenus infra sex dies post presenta^cionem seu notificacionem presencium vobis factam immediate sequentes, quorum duos pro primo, diios pro secundo et reliquos duos vobis et veštrum singulis pro tertio et peremptorio termino ac monicione canonica assignamus predictos commune in ecclesia cathedrali Sibenicensi et dominum fratrem Nicolaum abbatem in propria persona, si ipsius presenciam commode haberc poteritis, alioquin in hospitio habitacionis sue et in ecclesia dicti monasterii sancti Nicolai ac in dicta ecclesia cathedrali Sibeiiicensi et alibi, ubi et quando uideritis expedire et fueritis requisiti seu fuerit -requisitus,

ita quod ipsi commune et. frater Nicolaus abbas de predictis non ualeant ignoranciam aliquam allegare publice et alta uoce ex parte uestra, ymmo verius apdstolića pisremptoria citare curetis, quos nos eciam tenore presencium peremptorie citamus, ut octuagesima die ptfst huiusmodi uestre citationis presentacionem seu notificationem immediate sequentem, si dies ipsa juridica fuerit et nos ad iura reddendum sederimus; alioquin proxima die iuridica ex tunc immediate sequenti, qua nos uel alium loco nostri forsitan surrogandum ad iura reddendum pro tribunali sedere contigerit, per se uel procuratores ydoneos ad causam seu causas huiusmodi legitime constitutos cum omnibus actis, iuribus et munimentis eandem causam concernentibus, Auinione in palacio apostolico, ubi iura redduntur uel alibi, ubi dominus noster papa cum sua curia resideret, compareant in iuditio coram nobis uel eodem surrogando loco nostri predicto domino Petro abbati super omnibus et singulis in suprascripta commissione contentis de iustitia responsuri et alias super eis et eorum quolibet in causa seu causis huiusmodi ad omnes et singulos actus gradatim et successiue etiam tempore feriarum, si in ipsa uel ipsis contingat procedi de iure uel speciali dicti domini nostri pape mandato usque ad diffinitiuam sentenciam inclusiue debitis terminis et dilacionibus consuetis, prout de iure fuerit, processuri, dicturi, facturi, audituri et recepturi, quod ordo dictauerit racionis. Nichilominus certificantes eosdem commune et dominum fratrem Nicolaum abbatem, quod siue in dicte citationis termino, ut dictum est, comparere curauerit siue non, nos in causa seu causis huiusmodi, prout de iure fuerit procedemus, ipsorum seu alterius eorum absentia seu contumacia non obstante. Diem uero citationiš huiusmodi et formam et quicquid super premissis duxeritis faciendum nobis per vestras patentes litteras harum seriem continentes seu publicum instrumentum curetis fideliter inttmare. Quod si forse premissa omnia et singula uel aliqua premissorum, que vobis in hac parte committimus et mandamus, neglexeritis contumaciter adimplere, ridš in vos singulariter in singulos ex nunc prout ex tunc predicta canonica monicione premissa in hiis scriptis excomunicacionis sentenciam promulgamus. In quorum omnium testimonium presentes litteras seu presens publicum instrumentum per Martucium notarium publicum ao nostrum et huiusmodi cause scribam infrascriptum subscribi et publicari mandauimus et nostri sigilli apensione muniri. Datum et actum Auiniotie, in paiatio apostolico. ubi iura redduntur, sub anno a natiiiitate domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, indictione quarta, die lurie, vicesima septima mensis iulii; pontificatus sanctissimi in Christo patris et đomini riostri domini Vrbani, diuina prouidencia pape quinti$_{y}$ anno quarto; preseritibus discretis viris magistris: Johanne

S*[1] «M

Estatis et Petro de Aguerra, clericis Remensis et Baionensis diocesis uocariis(l) publicis nostrisque scribis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Signum not.).

Ego Martutius Stabilis de Fractis clericus Gaietane diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius ac prefati domini Hugonis Fabri auditor(I) et hutusmodi cause scriba, predicte presentationi, requisitioni, citationis concessioni ac omnibus aliis et singulis supradictis, dum per dictum dominum auditorem et coram eo agerentur et fierent, anno, indictione, die, mense et loco predictis vna cum prenominatis testibus presens fui eaque omnia et singula de mandato et auctoritate dicti domini Andree, cum essem aliis negociis mei officii occupatus, per alium scribi feci meque subscripsi et publicaui ac meo solito signo signaui rogatus in fidem et testimonium omnium premissorum.

Original na pergameni u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana rogovskog no. 80.

Na listini visi svilena vrvca zelene boje; pečat otpao.

398.

1366. 28. **jula. (U Dubrovniku).**

Dubrovačka općina šalje svoga poslanika Karlu Tobiji, da potvrdi mir sklop.ljen izm'eđu potonjeg i Đure de Balsa.

Die XXVIII. mensis iulii. Nos Jacobus de Georgio rector- Ragusii, iudices et consiliarii dicte terre, comittimus tibi Mateo de Roda^a, civi nostro dilecto, quod in nomine domini ire debeas usque ad Karolum Tobiam, quem debeas salutare pro parte nostra et tocius terre cum illis pulchris verbis, que tibi videbuntur convenire.

Et facta salutacione debeas presentare ei litteram, quam tibi dedimus, et dicere debeas, quod nos recepimus I. eius litteram continentem, quod ipse volebat, quod nos intremus ad concordium et pacem, quod et quam faciebat cum Jura de Balsa. Et propterea te misimus ad videndum istud concordium et pacem; de qua pace et concordio multum sumus allacres et consolati tam pro una parte, quam pro alia; quia quando vos bene statis ad invicem, vos certe estis fortiores, et nemo poterit vos offendere. Et propter pacem quilibet crescit et vadit de bono ad melius. Et omnia alia verba, que tibi videbuntur dicenda, pro confirmacione istius concordii et pacis dicere debeas.

De facto autem salis accepto ser Grube de Menge in Dolcigno, debeas recordari pro parte nostra dicendo, quod sibi placeat facere restituere, vel solvi, sicut promissit.

Et completa pace et concordio inter Karlum et Jura debeas uenire Ragusium.

Lettere e commissioni di Levante 1359.—1380. f 59,
Libri reformationum IV, 49,

399.

1366. 1. augusta. U Višegradu. (In Wyssegrad).

Nikola Konth palatin nalaze kaptolu biogradskom, da u parnici sinova Jakobovih de Kamarcha proti Stjepanu sinu bana Mykcha Molwe

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Aibensis Nicola[us Konth], regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum, amicitiam paratam debito cum honore, Noveritis, quod nobis in octauis festi pentecostes, in anno domini[1] M°CCC°LX⁰ quarto* preteritis una cum prelatis, baronibus, regnique nobilibus in sede nostra iudiciaria sedentibus, causalesque processus quorumlibet coram nobis [discu]tientibus Thomas, Georgius et Petrus filii Jacobi filii Andree de Kamarcha ad nostram personalem venientes presenciam quasdam litteras patentes domini nostri regis Lodovici in Kapruncha . . . . festum beati Georgii martyris tunc proxime preteritum emanatas contra magistrum Stephanum filium Mykch condam bani nostro iudiciario examini presentarant, in quibus ipse [dominus noster rex] nobis firmis dederat in preceptis, quatenus omnes lites et questionum materias inter ipsos filios Jacobi ab una et eundem magistrum Stephanum parte ab altera in facto occupationis . . . . • . . . . [detejntionis possessionum eorundem filiorum jacobi suscitatas et ventillatas, in predictis octauis festi pentecostes visis et inspectis ipsarum partium omnibus et singulis litterarum continentiis diffinire, et finali decisione terminare absque omni favore deberemus in persoha sua regie maiestatis. Quibus exhibitis primo prefati filii Jacobi quasdam litteras [eiusdem domini nostri] regis capitulo ecclešie Zagrabiensis tansmissas, in anno domini M°CCC°LX° emanatas nobis demon-

[1] Od »domini — quarto« istom rukom iznad linije; bilo ponajprije pomutnjom pisara u tekstu proxime elapso. Fejer uzeo oboje jednostavno u tekst, a ispustio preteritis.

strarant, in quibus inter cetera habebatur, quod Jacobus filius . . . . . . de Zela(!) una cum domina consorte sua ad eiusdem domini nostri regis venientes conspectum gravi dixissent cum querela, quod magister Stephanus filius Mykch condam bani fruct . . . . • scilicet terris arabilibus, pratis aliisque utilitatibus possessionum suarum Molua et Kamarcha nuncupatarum metis veris earundem possessionum abolitis et destructis uterentur in grande iuris ipsorum preiudicium, imo in aliquibus locis^et terris dictarum possessionum homines fecissent congregari aliaque illicita facta potenciaria sibi fecisset et faceret continue irrogari. In cuius quidem contrarium idem magister Stephanus personaliter exurgens respondisset eo modo, ut ipse nullam particulam possessionariam dtctorum Jacobi et consortis sue occupasset, nec aliqua facta potenciaria ipsis intulisset, ymo super facto metarum predictas possessiones domini Jacobi a possessionibus suis Prodawyze vocatis, in vicinitate ipsarum possessionum Molua et Kamarcha vocatarum existentibus, distinguentium litteras predicti capituli ecclesie Zagrabiensis et alias adhuc tempore patris sui haberet emanatas, dicendo, ut huiusmodi metarum ereccioni dictuš Jacobus presenš interfuisset, nullo contradiccionis obstaculo sibi in ha:c parte obviando, et quod ultra dictas metas possessionum suarum moda premisso erectas nichil penitus de terris possessionum dicti Jacobi occupasset, quod exhibicionibus earundem litterarum dicti capituli ecclesie Zagrabiensis et aliarum predictarum metas continentium in facie prenotatarum possessionum fiendis evidenter posset comprobare, nam etiam alique particule terrarum de, possessionibus ipsius Jacobi sibi forent impignorate, alique vero empcionis titulo ei[1] attinerent, super quibus efficacia haberet instrumenta; hiisque perćeptis ipse dominus noster rex hominem suum jn eisdem litteriš suis expressum et testimonium ipsius capituli ecclesie Zagrabiensis ad separacionem et distinccionem possessionum earumdem parcium eo modo, prout in eisdem litteris lucidius continetur decrevisset transmittendos et seriem ipsius distinccionis possessionarie Leustachio bano vel vices suas gerenti fideliter rescribi edixisset per capitulum Zagrabiense annotatum. Demum iidem filii Jacobi quasdarn litteras patentes capituli ecclesie Chasmensis in anno domini millesimo *CCC*° XXX⁰ secundo, in festo beati Georgii martyris emanatas transcribentes alias litteras priuilegiales eiusdem capituli Chazmensis in anno domini millesimo ducentesimo LXX° tercio confectas, metas et statuciones possessionis Prodauyze vocate continentes, nobis presentarant. Quarum quidem litterarum visis et perlectis continentiis et partibus suo modo expositis, quia prefatus magister Stephanus personaliter ex-

Iznad linije istom rukom.

urgendo in transcripto premissarum litterarum non contentabatur, set originale ipsarum litterarum priuilegialium capituli ecclesie Chazmensis in specie videre velle et per ipsos filios Jacobi exhiberi facere postulabat, ideo commiseramus eo modo, ut predicti filii Jacobi prescriptas litteras privilegiales originales* annotati capituli ecclesie Chazmensis in specie simul cum vniversis aliis instrumentis ipsorum, si que haberent confecta, contra annotatum magistrum Stephanum, similiter instrumenta sua, si que haberet, producere debentem, in octauis festi nativitatis virginis gloriose tunc proxime venturis exhibere tenerentur coram nobis, quibus visis iudicium et iustitiam facere valeremus inter partes in premissis, ordine iuris observato. Et cum ab eisdem octavis ipse instrumentales exhibitiones primo ad octavas festi beati Georgii martvris et de hinc de regis litteratorio edicto ad quindenas residencie exercitus regalis iuxta continentiam priorum litterarum nostrarum exstitissent dilatate, tandem ipsis quindenis residencie exercitus regalis versus Bulgariam moti et ad octauas festi beati Michaelis archangeli proxime preteritas proclamate occurentibus, prefati Thomas et Georgius filii Jacobi pro se personaliter, pro predicto vero Petro fratre eorum cum procuratoriis litteris predicti capituli ecclesie Chazmensis ab una, item Petrus filius Stephani pro eodem magistro Stephano filio Mykch condam bani domino suo cum litteris procuratoriis prefati capituli ecclesie Zagrabiensis parte ab altera ad nostrum iudiciarium accedentes conspectum, primo idem Thomas et Georgius premissas litteras privilegiales capituli ecclesie Chazmensis in anno domini M° ducentesimo septuagesimo tercio emanatas, in specie iuxta nostram iudiciariam comissionem nobis presentarat, in quibus expresse videramus contineri, quod ipsum capitulum ecclesie Chazmensis receptis litteris domini Ladislai illustris regis Hungarie, magistrum Philetum ecclesie ipsorum custodem, cum Juk[2] homine eiusdem domini regis misisset ad statuendum et assignandum predium Prodauyz nuncupatum Herrico bano; qui demum ad ipsum capitulum rediens eidem dixisset, quod ipsum predium presentibus cometaneis pacifice et quiete cum metis et terminis infrascriptis a terra Dragan filii Dragan et fratrum suorum filiorum Mikola comitis taliter esset distinctum seu separatum: prima videlicet meta inciperet iuxta viam a vitinitate Peterke, ubi essent due mete terree, et per eandem viam versus partem orientis procedens veniret ad arborem twl cruce signatam, meta terrea circumfusam, et ibi esset alia meta terrea; inde procedens per eandem viam directe veniret ad arborem haas cruce signatam, meta terrea circumfusam; inde per

[1] Iznad linije istom rukom.
[2] U orig. valjda Ju[n]k.

eandem viam veniret ad duas metas terreas; inde per eandem ad metas terreas; inde relinquens ipsam viam tenderet ad partem orientis et veniret per silvam et arbores cruce signatas, ad unam[1] mlacam et per eandem procedendo versus meridiem veniret an Zemerdekpataka; inde transiens ipsum Zemerdek, et per ipsam mlacam proeedendo versus meridiem in modico spacio per arbores cruce signatas veniret ad viam ubi essent due mete terree; inde procedens per eandem viam veniret ad metam terream et arborem twl cruce signatam; inde per eandem procedens ad partem meridionalem veniret ad duas metas terreas; inde exiens de ipsa via veniret ad duas metas terreas; inde transiensper unum chereth[2] per arbores[2] cruce signatas veniret ad arborem twl cruce signatam, sub qua essent mete terree; inde procedens per planiciem veniret ad duas metas terreas; inde per eandem veniret ad metas terreas; inde per terras arabiles procedens versus partem meridionalem veniret ad metam terream; inde per eandem planiciem veniret ad quandam paruam silvarn, ubi esset arbor twl cruce signata et meta terrea circumfusa, que esset iuxta viam; inde procedens in modico spacio veniret ad arborem ptri cruce signatam, meta terrea circumfusam, sitam iuxta magnam viam, que iret ad Kamarcha, et ibi commetanearetur terre nobilium de Kamarcha; item in secundo loco prima meta inciperet a vicinatione terre nobilium de Kamarcha iuxta fluvium Kamarcha ab arbore nyar cruce signata et per ipsum fluvium descendens in magno spacio versus partem septemtrionalem infra quoddam molendinum exiret ad viam; inde procedens per eandem viam veniret ad arborem twl cruce signatam et meta terrea circumfusam; inde relinquendo ipsam viam veniret ad arbores twl cruce signatas; inde veniret directe ad silvam ad arborem nyar cruce signatam; inde per silvam et arbores cruce signatas veniret ad parvam exstirpatam terram, in cuius utroque fine essent mete terree, que quidem terra exstirpata pertineret ad ius et proprietatem Dragan et fratrum suorum; inde procedens per arbores cruce signatas veniret ad aquam Zemerdek vocatam, ad arborem fyuz cruce signatam, sitam sub molendino prescripti Dragan; inde per eandem aquam descendens versus partem orientis veniret in Kapruncha. Ttem in tercio loco prima meta terre Dragan exiret de Draua ad campum Erneya et veniret ad patak Borlosnycha; inde descendens in eodem Borlosnycha ad fluvium Kapruncha; inde per ipsum fluuium ascenderet in modico spacio et relinquendo ipsam per arbores cruce signatas veniret ad riuum Jelesnycha vocatam; inde per eundem rivum descenderet ad fluuium Kamarcha

[1] Iznad linije.
[2] U originalu mjesto imena.

procedendo versus partem orientalem in magno spacio exiret de ipso ad arborem gyertyan cruce signatam, et meta terrea circumfusam; inde "procedens ad erbosam viam veniret ad monticulum, ubi essent tres mete terree; inde procedens per continuas metas terreas veniret ad silvam, iuxta quam essent due mete terree et arbores cruce signate; inde iret per silvam et arbores cruce signatas et veniret ad terram, que vocaretur Noggerunda; inde transiens ipsam terram veniret in Vydriapataka, inde transiens ipsum patak procederet in magnam silvam per arbores cruce signatas, et veniret in Byztrapataka transiensque ipsam Bvztra tenderet in silua per arbores cruce signatas et veniret ad Bukuapataka, inde transiens ipsam Bukua per arbores et silvas cruce signatas, veniret ad Blobokapataka(l); inde transiens ipsam Bloboka procederet versus partem septemtrionis in magno spatio et per arbores cruce signatas veniret ad locum Prodna vocatum; inde procedendo versus partem orientis per arbores cruce signatas veniret ad aquam Drouosechnyk[1] nuncupatam, que esset iuxta campum Detcha[2], qui campus cederet in ius Dragan et fratrum suorum, et ibi commetanearetur terris filiorum Daciani. Demum annotatus Petrus filius Stephani, procurator predicti magistri Stephani, quasdam litteras patentes domini Bele olym regis Hungarie, in anno domini M° ducentesimo quadragesimo quarto emanatas nobis curarat exhibere, in quibus inter alia periipsum dominum Belam regem Corrardo filio Harmech de gente Teutonicali oriundo pro fidelibus serviciis eiusdem in eisdem litteris seriatim expressis et declaratis, terras Prodauvz et Bozoua ad castrum Symigiense pertinentes et terram Glauatuch et Baratyuch ad decem aratra, exceptam de terra castri de Vorosd vacuam cum marturinis earundem sibi et suis heredibus collatas fuisse perpetuo possidendas compereramus evidenter; et sicut ipse dominus Bela rex, referente Endre filio Petri, quem pro ipsarum terrarum metis sciendis destinasset, intellexisset, earundem terrarum mete hoc ordine distinguerentur, prout videlicet in ipsis litteris patentibus lucidius et seriatim contineretur. Quarum litterarum exhibitionis factis, ac visis et perlectis continenciis earundem, partibusque suo modo expositis, quia absque reambulacione metarum possessionum ipsarum parcium iuxta seriem premissorum metalium instrumentorum modo inferius declarando fienda iudicium et iusticiam inter ipsas partes bono modo facere non poteramus, igitur cum prelatis et baronibus regnique nobilibus nobiscum in iudicio sedentibus commiseramus eo modo, ut homines nostri inferius declarandi presentibus testimoniis capituli[8] ecclesie Quinqueecclesiensis[8]

[1] Drouosethnyk.

[2] Ne razlikuje se u glavnom t od c; raože biti i: Dechcha.

Iznad linije istom rukom.

fefia tertia proxima post festum passce domini tunc venturum, et aliis diebus ad id sufficientibus ad facies predictarum possessionum Prodauyze et Kamarcha vocatarum vicinis et commetaneis in faciem convocatis partibusque vel earurn legitimis procuratoribus presentibus acce^ dendo, primo eandem possessionem Prodauyze seu metas et cursus metales in premissis litteris patentibus domini Bele regis per ipsum magistrum Stephanum vel suum legitimum procuratorem inibi in specie exhibendis contentas et expressas a parte possessionum ipsorum filiorum Jacobi inibi habitarum, si ipse mete evidenter inveniri possent; si uero apparenter inueniri nequirent, extunc secundum dernonstracionem ipsius magistri Stephani vel legitimi sui procuratoris seu presente illa parte, quo(!) ipse littere dommi regis Bele denotarent, tendendo reambularent, post hecque prescriptam possessionem Kamarcha predictorum filiorum Jacobi inibi habitam secundum metas in predictis litteris privilegialibus capituli ecclesie Chazmensis per ipsos filios Jacobi vel legitimum eorum procuratorem similiter inibi in specie exhibendis contentas, si eedem mete bono modo et apparenter inveniri valerent; si vero in aliquibus locis evidenter inveniri nequirent, extunc iuxta ostensionem predictorum filiorum Jacobi vel legitimi eorum procuratoris deberent reambulare; habitisque huiusmodi reambulationibus possessionariis, si ipse partes in eisdem reambulationibus et, metarum ostensionibus suarum possessionum concordes fierent, extunc cuique parti suum ius possessionarium relinquerent possidere et habere; si autem mete in predictis litteris dicti domini Bele regis contente possessionem dictorum filiorum Jacobi vel aliquam partem de* eadem includerent et e converso, si cursus metales in ipsis litteris capituli ecclesie Chazmensis privilegi alibus contenti aliquam partem seu portionem de prescripta possessione Prodauyze similiter includerent, id diligenter viderent et conspicerent; hiisque visis et conspectis primo quantum mete in prescriptis litteris domini Bele regis contente de terra seu possessione dictorum filiorum Jacobi actorum, et demum id quantum mete in ipsis litteris capituli ecclesie Chazmensis privilegialibus conscripte de terra predicte possessionis Prodauyze intfra] cursus metales in dictis litteris domini Bele regis contentos remane[n]te(!) includerent et circumdarent, visa sui qualitate, quantitate, utilitate et valore, regali mensura mensurando, vel si mensurari nequiret, visu considerando, signis metalibus consignando una cum aliis probis viris estimarent regni consvetudine requirente; ceterum iidem nostri et prescripti[1] capituli[x] Quinqueecclesiensis[x] homines hecque parcium veriori, meliori et recciori modo metas suas et possessionis sue iuxta p/edictorum in-

[1] iznad Jinije; najprije bilo u tekstu: vestri, pak prekrižano.

strumentorum suorum metalium continencias inibi demonstraret, viderent et diligenter intuerentur. Vnde quia ad hec peragenda nostri et predieti capituli Ouinaueecclesiensis homines necessario debuerant destinari, igitur amiciciam dicti capituli Quinqueecclesiensis literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsi mitterent homines utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus Petrus filius Johannis de genere Myle(!) vei Hegen aut Stephanus filius Mark de Welike sive Johannes filius Palchuk de Galguncha seu Georgius de dicta Velike pro parte predictorum filiorum Jacobi actorum, item Nicolaus filius Stephani de Kamarcha vel Jacobus filius Johannis aut alter Jacobus filius Petri de eadem Kamarcha, sive Bexe filius Beke pro parte prescripti magistri Stephani filii Mykch in causam attracti aliis absentibus homines nostri in prescripta feria tercia proxima post festum passce domini ad facies prescriptarum possessionum parcium predictarum modo prehabito legitime accedendo omnia premissa et singula premissorum facerent et exequerentur, sine variacione et diminucione aliquali, omnino modo superius expresso et declarato; et post hec ipsius possessionarie reambulacionis, revisionis et estimacionis seriem cum tocius facti processu, prout fieret expediens nobis ad octavas festi beati Georgii martyris similiter tunc proxime affuturas amicabiliter rescriberet capitulum ecclesie Quinqueecclesiense prenotatum. Et cum ab eisdem octauis discussio ipsius cause de reginali speciali mandato mediantibus aliis litteris prorogatoriis ad presentes octavas festi beati Jacobi apostoli extitisset dilatata, tandem ipsis bctavis advenientibus prefati Thomas et Georgius pro se personaliter, pro ips6 autem Petro cum procuratoriis litteris dicti capituli Zagrabiensis ab una, item Akus filius predicti magistri Stephani filii Mykch condam bani pro * eodem magistro Stephano patre suo [1] cum procuratoriis litteris nostris parte ab altera ad nostrum iudiciarium accedentes conspectum litteras memorati capituli Quinqueecclesiensis super premissis rescriptionales nobis presentarunt, in quibus expresse vidimus contineri, quod homines nostri et testimonia prefati capituli Quinqueecclesiensis feria tercia proxima post festum passce domini nunc preteritum ad facies predictarum possessionum Prodauyze et Kamarcha vocatarum vicinis et commetaneis earundem videlicet Johanne filio Thekus, Jacobo filio Johannis, Jacobo filio Petri, Nicolao filio Dominici, Dyonisio filio Petri, Nicolao filio Stephani Thoma filio Blagana,^ Demetrio et Stephano filiis Johannis, Jacobo filio Mykou, Petro filio Johannis, Iwan filio Nicolai, Barnaba filio Petri,

[1] Od: pro — suo, umetnuto istom rukom.

Thoma filio Beke, Bexe filio Beke, Stephano filio Bexe, Emerico[x] et Paulo filiis eiusdem Bexe, nobilibus de Kamarcha, item Egidio filio Petri, Jacou filio Ipoliti, Georgio filio Farkasii, Benedicto filio Petri, Petro filio Stephani, Mykch filio Nicolai, Valentino filio Martini, Ladislai filio Mych[aelis], Petro dicto Castellan, Blasio filio Benedicti, item Benedtcto filio Stephani, Stephano filio Thybana, Paulo filio Nicolai, Stephano et Thoma filiis Petri, Ladislao filio Egidii et Andrea filio Thekus legitime convocatis partibusque presentibus accedendo, primo eandem possessionem Prodauyze secundum metas et cursus metales in premissis litteris patentibus dicti domini Bele regis per ipsum magistrum Stephanum inibi in specie exhibitis contentas et etiam secundum demonstrationem ipsius magistri Stephani a parte possessionum ipsorum filiorum Jacobi actorum taliter reambulassent: quod primo incipiendo ab arbore ilicis cruce signata, ubi esset meta terrea, quam ipsi filii Jacobi metam pacificam reliquissent, deinde iretur ad arborem ilicis cruce signatam, quam partes pro meta assumpsissent, deinde iretur per metas ad arborem populeam; inde per metas transiendo veniret ad arborem ulmi super fluvium Ze~merdek; inde veniret ad tiliam, inde tenderet per arbores cnice signatas ad arborem, que diceretur gyertyan, inde transiret per metas ad tiliam, deinde iret ad unam viam ubi essent due mete terree; inde per viam veterem ad partem orientis eundo de sinistra parte inter terras Jacobi et Nicolai, de dextra parte Corrardi veniret ad arborem ilicis, ubi ipsi nostri et dicti capituli Quinqueecclesiensis homines actores predictos habuissent requisitos, qui essent ipsi Jacobus et Nicolaus, super quo iidem actores nullum dedissent responsum; inde iret per metas ad nigrum(l) malakam,[2] inde iret in fine salicis ad arborem piri, inde iret per metas ad duas ilices, inde eundo ad unum pirum exiret de Kamarcha et de Salycha et iret inferius per aquam et exeundo de aqua iret in Crogh, inde iret iuxta Pudilyche et caderet(l) de(!) Zemerdek; inde eundo caderet in Kapruncha, super quoddam molendinum, ubi ipsi nostri et prescripti capituli Quinqueecclesiensis homines litteras seu instrumenta litteralia ipsorum filiorum Jacobi iuxta tenorem litterarum nostrarum petivissent[3] super premissa concordi* reambuiacione possessionaria exhiberi, qui filii Jaeobi respondissent, quod ipsorum instrumenta litteralia in tenoribus litterarum nostrarum predietarum forent conscripta; his itaque habitis sole ad occasum declinante ulteriorem earumdem possessionum reambulacionem ad diem crastinum ipsius tercie ferie prorogassent

[1] Fejer ima pogrješno: Stephano.
[2] Iznad linije bilo najprije: aquam, pak prekrižano.
[3] Kod Fejera slijede točkona, dočim uistinu nema u originalu zamjene za njih. Pisano: concordia, pak a prekrižano vertikalnim potezom.

ipsi nostri et annotati capituli Quinqueeclesiensis homines sepedicti. Quo quidem die crastino videlicet feria quarta proxima post predictum festum passce domini diesscente* predictos filios Jacobi per sacerdotem ipsorum parochyalem ad ipsam ulteriorem reambulacionem possessionariam faciendam vocassent; qui quidem filii Jacobi non venissent, nec eorum procuratorem legitimum misissent ipsorum in persona, parte adversa una cum dictis duobus predicti capituli Quinqueecclesiensis testimoniis et altero homine nostro pro parte sua assignato diebus quatuor continue exspectante, et tandem propter ipsorum actorum absenciam ipse noster et prescripti capituli Quinqueecclesiensis homines ob suspicionis notam, que ipsis posset evenire, in hac parte evitandam ipsam ulteriorem reambulacionem possessionariam facere noluissent. Quarum quidem litterarum exhibicionibus factis ac visis et perlectis continenciis earundem, quia predicti filii Jacobi premissam possessionariam reambulacionem iuxta nostram iudiciariam commissionem non fecisse ex serie ipsarum litterarum capituli Qninqueecclesiensis reperiebantur, ideo ipsos filios Jacobi et predictum magistrum Stephanum ad iteratam reambulacionem prfedictarum possessionum eorum et metarum eorumdem ostensionem cum iudicio sex marcarum per ipsos filios Jacobi velud actores in termino reportationis seriei infrascripte deponehdarum[x] transmitti debere decernentes, vestram amicitiam presentibus requirimus diligenter, quatenus vestros detis homines, pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, coram quibus magister Michael filius Nicolai filii Trepk, prothonotarius domini Nicolai de Zeech, totius regni Sclavonie bani, et alter homo suus vdoneus, quem videlicet ipse banus deputafuerit], homines nostri secundum commissionem domine nostre regme in octavis festi beati Martini confessoris proxime proventuris ad faciem predictarum possessionum Prodauvze et Kamarcha vocatarum, vicinis et cometaneis earundem legitime convocatis ac ipsis partibus vel legitimis earum procuratoribus presentibus accedendo omnia premissa iuxta . . . '. . . . nostram iildiciariam commissionem faciant et exequantur ad plenum sine variacione aliquali; et post hec totius facti seriem prout fuerit expediens nobis amicabiliter ad octavas festi beati Georgii martvris similiter proxime affuturas rescribatis. Daturri in Wyssegrad, vigesimo die octavarum fefsti beati Jacojbi apostoli predictarum, anno domini M°CCC° LX° sexto.

Izvana: Amicis suis reuerendis capitulo ecclesie Albensis pro magistro Stephano filio Mykch condam bani contra filios Jacobi filii

[1] Iznad linije bilo najprije; disscedente; očito je pisar krivo čitao svoj koncept.
[J] Iznad limje.

Andree de Kamarcha super possessionaria reambulacione et aliis interius expressis in octauis festi beati Martini confessoris per nostros et vestros homines modo intrafscripto] . . . . tis et in octauis festi beati Georgii martiris ad iudicem.

Original na pergameni na više mjesta na rubovima krnji u knjižnici narodnog muzeja u Budimpešti a. 1367., bivsa zbirka Jankovićeva.

Na Ustini vide se tragovi, da je bila pečatom zatvorena.

Na hrptu na desnom rubu ptsano poprijeko istom rukom i tnitom, kojom ***i*** *listina i adresa:* Bexa Georgius personaliter, pro aliis vero cum Zagrabien[si], pro in Akus filius suus(!) cum Konth(l), capitulo vt prius homines pro ambabus partibus vt prius in octauis sancti regis Stephani et in octauis Mvchaelis ad iudicem.

Fejer Cod. dipl. Hung. Tom. IX. VoL VIL p. 540.—554. po istom izvoru s mnogo pogrješaka.

400.

1366. *7.* **augusta. Bologna (Bononie).**

Kardinal Andruin, poslanik papin, prima od klera spljetskoga 40 dukata za poslaničku prokuraciju treće godine poslanstva.

Nos Andruinus miseratione dtuina tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, presentium tenore fatemur habuisse per manus presbiteri Bochardi canonici Spalatensis a venerabili in Ghristo patre . . [1] archiepiscopo Spalatensi pro se et clero suo quadraginta ducatos auri pro solutione procurationum nostrarum tertii anni nostre legationis, quos de mandato nostro idem presbiter Bochardus magistro Johanni de Florentia canonico Paduano, thesaurario nostro realiter assinauit. De quibus quidem archiepiscopum et clerum prefatos absoluimus et quitamus. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi mandauimus et nostri sigilli impressione muniri. Datum Bononie, die VII. mensis augusti, pontificatus domini nostri domini Urbani pape V* anno quarto.

Original na pergameni u arkivu kapiola u Spljetu (XVI. I 163.).

Na donjem kraju listine utisnut j'e ovalni pecai zi crvenoni vosku.

401

1366. 7. augusta. (U Čazmi).

Pred kaptolom čazmanskim mire se plemići turopoljski Brezovice s Babonićima.

[C]apitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentem paginam intuentibus salutem in omnium saluatore. Ad universorum tam presentium quam futurorum notitiam harum serie literarum volumus pervenire, quod accedentibus ad nostram presentiam magistro Iuuan filio Iuuan de Brezoucha de campo Zagrabiensi et Johanne ac Ladislao filiis suis pro se personaliter et pro Iuuan filio eiusdem in tenera etate ut dicitur constituto, assumpmentibus super se omne onus et gravamen, quod processu temporum ex parte eiusdem parti adverse posset in infrascriptis quoquomodo provenire, ab una, parte vero ex altera comite Dionysio filio condam Stephani bani similiter pro se et pro comite Paulo, fratre suo uterino, confessum extitit per eundem magistrum Iuuan filium Iuuan ac filios suos prenotatos oracuio vive vocis sponte et relatum, quod ipsi, ut sincere fraternitatis caritativa dilectio, qua prefatos comites Dionysium et Paulum cupiunt dulciter et gratanter amplecti, inter ipsos et eorum posteritates absque omni doli et fraudis dubio inviolabilis et inconcussa perseveret in evum, ipsis comitibus Dionysio et Paulo sponte ac benivole assumpsissent, imo sub pena infra declaranda assumpserunt coram nobis, videlicet, quod ipse magister Iuuan filius Iuuan atque filii sui prenotatt in omnibus et quibusvis faetis illicitis, iniuriosis et litigiosis inter ipsos et ipsorum progenitores commissis et sibi ipsis mutuo quovis colore quesito (hjactenus irrogatis, que omnia in aliis literis nostris sub presentium data emanatis plenius contenta, vigore earundem nostrarum literarum mediante reddiderunt sopita et sedata, nullum de mundo hominem, qui in iisdem factis et quocunque eorundem in toto vel in parte, in iudicio vel extra contra annotatos comites Dionysium et Paulum aut eorum quoscunque posteros insurgere ausi fuerint quoquomodo et specialiter fratres, filios fratrum, nepotes et consobrinos ipsorum nec pecuniali, nec humano auxilio, sed nec consilio aut favore stve quarumcunque literarum, que ipsis comitibus Dionysio et Paulo quocunque modo preiudicare vel nocere possent et valerent, amministratione seu exhibitione aut alio quolibet modo vel ingenio adiuvare possent pariter atque valeant,. huiusmodi obligamine interiecto et per ipsos magistrum Iuuan ac ipsius filios supradictos super se sponte assumpto, videlicet, quod si ipsi premisse ordinationi

per ipsos ut premittitur facte contrariantes ipsam in toto vel in parte inconcusse observare non curarent et id ipsum ipsi comites Dionvsius et Paulus literis cuiuscunque capituli inquisitionalibus aut alio fidedigno et evidenti testimonio possent comprobare, ex tunc iidem magister Iuuan filius Iwan ac filii sui prescripti aut ex ipsis, qui premissis contraire niteretur, in pena succubitus duelli facti potentialis convinceretur ipso facto; ad quod se iidem magister Iuuan et filii sui libere obligarunt coram nobis. In cuius rei testimonium roburque perpetuum presentes concessimus literas privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria sexta proxima post festum beati Sixti pape, anno domini millesimo CCC LX. sexto.

Thalloczy-Barabas Cod. Blag. 152.—154.

402.

1366. 12. augusta. U Višegradu. (In Wissegrad).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski izuzimlje Vlatka Vukoslavtča od svakoga suda osim kraljevskoga.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie, memorie comendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod quia comes Lack filius Bulcuzlo de Barsanouch, fidelis noster, in restitucione castri sui Cluch vocati in confinio constituti, tempore nimium placito et opportuno nostre maiestati facta, et in aliis plerisque seruiciis suis fidelibus, placibiles nobis et acceptabiles exhibuit famulatus, ideo ipsum et suos heredes in sinum colligentes regie dileccionis, inter certa fauoris nostri signa eosdem cum castro eorum Borsanouch vocato et possessionibus ad ipsum pertinentibus, per nos sibi in concambium dicti castri Cluch datis et donatis, a iurisdiccione, iudicio et iudicatu quorumlibet iudicum et iusticiariorum regni nostri presencium et futurorum de gracia speciali duximus eximendos, nostro solummodo iudicio et iudicatui speciali in causis quibuslibet ipsos reseruantes. Quare vobis palatino, iudici curie nostre, bano tocius Sclauonie, nec non comitibus et iudicibus nobilium quorumlibet comitatuum, ceterisque cunctis iudicibus et iusticiariis regni nostri presentibus et futuris, regiis sub edictis precipientes mandamus, quatenus predictum comitem Latk et suos heredes in nullis' causis et causarum articulis per quoscunque et quandocumque contra ipsos motis uel mouendis, iudicare uel vestro iudtcatui astare conpellere audeatis modo aliquali. Si qui enim quecunque acciones uel questiones

habent uel habuerint contra ipsos, in curia in speciali presencia nostre maiestatis iuridice exsequantur. Presentes autem, dum nobis fuerint reportate, in forma nostri privilegii redigi faceremus. Datum in Wissegrad, tercio die festi sancti Laurentii martiris, anno dornini M°CCC°LX° sexto.

Original u arkivu knezova Batthydnya tt, Kormendu. Acta antigua A. IV. L. 8, MO. 248.

Potvrda kaptola zagrebačkoga »Feria tercia proxima post festum aparitionis beati Michaelis archangeli« *g. 1378. Potvrdn trazio:* Gregorius filius Lack de Borsonouch *A* IV. L. 8. no. 249.*

Vjesnik zem. ark, VII 227%

403.

1366. 25. augusta* (17 Križeveima),

Jakoh Ladislavov upravitelj zupanije krizevačke odgađa urečenu raspravu parnice Bartola Pavlova proti Pavla Ladislavova na 12. oktobra, jer grješkom nijesu pozvani sinovi tuženika.

Nos Jacobus filius Ladislai, ocupator honoris comitatus Crisiensis, damus pro rnernoria, quod causam, quarn[x] Bartholomeus filius Pauli filii Cristofori contra magistrum Paulum litteratum filium Ladislai[2] iuxta continenciarn litterarum magistri Georgii condam comitis Crisiensis et Johannem ac Nicolaum filios eiusdem magistri Pauli, quorum nomina in dictis litteris magistri Georgii non aparebant feria secunda proxima post octauas festi assumpcionis virginis gloriose mouere habebat coram nobis, Iicet idem magister Paulus super eo, quod nomina predictorum filiorum suorum in predictis litteris magistri Georgii non reperiebantur et sic idem Bartholomeus contra eos litigabat, ex parte ipsius Bartholomei in persona predictorum filiorum suorum iusticiam eisdem elargiri postulabat, tamen quia nos vna cum iudicibus et nobilibus regni prefatos Johannem et Nicolaum in litteris capituli Chasmensis citatoriis et demum magistri Ade, condam notarii eiusdem loci, prorogatoriis esse cognouimus, ideo hoc, quod in presentibus litteris predjcti magistri Georgii prorogatoriis non reperiebantur ad offensionem notarii inponentes absque omni grauamine iudiciali ad feriam secundam proximam post octauas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas perhcmptorie duximus prorogandam. Datum secundo die termini prenotati, anno domini M°.CCC°.LX. sexto.

[1] Slijedi prekriženo: »magistcr«.
[2] Slijedi prekriženo: »feria secunda proxima«.

Izvana: Pro Bartholomeo filio Pauli filii Cristofori contra Paulum filium Ladislai litteratum, Johannem et Nicolaum filios eiusdem ad feriam secundam proximam post octauas beati Michaelis archangeli nunc venturam prorogatorie.

Original na papiru kod imovinske općine Svi jfelena-Koruška kraj' Krizevaca.

Na hrptti s kraja vidi se trag pečata, kojim bijaše isprava za~ tvorena,

Vjesnik kr% zem. ark. VI. 253,

404.

1366. 26. augusta. U Višegradu. (In Wyssegrad)<

Ljudem't kralj ugarski i hrvatshi daje banu Nikoli de Sceech posj'ede Letenye. Chatar i Heryoit u zaladskoj iupanij'i u zamjenu, sto je on dao Petru Zudar posjed Olnod.

Ad literatorium preceptum domini regis.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungane significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod quia vir magnificus Nicolaus de Sceech, totius Sclavonie banus, dilectus nobis et fidelis, volens in omnibus nostris beneplacitis et votis sincera et deuota affeccione confirmari, quandam possessionem Olnod vocatam in comitatu Borsodensi existentem, olim per iros pro meritoriis suis serviciis nomine possessionis homines sine herede decessi sibi perpetuo collatam possessionibusque fidelis nostri Petri Zudar, magistri curie et pincernarum nostrorum, vicinam et contiguam utilemque eisdem et proficuam iuxta nostre maiestatis nutum et mandatum cum pertinenciis suis universis eidem magistro Petro et suis fratribus perennali iure dedit, assignavit et obtulit, ideo nos tum pretextu dicte possessionis Olnad(I), tum eciam pro multiphariis muitisquemodis fidelitatibus et fidelium obsequiorum preciaris meritis eiusdem Nicolai bani, locis et temporibus opportunis nobis et sacre nostre corone exhibitis et impensis, quasdam possessiones nostras Letenye, Chatar et Heryou nuncupatas in Zaladiensi comitatu sitas cum omnibus eorum utilitatibus et utilitatum quarumlibet integritatibus, ac signanter cum portu super fiuvio Mura habito ceterisque ipsarum fructuositatibus et pertinenciis universis sub omnibus iisdem metis et terminis. auibus per priores suos possessores ac per nos habite extiterunt et possesse, dedimus, donavimus et contulimus prefato Nicolao bano et per consequens venerabili patri domino Dominico, episcopo

Transsilvano, fratri suo, ipsiusque bani heredibus et heredum suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas imo damus, donamus et conferimus in his scriptis, salvo tamen iure alieno. Datum in Wyssegrad, feria quarta proxima post fes~tum beati Bartholomei apostoli, anno domini millesimo CCC° sexagesimo sexto.

Original u dva primjerka na pergameni u arkivu grof Batthydnjr u Kormendu. Na hrptu vtdi se trag pritisnuta velikog kr. pečata.

Na jednom primjerku tspod pečata čitamo slijedeće riječi: »Ad literatorium preceptum domini regis sub sigillo, quod in manu sua. gestat«. — *Na drugom čitamo na gornjoj strani povelje slijedeće:* »Ad literatorium mandatum domini regis sub sigillo secreto annuleo«.

Zala vdrmegve torte'nete II p. 10,—11. no. 8.

405.

1366, 29. augusta. D Višegradu. (In Visegrad).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski zabranjuje svomu tridesetniku Saracenu, da utjerufe protupravno od građana zagrebačkih tridesetnicu na vino> filodove i soL

Lodouicus, dei gracia rex Hungarie, fideli suo magistro Saracheno, tricesimatori nostro per totum regnum nostrum constituto vel vicetricesimatori eiusdem de Zagrabia, salutem et graciam. In personis fideliurr* civium et hospitum nostrorum de Greech Zagrabiensium, nobis et domine regine genitrici nostre karissime dicitur querulose, quod vos cum eisdem super solucione et moderacione solucionis tricesimarum convenissetis et concordassetis et super eisdem littere nostre confecte haberentur, quas coram nobis curarunt exhibere; nunc autem ultra dictam composicionem et litterarum nostrarum continenciam de vinis, bladis et salibus eorum tricesimas exigeretis et extorqueri faceretis, quod nunquam fuisset alias consvetum. Quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus ultra dictam composicionem et continenciam dictarum litterarum nostrarum de vinis, bladis seu frumentis et salibus ipsorum civium nostrorum et aliorum pertinencium ad eosdem, tricesimam petere vel exigere nullo modo presumpmatis, sed eosdem in pretactis convencionibus iuxta premissarum litterarum nostrarum seriem et cohtinenciam in exaccione tricesimarum ćonservetis absque retractacione aliquali, aliud facere nullatenus presumpmentes; presentes autem apud

ipsos cives nostros velimus remanere. Datum in Visegrad, in festo decollacionis beati Johannis baptiste, anno domini MCCCLX sexto.

Onginal na papiru u arkivu grada Zagreba, na leđima: Relatio domine regine, *utisnut je mali tajm pecat kralfev.*
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. 1. 233.—231.

406.

1366. 18. septembra. U Dubrovniku. (Ragusii).

Filipa udova Afartinussia Mence imenuje svoga zeta MleČanina Ljudevita Comera svojim punomoćnikom, naročito za parnicu, koju če u njezino ime imati u Kotoru podići.

In nomine Christi amen. Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, indictione quarta, die decimo octauo mensis septembris, Ragusii, cpram vobis subscriptis testibus. Ego quidem Philippa reltcta condam Martinussii de Mence de Ragusio confiteor, quod confidens de fide, prudencia et legalitate nobilis et circumspecti viri ser Lodouici Cornerii de Venecia, mei generi predilecti, eundem Lodouicum presentem, uolentem et honus procuracionis huiusmodi in se sponte suscipientem feci, constitui et ordinaui meum uerum, generalem et legitimum procuratorem, actorem, factorem. negociorum gestorem et certum nuncium specialem omni modo, iure et forma, quibus melius potest ualere et tenere tam in agendo, quam in defendendo coram quibuscunque officialibus ecclesiasticis uel secularibus seu auditoribus datis uel dandis, quocunque titulo et nomine et vndecunque dicantur, in omnibus et singulis meis causis, litibus et questionibus motis et mouendis, quas habeo uel habitura sum tam cum ciuibus ciuitatis Cathari, quam personis aliis quibuscunque, occasione villarum et possessionum positarum in pertinenciis Cathari condam Pauli de Thoma, patris mei, michi spectancium et pertinencium tamquam sue legitime filie et heredi. Et specialiter et expresse ad conferendum se personaliter ad dictam ciuitatem Cathari procuracionis nomine et pro parte mea coram egregio et circumspecto domino domino Petro Baduario milite, comite et capitaneo dicte ciuitatis Cathari et sua curia et detentores et usurpatores et occupatores dictorum bonorum citari et conueniri petendum dictaque ab illis petendum integraliter et optinendum et pro premisso, si opportunum, libellum seu libellos et quascunque alias sumarias peticiones dandum et recipiendum, litem contestandum, de calumpnia et veritate dicendo et cuiuslibet alte-

rius generis licitum et solitutn iuramentum in animam meam prestandum^ ponendum et articulandum, positionibus et articulis respondendum, testes, instrumenta puplica uel priuata et quecunque alia iura mea producen- <dum et presentandum et aduerse partis testes iurare et puplicari(l) ui- dendum, contra personas testium et dicenda per eos uel ipsorum aliquem protestandum et opponendum, iudices et notarios eligendum et recusandum suspectos dandum et renitendum(I), de loco et iudicibus con- ueniendum, proponendum, protestandum et concludendum, summam et summas tam inter!oqu[u]torias, quam diffinitiuas petendum et audiendum, ipsisque, si dicto meo procuratori uidebitur, acauiescendum et ab eis appellandum, apostolos(l) petendum et recipiendum et appellationem prosequendum, de eo quod receperit occasione premissorum cartas securitatis, finis et remissionis cum cautelis et sollempnitatibus debitis faciendum, beneficium restitucionis in integrum simpliciter et ad cautelam inplorandum, petendum et optinendum, in. corporalem tenutam et pos- sessionem dictorum bonorum et sibi in posterum meo nomine respon- deri, a rusticis et colonis ipsorum introduci et poni petendum et opti- nendum. Et generaliter omnia alia et singula faciendum, gerendum et procurandum in premissis, circa premissa et quodlibet premissorum, que natura cause uel causarum tam de iure quam de facto ac consuetudine €t modo dicte ciuitatis Catharensis postulat et requirit et que quilibet verus et generalis et legitimus procurator facere potest et debet et que egomet predicta constituens facere possem, si ibidem personaltter inter- essem. Dans et concedens eidem Lodoutco meo procuratori plenum, liberum et generale mandatum cum plena, libera et generali administra- cione in premissis omnibus et quolibet premissorum, promittens perpetuo ratum, gratum et firmum habere, tenere et obseruare, adimplere et in nullo contrafacere uel uenire de iure uel de facto, per me uel per alios aliqua racione uel causa, modo uel ingenio quicquid per dictum Lodo- uicum meum procuratorem factum, actum, gestum seu procuratum fuerit in predictis, circa predicta et quodlibet predictorum sub ypotheca et obligacione omnium bonorum meorum presencium et futurorum. Volens insuper predictum Lodovicum meum procuratorem releuare ab omni honere satisdandi, promisi notario in scripto tamquam persone puplice legitime stipulanti et recipienti vice et nomine omnium, quorum interest uel interesse poterit, quomodolibet in futurum iudicio sisti et iudicatum solui cum omnibus suis clausulis solitis et oportunis sub vpotheca et obligacione predictis. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Et hii sunt testes: ser Andreas de Benessa iuratus iudex et Blasius de Radoano testes.

(Signum notj.

Ego Theodorus de Scolmafogia de Brundusio puplicus imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus cancellarius et notarius comunis Ragusii scripsi et puplicaui.

(Drugi rukopisj.

Ego Andrea de Benessa iudex iuratus.

Ego Vlacho de Radouan sum testis.

Original u dubrovačkom arkivu. — Zhirka saec. XIV.

407.

1366. 9. oktobra. Na Visu. (In insula Lisse),

Opat samostana sv. Nikole na Visu i LukŠa Stjepanov zamjenjuju zemlje u Dračevom polju.

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate eius milleximo trecentesimo sexagesimo sexto, indictione quarta, die nona menssis octubris; regnante illustrissimo principe et domino nostro domino Lodoicho, dei racia serenissimo rege Hungarie; temporibus reuerendi patris domini Stephani, dei et apostolice sedis gratia Farrensis et Brachiensis episcopi, nec non magnifici et potentis domini domini Baldassar de Sorba de Janua, honorabilis comitis Farre, Brachie et Curzole, loco eius tunc existente in Farra egregio viro domino Raphaele Rouer de Janua cum suis iudicibus Desse Nigoy, Staxio Dessislaui et Dobrosclauo Andree, nobilibus dicte terre. Actum in insula Lisse aput litus maris in loco mansionis dicti domini episcopi, presente ser Petro Miccoy de Tragurio, Sclauogosto Vitalis, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis, et aliis. Venerabilis in Christo pater dominus Georgius, abbas monasterii saricti Nicolay de Lissa Farensis diocesis, cum consensu et voluntate predicti domini episcopi Farensis ibi presentis, consencientis et ad omnia infrascripta auctoritatem suam prestantis decretumque suum interponentis ex una parte et Lucxa Stephani pro se suisque heredibus et successoribus ex alia parte in presentia mei notarii et testium infrascriptorum sponte ad infrascripte permutationis seu cambii tale pactum et concordiam deuenerunt, videlicet: dictus dominus abbas recompensans melioratum et proficuum ac vtilitatem monasterii suprascripti habito sano consilio et matura deliberatione titulo cambii seu permutationis pro se et monasterio suo et subcessoribus suis iure predicto et in perpetuum per solempnem stipulatibnem dedit, tradidit et [assign]auit et titulo carnbii vel permutacionis irreuocabiliter alienauit predicto Lucxe Stephani pre-

senti, recipienti et solepniter stipulanti pro se suisque heredibus et subcessoribus medietatem vnius pecii(!) terre, quam dixit habere pro indiuiso cum dicto Lucxa posite in Draceuopogle; cuius totius pecii terre tales dixerunt esse confines: a leuante domine Sclaue rellicte quondam Lobanerii, a ponente heredes Stanov Andree, a transuersa Simonis Jacxe a meridie via comunis; item pecium vnius terre posite in campo Magno aput locum, cuius tales dixerunt fore confines: a leuante Lucxa Sclauosti (!), a ponente domine Dobraze relicte olim Nicole in partem et in partem heredes Micxe Balze, a meridie via comunis, a transuersa iura comunis, vel si qui alii forent veriores confines; qui confines approbati merunt esse veri per Doymum Paladini et Victoro Lompre, examinatores comunis; ad habendum, tenendum, vendendum, donandum^ alienandum, permutandum et quidquid eidem Lucxe et suis heredibus et subcessoribus placuerit deinceps perpetuo faciendum cum omnibusque heredibus et subcessoribus iure proprio et *m* perpetuum titulo cambii et permutacionis dedit, tradidit et irreuocabiliter alienauit per solempnem stipulationem sepedicto domino abbati presenti, recipienti et solempniter stipulaati pro se et monasterio suo ac subcessoribus suis totam partem eidem Lucxe contingentem de vna pecia terre posite in Draceuopogle, quam dixit habere pro indiuiso cum suprascripto domino abbate; cuius tales dixerunt fore confines: a leuante eiusdem Lucxe, a ponente dicti monasterii sancti Nicolay, a transuersa iura comunis, a meridie uia comunis, vel si qui alii veriores forent confines; qui confines fuerunt approbati esse veri per suprascriptos examinatores; ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, permutandum, alienandum et quidquid eidem domino abbati et subcessoribus suis perpetuo placuerit deinceps faciendum, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis. Promittens vna pars alteri et e conuerso, videlicet dictus dominus abbas pro se et monasterio suo et subcessoribus suis eidem Lucxe et suisheredibus et subcessoribus et dictus Lucxa pro se suisque heredibus et subcessoribus eidem domino abbati stipulanti et recipienti pro se et monasterio suo et subcessoribus suis dictam permutacionem et cambium et omnia et singula suprascripta ad inuicem rata et firma habere, tenere et premissis vel alicui premissorum nunquam impetere nec contrauenire per se vel alium, de iure vel de facto aliqua ratione causa vel ingenio \ ymo vna pars alteri et altera alteri ad inuicem pro se et dictis nominibus predictas res et possessiones permutatas vel cambiatas perpetuo Iegiptime defendere, disbrigare et dischalumpniare ab omni molestante persona, collegio, capitulo, comunitate seu vniuersitate suis propriis expensis cum refectione dampnorum et expensarum litis et extra, sub pena quarti pluris valoris possessionis permutate; qua pena soluta vel non,

rata maneat semper suprascripta permutacio. Pro quibus omnibus et singulis adtendendis et firmiter obseruandis obligauit dictus dominus abbas omnia eius bona et dicti monasterii habita et habenda et dictus Lucxe similiter obligauit omnia eius bona habita et habenda nisi obstantibus legibus, statutis, decretis, licteris papalibus, aliis iuribus et scripturis in contrarium loquentibus. Insuper dictus dominus abbas iurauit in verbo veritatis et dictus Lucxa iurauit corporaliter tactis scripturis secundum statuta Farre dictam permutacionem non fore factam pro aliquo precio tanto vel expresse nec in fraudem alicuius.

Ea die Cresulus plazarius comunis retulit [michi] notario comunis Farre se fecisse gridam per loca consueta litoris maris in Lissa secundum statuta et consuetudines. Eodem milleximo, indictione et temporibus suprascriptis die sexta decima mensis octubris Cranota plazarius comunis retulit michi notario infrascripto existenti in Lesna se gridasse per loca consueta ciuitatis Farre, quod si que persona vellet contradicere suprascripte permutacioni, comparere deberet infra duos menses proximos secundum statuta et consuetudines Farre.

MCCCLXVII^{0}., indictione quinta, die IIIL augusti.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus de Sorba de Janua, vicarius Farre me subscripsi.

fSignum not.)

Ego Petrus oiim Bartholomei de Annobonis de Sertjana imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc iuratus cancellarius Farre, premissis omnibus et singulis interfui et rogatus scripsi signumque meum apposui consuetum.

Original na pergameni u kaptoL arkivu biskupije u Hvaru.

408.

1366. 25. **oktobra. (U Zagrebu).**

Pred zagrebačktm kaptolom frosvjeduje Ivan Korhy u ime braće Zudara, da bi posjednici Bročine taj posjed otuđili.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Johannes dictus Korhy vice et nomine, ac in persona magistrorum Petri, Stephani, Michaelis, Symonis, Georgii, Johannis ac Emerici filiorum Dominici de Bulch dictortim -. Zudar, dominorum suorum ad nostram peršonaliter accedˆncjer • |>resenciam nobis per modum protestacionis .significare curauit,; quod prout ipsi percepissent

Volchech filius Juan, Elyas filius Radeni et Thomas filius Elyas de Louetych de Brochyna eandem terram seu possessionem Brochyna Petro filio Jacobi dicti Voyuoda dare et perpetuare vellent et niterentur in preiudiciurn iuris dictorum dominorum suorum et iacturam; quam scilicet possessionem seu terram Brochyna vocatam dominus noster rex eisdem dominis suis dictis Zudar dedisset et donasset, vt dicebat. Quare facta huiusmodi protestacione vice, dicto verbo et nomine prefatorum dominorum suorum dictorum Zudar prefatos Volchech, Elyam et Thomam facie ad faciam et alios quoslibet de dicta Brochyna a vendicione, donacione et alia quauis alienacione dicte possessionis Brochyna quibuslibet aliis et specialiter dicto Petro filio Jacobi dicti Voyuoda et in fratres ac proximos assumpcione eundem Petrum et fratres suos filios Jacobi et alios quoscunque, alios autem quoslibet et specialiter iam dictum Petrum filium Jacobi facie ad faciem qualibet se intromissione de dicta terra seu possessione Brochyna et . . . . pertinenciarum quomodocunque facta vei facienda toto posse contradicendo prohibuit coram nobis. In cuius protestatorie prohibicionis testimo[nium] presentes concessimus communi iusticia suadente. Datum die dominico proximo ante festum beatorum Symonis et Jude apostolorum, anno domini [miiiesimo] CCC°.LX°. sexto.

Original na papiru u kr. zigar. drzavnom arkivu u Budimpesii: M. M. O. Đ, L. no. 38.752, —• Stara signatura: N R. A. fasc. 1540. no. 29, Na hrptu bijaše pritisnut pecat.

409.

1366. 26. oktobra. U Trogiru. (In burgo Tragurii).

Oporuka Ciprijana Vitchovicha iz Trogira.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentessimo sexa~ gessimo sexto; regnante domino nostro domino Lodouico, dei gratia serenissimo rege Vngarie, et temporibus quidem reuerendi patris domini Nicolay, dei et apostolice sedis gratia episcopi Traguriensis, et egregii et potentis viri domini Francisci de Teorgio de Tadra, regii militis et de eius mandato honorabilis comitis ciuitatis eiusdem Tragurii suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Petri Marini, Desse Darniani, Petri Micatii et Mathey Muhoy Clude; die vigessimo sexto mensis octubris. ^iuprianus Vitchouich de burgo Tragurii sanus mente et sensu, licet corpore languens timens mortis periculum, noiens intestatus dece-

dere, dispoxitionem suorum bonorum et rerum per presens nuncupatiuum testarnentum sine scriptis in hunc modurn facere procurauit: Inprimis dompno VJaticho eius apaterino(!) soldos quadraginta paruorum ; item reliquid (!) dari et dispensari inter sacerdotes, qui erunt tempore sue sepulture ad funus soldos triginta paruorum; item reliquid fratribus Minoribus loci sćMicti Franc[isci] dc Tragurio soldos viginti paruorum; item reliquid fratribus Predicatoribus loci Traguriensis soldos viginti paruorum; item reliquid domino abati sancti johanis de Tragurio, si contingat ipsum personaliter accedere ad funus et cantare missam soldos viginti paruorum; item reliquid Mariam vxorem ipsius testatoris dominam, maiorem et gubernatricem omnium bonorum ipsius testatoris presentium et futurorum, mobilium et stabilium, donec ipsa visserit usque ad obitum ipsius Marie; item reliquid Radoscio eius filio domum ipsius testatoris poxitam in burgo Tragurii iuxta viam et alia latera cum omnibus rebus et massaritiis sedentibus in dicta domo; quas domum et res dictus testator post mortem ipsius Marie eius uxoris voluit et mandauit per dictum Radoscium vendi debere et dari et dispensari pro male ablatis, prout ipsi Radoscio videbitur et placebit. In omnibus autem suis bonis mobilibus et stabilibus, iuribus et actionibus ipsi testatori modo aliquo competentibus et competituris residuis a predictis Radoscium eius filium et Rađoslauam uxorem Mathey Slouarich, ipsius testatoris nepotem, sibi heredes vniuersales instituit et fecit in equali portione. Et ad satisfaciendum et executioni mandandum omnia et singula relicta in presenti testamento contenta suos fideicommissales et executores istituit (!) et fecit Mariam predictam, dicti testatoris uxorem et Radoscium predictum et ipsorum quemlibet presentem; quibus commissalibus et cuilibet ipsorum dedit licenciam et liberam potestatem dandi, vendendi et alienandi de bonis ipsius testatoris usque ad plenam et perfectam satisfactionem presentis testamenti. Actum in burgo Tragurii in domo dicti testatoris, presentibus Stipe Duymi et Petro Bapeongaia, testibus et Stanolo Marov examinatore.

(Drugi rukopis).

Ego Stanulus condam Marogi(!) conscius examinauy.

(Signum ttot).

Ego Vannes domini Johannis de Firmo, publicus imperiali auctoritate notarius et nunc notarius et cancellarius prefati domini comitis et comunis Tragurii, rogatus de predictis scripxi et publicaui.

Original na pergameni u arkivu kaptola u Trogiru no. 99.

410.

1366. 28. oktobra. U Zadru. (Jadre).

Ivan de Matafaro ftrodaje Honesti, ualovi Volcine de Matafaro svoj posjed u Gladnši.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem miUessimo trecentesimo sexagessimo sexto, indictione quinta, die uigesimo octauo menssis octobris, Jadre; regnante domino nostro domino Lodovico, dei gratia serenissimo rege Vngarie et tempore reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris, decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis ac domini Nicolav de Sec, egregii comitis Jadre. Mafeus condam Tohannis Petri de Matafarris, ciuis Jadre, iure proprio et in perpetuum dedit, uendidit et tradidit domine Honeste, relicte Volcene Guidonis de Matafaris, ciui Jadre, pro se et suis heredibus et successoribus ementi et recipienti totam et integram eius possessionem de circa sex sortibus terre et quod plus uel minus esse reperiretur, illud plus et minus cedat in dicta uenditione sine precii aditione uel restitutione, quia sic inter eos actum extitit et conuentum, positam in loco uocato Chnes uartal et eiusdem hoc dixit esse confinium: de austro uia publica per quam itur Jadram, de quirina pasculi dicte possessionis, de borea uilla uocata Gladussa et de trauersa flumen seu riuus inter dictam posessionem et Corupge; et cum omnibus et singulis, que infra predictos continentur confines uel alii, si qui forent ueriores, accessibus et egressibus suis usque in uiam publicam ac etiam cum omnibus et singulis suis pratis, pasculis, siluis, nemoribus, aquis et aquarum decursibus toti dicte posessioni spectantibus et pertinentibus; ad habendum, posidendum et quicquid ei et suis heredibus et sucessoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum cum omnibus et singulis, que tota dicta possessio habet super se uel infra seu intra se in integrum omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re aut ipsi tote dicte posessioni de iure uel consuetudine modo aliquo pertinenti. Et hoc pro precio et nomine precii in summa quingentarum librarum denariorum paruorum, quod precium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicta emptrice habuisse ct recepisse ac sibi integre datum, solutum et numeratum esse *'m* bona, usuali et legali mdneta curente in ciuitate Jadre; exceptioni non habiti, non recepti et non numerati, non soluti et non sibi dati dicti precii, ut dictum est et omni alii legum et iurium auxilio canonico et ciuili et omnibus statutis, prouisionibus, reformationibus, ordinamentis et consuetudinibus jadre pro eo in aiiquo facientibus omnino renuntians; cedens et

mandans eidem omnia iura et acciones reales et personales, utilles et directas, ciuiles et naturales et omnes alias, que et quas habebat uel habere poterat undecumque et qualitercumque in tota dicta posessione et omnibus suis iuribus et pertinenciis, nulla in se exceptione uel reseruatione facta; constituens eam procuratricem ut in rem suam et ponens ipsam in locum suum, ut deinceps in iuditio et extra actionibus utillibus et directis uti et experiri ualeat tam in agendo, quam in defendendo et omnia et singuia facere, que admodum ipse poterat; pacissens et atque(!) conueniens, quod nulli alii actenus cessit iura predicta et quod tempore huius contractus uere posessor erat totius posessionis predicte, et si contrarium appareret, promisit ipsam emptricem indempnem conseruare. Nec non promittens prefatus uenditor per se suosque heredes et successores dicte emptrici pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam ei uel suis heredibus aut sucessoribus de dicta re seu parte ipsius ullo tempore non inferre, nec inferrenti consentire, set ipsam rem cum omnibus suis iuribus et pertinenciis tam in proprietate, quam in posessione ei et suis heredibus et sucessoribus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione, et predictam venditionem et pene solutionem et iura cessa et omnia et singula supra et infrascripta firma et rata habere perpetuo et tenere et non contrafacere uel uenire per se uel alios aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, sub pena quarti dicti precii in singulis capitulis huius contractus quotiens contrafactum fuerit in solidum stipulatione promissa, item reficere et restituere eidem omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra; pro quibus omnibus et singulis obseruandis obligauit dictus uenditor eidem emptrici omnia sua bona presencia et fuctura, et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum presente venerabili viro domino Demetrio de Matafaris Noneque episcopo et Guidone condam Uolcene de Matafarro, ciuibus Jadre, testibus ad hec vocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Damiani de Qadulinis, iudex examinator manum misi.

(Signum not).

Ego Jacobus Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original na pergameni u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 221.

411.

1366. 1. novembra. (U Zagrebu).

BiljeŠka.

Kalendis novembris. Hic obiit dominus Paulus archidiaconus Kamarcensis, qui legavit prebendariis chori ecclesie Zagrabiensis balneum muratum in posscssione dominorum de capitulo in abbacia iuxta fluvium, et unam bonam vincam iuxta sanctum Simonem et unum breviarium suum bonum. Anno domini MCCCLX. sexto.

Btlješka na pergam. breviaru u nadbiskupskoj knjiznici u Zagrebu.

412.

1366. 6. novembra. U Višegradu. (In Wissegrad).

Stjepan Bubeek sudac kraljevske kurije izriče osuđu u parnici sinova Petra Castettan de Zenthlelyuk i sinova Ivana de Makrjcha radi nasilja nanesenih prvima na posjedu Demeskfeuld^ kojom sudi na dvoboj medu parbenim strankama. Pošto na urečeni sudbeni dvoboj tuleni nijesu pristupili, osuđeni su na gubitak svih svojih pos/eda.

[N]os comes Stephanus Bubeek, iudex curie serenissimi et magniflci principis domini Lodouici, dei gracia incliti regis Hungarie, memorie comendantes tenore presencium signincamus quibus expedit vniuersis quod Ladizlaus et Stephanus filii Castellan de Zenthlelyuk pro se personaliter, pro Emerico vero fratre ipsorum vterino cum procuratoriis litteris capituh ecclesie Chasmensis iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum prorogatoriarum in octauis festi beati Jacobi apostoli proxime preteritis in figura nostri iudicii conparendo contra Pousa et Andrea filios Johannis filii Arnoldi de Makrycha, primo quasdam litteras capituli ecclesie de Posoga euocacionales pariter et inquisicionales domino nostro regi ad suum litteratorium preceptum rescriptas tenorem litterarum regalium eiderh capitulo directarum verbaliter in se habentes anno in presenti confectas asserentes ipsorum et dicti fratris eorum actionem et proposicionem aduersus ipsos filios Johannis proponendam litteris contineri in eisdem, prout per alias litteras nostras exinde eonfectas in formas articuli nobis presentarant declarantes inter cetera, quod in per-

sonis prenominatorum filiorum Castellan ac nobilis domine relicte Dauidis de Orisva ipsi domino nostro regi dictum extitisset, vt Andre filius Johannis filii Arnoldi de Mokrycha, itetrf Georgius, Wlchk, Andre et Dominicus ac Symon filius Gregorii, famuli Pousa fratris dicti Andre ex iussu, voluntate ac permissione eiusdem ad possessionem prefatorum filiorum Castellan Demeskfeulde vocatam manibus potenciariis feria tercia proxima post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum proxime preteritum veniendo Merleg officialem eorundem filiorum Castellan in domo sua in eadem possessione Demeskfeulde habita interficere quesiuissent et eandem domum penitus destruxissent et anichilassent ac dominam coniugem dicti Merlegh officialis ipsorum grauiter verberassent, nec non res tam scriniales, quam alias in prefata domo repertas asportassent; insuper prefatum Merlegh confractis hostiis domorum trium iobagionum ipsorum filiorum Castellan vice alternaria interficere queritassent ac vnum filium iobagionis eorum interemissent propria potencia mediante, culpis eorum nullis exigentibus; preterea ydem filii Johannis filii Arnoldi possessionem annotate dom ine Orysa nuncupatam penitus deuastassent et fruges eiusdem conbussissent iobagionesque de facie eiusdem affugassent et terras arabiles vsque domum prefate domine propriam perarari fecissent, premissam possessionem pro se ipsis occupando propria potencia mediante, lite tamen inter filios Castellan et filios Johannis pendente. Volens ita que idem dominus noster rex de hiis cercius experiri ad eaque scienda Tvburcium, aule reginalis iuuenem, hominem suum specialem d[i]rigens fidelitati ipsius capituli de Posaga firmiter precipiendo mandasset suis litteris mediantibus, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus regius scita premissorum mera et omnimoda veritate euocaret prefatos filios Johannis contra annotatos filios Castellan et dominam relictam Dauidis in suam regiam presenciam ad terminum conpetentem rationem premissorum reddituros, premissa lite inter ipsos filios Castellan et filios Johannis pendente non obstante in hac parte; et post hec facti seriem sue maiestati fideliter rescriberet capitulum de Posega prenotatum. Ipsum [i]taque capitulum mandatis regiis obediens vt tenetur cum prenominato Tvburcio homine regio vnum ex ipsis magistrum Gregorium socium et concanonicum eorum ad exequendum premissa pro testimonio transmisisset; qui postmodum ad ipsum capitulum reuersi eidem concorditer retulissent, quod ipsi a vicinis et commetaneis nobilibus et aliis communibus hominibus illarum parcium, a quibus decuisset diligenter inquirendo hanc de premi'ssis sciuissent veritatem: quod prenominati Andre filius Johannis, Georgius, Wlchk, Andre ac Dominicus et Symon filius Gregorii, famuli ipsius Andre filii Johannis et Pouse fratris eiusdem ex voluntate,

iussu et permissione ipsius ad predictam possessionem annotatorum filiorum Castellan Demeskfeulde vocatam in prescripta feria tercia proxima post festum beatorum Phfilippi et Jacobi apostolorum nunc preteritum manibus potenciariis veniendo predictum Merlegh officialem eorundem filiorum Castellan in eadem domo sua in predicta possessione Demeskfeulde habita interficere quesiuissent et hostium eiusdem domus confranendo dominam consortem ipsius Merlegh grauiter verberassent et quasdam res scriniales tam ipsius Merlegh, quam eciam trium iobagionum ipsorum similiter confractis hostiis domorum et scriniis auferendo asportassent, vbi eciam filiurh iobagionis eorum interemissent, non exigentibus aliquibus culpis eorum, lite tamen pendente inter filios Castellan et filios Johannis antedictos; quos quidem filios Johannis in possessione ipsorum Poduinva vocata ipsi die dominico proximo ante festum asscensionis domini proxime preterito contra annotatos Ladislaum, Emericum et Stephanum filios Castellan ad octauas festi penthecostes tunc venturas *in* regiam presenciam euocassent racionem premissorum reddituros. De hinc prenominati Ladislaus et Stephanus quasdam sex litteras inquisicionales, vnam Albensis, secundam Budensis, terciam Chasmensis capitulorum et quartam Symigiensis conuentus ecclesiarum, quintam vero vvicecomitis et iudicum nobilium comitatus Crisiensis domino nostro regi ad suum litteratorium preceptum rescriptas tenoresque litterarum regalium eisdem capitulis, conuentui et vicecomiti ac iudicibus nobiiium super premissis directarum verbaliter in se habentes, nec non sextam a Stephano filio Nicolai de Zvnche loquentem venerabili patri domino Stephano episcopo ecclesie Zagrabiensis, pridem regni Sclauonie vicario generali rescriptam, tenorem litterarum suarum eidem directarum de uerbo ad uerbum in se habentem, omnino anno in presenti confectas nobis curarant exhibere declarantes inter cetera, quod Tvburchis, aule reginalis iuuenis, specialiter ad id transmissus ac alii regii et dictorum capitulorum ac conuentus homines *nec* non vnus ex dictis iudicibus nobilium ipsius comitatus Crisiensis in eisdem litteris nominatim contenti ad premissaque rescienda destinati a vicinis et commetaneis nobilibus et aliis communibus hominibus illarum parcium, a quibus decuisset et licuisset dili;enter inquirendo premissa omnia, vt in continencia dictarum litterarum euocacionalium similiter et inquisicionalium ipsius capituli de Posaga superius expressarum seriose sunt declarata, sic in eodem modo per prefatos Andre et Pousa filios Johannis filii Arnoldi ac famulos eorundem prenotatos super prenominatos filios Castellan et alios superius nominatos ad ipsos pertinentes; nec non superius expresso perpetrata fore resciuissent quibus quidem litteris exhibitis et expositis Johannes filius Andre pro prelibatis Andre et Pousa filiis Johannis filii Arnoldi

cum procuratoriis litteris predicti capituli ecclesie Chasmensis in nostram iudiciariam veniendo presenciam responderat eo modo, quod iidem filii Tohannis in totalibus premissis accionibus predictorum filiorum Castellan innocentes essent penitus et immunes, et ibidem quasdam tres litteras inquisicionales, vnam Quinqueecclesiensis et secundam Zagrabiensis capitulorum ecclesiarum regie excellencie ad amicabilem peticionem litteratoriam magistri Georgii, comitis Crisiensis rescriptas formam litterarum eiusdem magistri Georgii eisdem capitulis directarum de uerbo ad verbum in se habentes ac terciam eiusdem magistri Georgii comitis et iudicum nobilium dicti comitatus Crisvensis memorialiter anno in presenti emanatas nobis preseritarat; in quarum quidem litterarum ipsorum capitulorum continenciis inter alia reperiebatur, quod homines ipsius magistri Georgii et testimonia eorundem capitulorum in eisdem litteris nominati et conscripta ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, nobilibus et ignobilibus conprouincialibus, palam et oculte diligenter inuestigando talem de infrascriptis sciuissent veritatem, quod prelibati filii Castellan receptis regio et annotati capituli de Posaga hominibus contra prefatos Pousa et Andrea(!) filios Johannis filii Arnoldi ex preconcepta nequicia super premissis acquisicionibus(!) eorum litteras inquisicionales emanari facere procurassent Cum tamen iidem filii Johannis incipiendo a sabbato proximo post prenotatum festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, videlicet die dominico et secunda, tercia ac quarta feriis vsque ad feriam quintam tunc proxime sequentem absentes fuissent, vmo dictus Pousa in Crisio in causis suis contra eosdem filios Petri dicti Castellan habitis, dictus autem Andrea in Dombro fuissent, nec dicti famuli ipsorum de consensu, iussu et permissione ad prefatam possessionem dictorum filiorum Castellan Demeskfeulde vocatam potencialiter veniendo dictum officialem eorum interficere voluissent et quesiuissent, set omnino iidem filii Johannis ac famuli eorum in omnibus premissis innocentes essent et inmunes; set verum, quod dictus Dominicus famulus eorundem filiorum Johannis filii Arnoldi predicta feria tercia proxima post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum proxime preteritum equos eorundem dominorum suorum in pascuis amisisset et eosdem querendo filium cuiusdam iobagionis ipsorum filiorum Petri dicti Castellan in via publica obuiasset, qui se ibi verbis victuperiosis mutuo pertractassent, quem idem Dominicus famulus dictorum filiorum Johannis extracto gladio suo interemisset sine scitu, consensu, iussu et permissione eorundem Pousa et Andre dominorum suorum, qui postquam eundem hominem interemisset, statim recessisset nec amplius apud eosdem filios Johannis fuisset neque ipsum iidem filii Tohannis vidissent; in continencia siquidem ipsius littere dictorum vice-

comitis et iudicum nobilium reperiebatur, quod vnus ex dictis iudicibus nobilium ac alter ex eisdem nobilibus per ipsos vicecomitem et iudices nobilium *ac* nobiles ad peticionem prefati Pouse filii Johannis ad infrascripta rescienda transmissi in eisdem litteris nominati ab omnibus nobilibus et ignobilibus conprouincialibus parcium illarum a quibus decuisset palam et oculte diligenter inquirendo hanc de premissis sciuissent veritatem, quod predicti Pousa et Andre filii Johannis incipiendo a dicto sabbato proximo post predictum festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum die dominico et in sequentibus tunc secunda, tercia et quarta feriis vsque feriam quintam in districtibus Kamarcha et Dombro ac idem Pousa in Crisio presencialiter extitisset ex eoque, nec ipsi personaliter in dicta possessione Demeskfeulde vocata tunc vel alyas fuissent neque homines suos misissent ad inferendum ipsis filiis Petri molestiam aliqualem, set eisdem penitus et omnino innocentes essent ac inmunes. Quarum quidem omnium premissarum litterarum exhibicionibus factis et perlectis ac expositis continenciis earundem partibusque in premissis iuris equitatem per nos elargiri deprecantibus, quia prescripti filii Castellan accionem eorum premissam prescriptis septem litteris inquisicionalibus declararant, annotatus autem procurator dictorum filiorum Johannis innocenciam eorundem in premissis solum premissis ternis litteris inquisitoriis conprobarat, due eciam earundem litterarum inquisicionalium per ipsum procuratorem filiorum Tohannis exhibite manifeste expresserant, quod premissa interempcio dicti filii iobagionis ipsorum filiorum Castellan per dictum Dominicum, famulum ipsorum filiorum lohannis, perpetrata extitisset, antiqua vero consuetudine regni lege requirente cause huiusmodi tot vel paucioribus litteris inquisicionalibus declarate duelli certamine vel iuramento actorum eiusdem cause debent diffiniri, ideo cum nos annotatum procuratorem ipsorum filiorum Johannis filii Arnoldi in eo, si ipsi filii Johannis premissam causam duellorum certaminibus vel iuramentorum deposicionibus vellent terminare iuridice requisitum habuissemus, idem procurator ipsorum filiorum Johannis dictam causam duellorum certaminibus sponte preeligendo affirmarat velle terminari pluries replicando. Vnde nos premissis omnibus perceptis et suo modo consideratis vna cum baronibus regnique nobilibus tribunal iudiciale nobiscum consedentibus iudiciantes comiseramus eo modo, quod predictus Ladizlaus filius Petri dicti Castellan a die datarum earundem priorum litterarum nostrarum tricesimo primo die octauarum festi beati Jacobi apostoli confectarum, sexagesimo die scilicet in vigilia festi omnium sanctorum tunc venturi contra prefatum Pousam filium Johannis ac anotatus Stephanus filius eiusdem Petri dicti Castellan secundo die dicti festi omnium sanctorum contra prescriptum Andre

filium eiusdem Johannis, ambo scilicet eorundem actorum pugiles congressos in eo, vt premissa dictis septem litteris inquisicionalibus declarata iidem filii Johannis cum prescriptis famulis eorum ipsis et ad eos pertinentibus modo premisso irrogauerint et super eos perpetrauerint; annotatus autem Pousa contra ipsum Ladizlaum ac dictus Andre contra prefatum Stephanum pugiles incongressos in eo, vt ipsi in omnibus premissis acquisicionibus eorundem filiorum Castelian innocentes existerent penitus et inmunes in area certaminis duelli in conspectu regie maiestatis in Vvssegrad in armis et equis militaribus, quos meliores et agiliores invenire possent contra sese dimicaturos statuere vel si partes vel aliqua earum vellet tunc persenaliter dimicature vel dimicatura conparere tenerentur ataue possent; et ne dimicacio ipsius duelli ad crepusculum noctis differetur, ideo volueramus, vt ante pulsum campane vesperarum ipse partes personaliter conparere vel pugiles earum in loco certaminis duelli statuere deberent dimicature aut dimicaturos determinatisque ipsis duellis de causa annotati Emericy filii Castellan contra annotatos filios Johannis in premissis habita vna cum baronibus deliberaremus, quid fieri deberet iusticia exigente. Tandem ipsis diebus seu terminis ad dimicacionem ipsorum duellorum assignatis occurentibus prefati Ladislaus et Stephanus filii Petri dicti Castellan in area certaminis duelli per nos ad id assignata tentoria eorum extendentes pugilesque eorum armis militaribus indutos super equos asscendi faciendo dimicaturos statuerunt vt debebant; qui quidem Pousa et Andre filii Johannis pugiles eorum dimicaturos statuere vel personaliter dimicaturi conparere debentes ipsis Ladizlao et Stephano cum eorum pugilibus in area certaminis ipsius duelli vsque ad crepusculum ipsarum dierum expectantibus non venerunt nec miserunt; postulantes prefati fiiti' Petri dicti Castellan iuris equitatem ex parte dictorum filiorum Johannis sibi per nos elargiri; verum quia prelibati filii Petri dicti Castellan premissa facta potencialia per ipsos filios Johannis cum famulis eorum super ipsos et ad eos pertinentes perpetrata fore premissis septem litteris inquisicionalibus, vt premittitur declarant, premisse eciam due littere inquisitorie per prefatum procuratorem ipsorum filiorum Johannis exhibite premissam interempcionem dicti filii iobagionis ipsorum filiorum Petri dicti Castellan per dictum Dominicum famulum ipsorum filiorum Johannis perpetratam fore expresserant causaque premissa predictis partibus acceptantibus modo pretacto ad duellorum certamina per nos adiudicata extiterat ac ipsi filii Johannis premissa duella personaliter dimicaturi vel per pugiles eorum dimicari facturi prescriptis filiis Petri dicti Castellan, vt est prehabitum cum pugilibus eorum expectantibus non aduertentes eorum cordis rebellionem in ipsorum propriarum personarum ac bono-

rum redundari detrimentum et ruinam venire aut pugiles eorum statuere non curarunt, set se a facie iuris in eorum culpabilitatis iudicium absentarunt, pro eo vna cum baronibus et regni nobilibus super premissis deliberanđo prefatos Pousa et Andre filios Johannis filii Arnoldi pro premissis eorum potenciariis actibus nolentes huiusmodi potenciarie presumpcionis eorum audaciam inpune pertransire, ne alii ab eo exemplati ad similia maleficia perpetranda se apponere presumpmant, set pocius pena eorum quoslibet alios a tante inportunitatis(l) presumpcione obstupescat in facto succubitus ipsorum duellorum factorum potencialium, ex eoque in sentencia capitali et amissione vniuersarum suarum possessionum et possessionariarum porcionum ac«bonorum et[1] proprietatum quarumlibet ipsos proprie contingencium in duabus partibus nostris iudiciariis et in tercia parte dictarum parcium aduersarum manibus deuoluendarum contra eosdem filios Petri dicti Castellan nostra iudiciaria auctoritate decreuimus conuictos extitisse. In cuius rei memoriam presentes eisdem filiis Petri dicti Castellan concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Wyssegrad, sexto die predicti festi omnium sanctorum, anno domini *M°CCC°LX»* sexto.

Original na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije: Diplomata a. 1366.

Na listini nalazi se svilena vrvca narančaste boje; peČat je otpao.

Na hrptti savremena bilješka: Filiorum Castallan.

413.

1366. 9. novembra. (U Čazmi).

Pred Čazmanskim kapiolom prodaje Andrija sin Otezlayev za 10 maraka vinograd Koztanski Stjepanu i Petru de Garyg uz običajne uvjete.

FClapitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentem paginam intuentibus salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie litterarum volumus peruenire, quod Andreas filius Otezlay de districtu Garyg ab vna parte, ex altera autem Stephanus filius Jacus et Petrus filius Blasii districtu de eodem, personaliter coram nobis constituti, idem Endre filius Hotezlay vineam suam empticiam Koztanzky

[1] Umetnut iznad linije.

nuncupatam in monte Korgo vt dicitur habitam et existentem, cui a parte superiori vinea Mathey filii Martini, a parte vero inferiori vinea Georgii filii Goztek vicinari perhibentur, cum terra culta et inculta ad eandem vineam pertinente et sub suis metis et terminis, quibus ipse eandem vineam actenus tenuisset et possedisset totalem et omnino prenominatis Stephano filio Jacus et Petro filio Blasii pro decem marcis denariorum per eosdern Stephanum et Petrum vt fertur iam sibi plene et integre persolutis se vendidisse, tradidisse et alienasse confessus est oraculo viue vocis, imo vendidit, tradidit et alienauit coram nobis testimonio presencium litterarum mediante in filios filiorum heredumque suorum successores perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam. Litteras eciam antiquas, quarum vigore vinea prenominata per ipsum Endre vsquemodo tenta extitit et possessa, Jđem in manus prefatorum Stephani et Petri asignauit coram nobis, et si quas ex eisdem aliqua fraude pretenta reseruasset, presentibus friuolas commisit et inanes, ac cuilibet exhibenti nocituras. In cuius rey testimonium roburque perpetuum presentes concessimus litteras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria secunda proxima ante festum beati Martini confessoris, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto.

Original na papiru u kr. ug. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.238. — Stara signatura: Acta monast. Garig. fasc. II. no. 16.

JVa listini visi o crvenoj i zutoj svilenoj vlaknatoj vrvci oštećeni pečat.

414.

1366. 11. novembra. (U Topuskom).

Opat topuski potvrđuje primitak godišnjeg podavanja od tri marke, što ih je primio od Ladislava Theutusovog za posjed Strezich, što ga potonji drŽi kao predij.

Nos frater Guydo, abbas ecclesie beate Marie virginis de Thoplica, memorie commendamus, quod magister Laudizlaus (!) filius Theutus de Blyna in festo sancti Martini hvemali anni presentis tres marcas denariorum racione census, quas nobis tenebatur de possessione nostra Strezich vocata, quam idem a nobis more prediali habere dignoscitur, super quo nos eundem reddimus expeditum, testimonio presencium mediante.

Datum in nostro monasterio, die et festo, que supra. Anno domini millesimo CCC°LX° sexto.

Original u ark. grofova Zichy.
Cod. dipl. com. Zicky. III p. 321.—322,

415.

1366. 16. novembra. Avignon. (Auennione).

Urban papa ovlaUuje biskupa srijernskoga IDemetrija, da osobe, koje su sudjelovale kod uapšenja i zatočenja biskupa zagrebačkog Stjepuna^ može osloboditi ekskornunikacije, u koju su tim djelom pali.

Urbanus episcopus. . . . venerabili fratri Demetrio, episcopo Sirmiensis ecclesiae, salutem etc. Petitio pro parte charissimi in Christo filii nostri Ludouici, regis Vngariae illustris, nobis nuper exhibita continebat, quod nonnullae personae de regno suo Vngariae, seu in ipso morantes, tam ecclesiasticae quam saeculares vtriusque sexus, ex eo, quod dederint operam aut auxilium, consilium et fauorem, quod venerabilis frater noster Stephanus, episcopus Zagrabiensis, propter quaedam scandala, quae a nonnullis dicebantur per ipsum in regno suscitata praefato, caperetur et detineretur, prout detineri dicitur, ac praefati excommunicationis sententiam, licet idem episcopus dicatur fuisse ih graui culpa et remedium detencionis eiusdem admodum necessarium videretur, incurrisse formidant. Quare idem rex nobis humiliter supplicauit, quatenus, cum multae ex personis iisdem sint magni status et ad sedem apostolicam pro absolutionis a dicta sententia beneficio obtinendo absque magnis suis et suorum subditorum periculis venire non possint, cum detinentes et fauentes detinentibus praefatum episcopum parati sint eum assignare nuncio nostro, si quem ad ducendum eundem episcopum ad Romanam curiam recepturum pro meritis duxerimus destinandum, earum personarum absolutionem ab huiusmodi sententia in partibus illis committere dignaremur. Nos igitur eiusdem regis supplicationibus inclinati de tua fraternitate gerentes in domino fiduciam pleniorem, tibi, postquam dictus episcopus fuerit assignatus dilecto filio Joanni de Roma, ostiario nostro, quem ad ducendum praefatum episcopum ad dictam curiam praesentaliter destinamus, personas easdem ab omni sententia iuris vel hominis, quam propter praemissa incurrissent hac vice, authoritate nostra iuxta formam ecđesiae absoluendi, de insuper cum dictis, cuiuscunque status existant, etiamsi pontificali praefulgeant dignitate, qui

sic ligati celebrando diuina, non tamen in contemptum clauium celebrassent vel immisissent se, illis super irregularitate inde contracta, a diuinorum celebratione vsque ad tempus, de quo videris expedire, suspensis, dispensandi plenam concedimus tenore praesentium facultate(I). Datum Auennione XVI., kalendas decembris, anno quinto.

Fejer Cod. dipl. Hung. T. IX. v. VII. p. 386.-388.*

416.

1366. 17. novembra. (U Zadru).

Notarijatsko ovjerovljenje listine hercega Andrije od g. 1200. (Cod. dipl. II. no. 330.).

Hoc est copia cuiusdam priuilegii ducalis, cuius priuilegii tenor per omnia talis est: *(Slijedi listina hercega Andrije od god. 1200.).*

f Ego Simeon de Botono, iudex examinator, quia hoc exemplum cum suo autenticho de uerbo ad uerbum concordare inueni, ideo me supseripssi.

f Ego Johanes de Sloradis, iudex examinator, quia hoc exemplum inveni conchordare cum suo autenticho de uerbo ad uerbum, ideo me subscripssi.

Hoc est exemplum siue sumptum vnius priuilegii ducalis sigillati sigillo pendenti de cera alba, cuius litere legi non posunt (!) propter antiquitatem, in cuius sigilli medio aparet vnus armatus in equo cum lancea, quod privilegium fecimus legi in nostra presencia de verbo ad verbum in presencia duorum notariorum. In quorum robur et testimonium, tamquam autentica persona, ego Nicolaus, permissione diuina archiepiscopus Jadrensis, iure ordinarie potestatis predictam manu mea scripsi et mandaui predictum exemplar cum meo sigillo pendenti ad maiorem firmitatem roborari.

Ego Isuardus condam Romanati de Romanato ciuis Padensis(l), publicus imperiali auctoritate notarius et iuratus notarius Jadre, quia presens exemplum cum suo autentico ascultando cum supradictis dominis archiepiscopo et iudicibus examinatoribus concordare inueni me subscripssi.

(Signum not)

Ego presbiter Helyas canonicus Spalatensis, imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre, quia presens exemplum cum suo autentico siue originali ascultaui una cum supradictis domino archiepiscopo

ac exeminatoribus(l) dictis, et quia dictum exemplum concordatur cum predicto suo autentico, ideo me hic meo nomine ac tabelionatus subscripsi et meum signum consuetum aposui in testimonium omnium premissorum.

(Signum not.)

Ego Bartholomeus filius condam ser Paganini de Bononia olim cancellarii Jadre, publicus inperiali(l) auctoritate notarius et Jadre iuratus, quia hoc exemplum siue copiam priuilegii supradicti ex suo autentico non viciatum, non abbrasum, nec in aliqua sui parte suspectum cum vero sigilo cereo alba cera sigilato, pendenti super cordulla de serico rubeo pendenti ac bulato de mandato nobillium virorum dominorum Volzine de Ginano, Bartholomei de Grisogonis ac Bartholomei de Cipriano, honorabiliium rectorum ciuitatis Jadre et ad peticionem domini fratris Petri, abbatis sanctorum Cosme et Damiani, per dictos rectores secundum ordines Jadre concessum cum supradictis dominis iudicibus examinatoribus, videlicet domino Simone de Botono et Johane de Sloradis ac reuerendo in Christo patre et domino Nicolao archiepiscopo Jadrenssi et Isuardo notario et presbitero Helie, iuratis notariis Jadre, de uerbo ad uerbum cum supradictis dominis iudicibus, examinatoribus et archiepiscopo ac notariis ascultauimus et de verbo ad verbum concordare inuenimus, ideo me subscripssi et sigillum meum consuetum apposui in testimonium premissorum et ad maiorem cautellam et certitudinem predictorum presens exemplum siue copia extitit suspenssa sigilli supradicti domini archiepiscopi et communis Jadre communita sub anno incarnacionis Christi millesimo trecentesimo sexagessimo sexto, indiccione quinta, die decimo septimo menssis nouembris, regnante serenissimo principe et domino nostro domino Lodouico, illustrissimo rege Hungarie temporeque reuerendi patris domini Nicolae de Matafaris, decretorum doctoris et Jaderenssis archiepiseopi ac magnifici et potentis domini Nicolae de Seez comitis Jadre etc.

*Original na pergameni u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana rogovskog^*

Na listini nalaze se dvije uzice; pecaii su otpali.

417.

1366. 17. novembra. U Zadru. (Jadre).

SveĆenik Jakov Obradov ocituje, da je primio osam dukata od rogovskoga opata Petra u ime troškova za put u Avignon.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millessimo trecentessimo sexagessimo sexto, inditione quinta, die decimo septimo menssis novembris; regnante domino nostro domino Lodouico, dei gratia serenissimo rege Hungarie; temporibus equidem reuerendt patris domini Nicolay de Matafaris, decretorum doctoris et archiepiscopi Jadrensis, atque magnifici et potentis domini domini Nicolay de Zeech, honorabillis comitis Jadre. Presbiter Jacobus sancte Marie mayoris de Jadra, filius condam Obradi fabri dicti Vodan pro se suisque heredibus et successoribus fuit contentus et confessus se habuisse et recepisse a reuerendo in Christo patre fratre Petro, abbate monasterii sanctorum Cosme et Damiani Jadrensis diocessis, ducatos octo auri bonos et iustos et hoc pro sua tota solutione ac integro pacamento de omni eo, quod dictus presbiter facobus debuit habere a dicto domino abbate usque ad diem hodiernam uel secum habuit facere usque ad istam horam et presertim de illo ac pro illo, quod dictus presbiter Jacobus fuit Auinioni cum fratre Benedicto, monaco dicti monasterii, et compleuit aliqua, que sibi fuerunt imposita ac commissa per dominum abbatem nominatum, licet dictus presbiter Jacobus iuerit pro factis suis Auinionem et non spetialiter missus per dominum abbatem predictum, **prout** ore proprio dictus presbiter Jacobus fuit confessus; excepcioni non date, non habite et non recepte dicte quantitatis pecunie et omni allii iuris remedio et fauori omnino renuntians. Vnde predictus presbiter Jacobus pro se suisque heredibus et successoribus promisit dicto domino abbati pro se suisque successoribus stipulanti et recipienti litem **uel** questionem aliquam seu controuersiam ullo tempore inferre tiec inferrenti consentire de aliqua re, quod habuerunt predicte partes insimul facere usque ad diem hodiernam, set predictam securitatem ac quietationem firmam et ratam atque gratam perpetuo habere et tenere et noii contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, per se **uel alium** siue alios, sub pena quarti pluris dictorum denariorum et reffectione omnium dampnorum et expensarum litis et extra ac obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum; et pena so**luta uel** non presens instrumentum in sua firmitate permaneat. Actum

Jadre, presentibus Juano sartore filio Pribsce sartoris et Juano condam Radohne, testibus ad hoc uocatis et rogatis et alliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Johannes de Sloradis, examinator examinaui.

(Signum not.)

Ego presbiter Helyas canonicus Spalatensis, imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre, hiis omnibus interfui, rogatus scripsi et puplicaui signoque meo consueto signaui.

Original na pergameni u gubernijaL arkivu tt Zadru, odio samostana sv. Kuzme rogovskog no. 81.

418.

1366. 19. novembra, (U Čazmi).

Pred kaptolom čazmanskim predaje Petev sin Ivana zvanog Fodor itd. ftosjed Palychnu i Horvathtelke Luki sinu Nikole sina Ivana sina Berizlavova.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presenćium per tenorem, quod Peteu filius Johannis dićti Fodor sua, Thome ac Johannis fratrum suorum vterinorum, item Georgii et Beryzlou ac aliorum puerorum Nicolai dicti Litterati, similiter fratris ipsorum vterini in personis ab vna parte, ex altera autem Lucas filius Nicolai filii Juuan filii Beryzlay personaliter coram nobis constituti, idem Peteu sua et predictarum absencium personarum in personis viua voce spontaneaque voluntate retulit et confessus est, vt ipsi et eorum heredes cum eodem Luca filio Nicolai et ipsius posteris super facto possessionarie diuisionis inter ipsos fiende in perpetue pacis tranquillitate fraternaliter possint permanere de possessione eorum Palychna vocata quandam particulam possessionariam Horrulathtelke vocatam cum auibusuis suis vtilitatibus et vtilitatum integritatibus, quouis nomine vocitatis ad ipsam particulam possessionariam spectantibus sub metis et terminis infrascriptis pro plenaria porcione ipsum Lucam de omnibus possessionibus ipsorum contingentem dedissent et tradidissent eidem Luce filio Nicolai in porcionem, heredum in heredes perpetuo et irreuocabiliter possidere, tenere pariter et habere; de qua quidem particula possessionaria Lucas prenominatus pro sua porcione ad plenum se coram nobis contentum fore asserendo,

alias possessiones et possessionarias porciones predictorum filiorum Johannis et Nicolai absque aliqua diuisione et repeticione diuisionis eisdem pacifice et quiete commisit possidendas, tenendas pariter et habendas. Mete autem dicte particule possessionarie ipsam ab aliis possessionariis iuribus separantes, vt partes nobis recitarunt, taliter distinguntur: prima meta incipit in fluuio Lypouichapataka et tendit 'versus aquilonem ad vnam metam terream, inde ad eandem plagam deuenit ad aliam metam terream, a qua iterum deuenit ad metam terream; inde ad dictam plagam aquilonarem eundo cadit ad fluuium Palvchna ibique terminatur. In cuius rey testimonium ad instanciam parcium duo concessimus [pa]ria litterarum sub sigillo nostro litteris alphabeti intercisa. Datum in festo beate Elizabeth, anno domini millesimo CCC°LX° sexto.

Original na pergam. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1365.

Na hrptu nalazi se trag ovalna pritisnuta pecata>

419.

1366. 2. novembra. U Višegradu. (In Vissegrađ).

Stjepan Bubeek, dvorski sudac, poziva kaptol čazmanski, da sudjeluje po svome izaslaniku uvedenju Đure Zudora i brače njegove u posjed Matricha u iupanij'i zagrebačkoj\ poHo su svi oni$_y$ koji su kod prve statucij'e uvedenju prigovorili$_y$ priznali spomenutom iDuri Zudoru i brači naslov hralj'eve donacije valjanim.

Amicis suis reuerendis capitulo ecclesie Chasmensis comes Stephanus Bubeek, iudex curie domini Lodouici, dei gracia regis Hungarie, amiciciam paratam cum honore. Noueritis, quod cum dominus noster rex pensatis fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis magistri Gcorgii dicti Zudor, aule sue militis dilecti et fidelis, per eundem sue regie maiestati locis et temporibus exhibitis et inpensis, quandam possessionem Matricha vocatam in regno Sclauonie, olym in comitatu Gora, nunc vero Zagrabiensi sitam, per quosdam homines a sua regia maiestate celando tanta veritate vsque nunc conseruatam et possessam sueque regie collacioni pertinentem eidem magistro Georgio, item magistris Petro, Stephano, Mvchaeli, Simoni et Emerico, fratribus suis, prout id in litteris eiusdem domini regis exinde confectis per infrascriptumque procuratorem ipsius magistri Georgii coram nobis exhibitis vidimus contineri perpetuo contulisset, idemque magister Georgius, vt littere vestre similiter coram

nobis presentate declarabant, acceptis Pasa filio Andree regio, et Maftino sacerdote, ecclesie vestre prebendario, vestro hominibus, ad regium litteratorium mandatum transmissis, secundo die festi conuersionis beati Pauli apostoli proxime preteriti ad faciem ipsius possessionis Matricha vicinis et commetaneis suis vniuersis legitime conuocatis et presentibus accedendo eandem regali collacioni pertinere repertam per eosdem regium et vestrum homines sibi ac dictis fratribus suis ipsius regie donacionis titulo perpetuo possidendarn statui facere voluisset, ac Anthonius filius Wlchak, Gregorius filius Obrani, Bogdanus filius Rodoan et Kyrin filius Mvloan personaliter inibi conparendo ipsamque possessionem eis vigore efficacium instrumentorum pertinere asserendo prefatum hominem regium ab huiusmodt possessionaria statucione modo premisso eisdem magistro Georgio et fratribus suis facienda prohibuissent eosdemque Anthonium, Gregorium, Bogdanum et Kyrin cum eorum instrumentis super predicta possessione habitis, que iidem se exhibituros sponte allegassent iidem regius et vester homines contra predictum magistrum Georgium ad octauas diei cinerum tunc venturi in regiam presenciam citasset(l). Ac tandem iidem Anthonius, Gregorius, Bogdan et Kyrin ipsam possessionem eis vigore instrumentali pertinere asserendo in facto eiusdem ipsa eorum instrumenta coram nobis exhibere assumpsissent ac exhibicio ipsorum instrumentorum iuxta continencias litterarum nostrarum prorogatoriarum quibusdam prorogacionum cautelis et terminis interuenientibus ad presentes octauas festi omnium sanctorum protelata extitisset. Tandem ipsis octauis festi omnium sanctorum occurrentibus, Johannes filius Johannis de Korh pro annotato magistro Georgio dicto Zudor cum procuratoriis litteris capituli Zagrabiensis ab vna, item prefatus Kyrin filius Miloan ac Thomas filius Wlk pro se personaliter et prenotatis Gregorio filio Obrani, Anthonio filio Wlchak et Bogdano filio Radoan(!) cum procuratoriis litteris vestris parte ab altera in nostram accedentes presenciam se in premissa eorum causa ad pacis et concordie vnionem per nos transmitti postularunt deuota cum instancia. Quas cum iuxta eorum beniuolam peticionem ad ipsius pacis reconciliacionem benigne admisissemus, tandem iidem in nostram regressi presenciam se in premissa eorum causa ad talem perpetue pacis vnionem deuenisse retulerunt et deuenerunt coram nobis, quod quia ipsi Kyrin et Thomas filius Wolk * ac Anthonius de Lohouich, Gregorius et Bogdanus nullum ius nullamue iuris proprietatem in predicta possessione Matricha et suis pertinenciis se habere, sed eandem regali collacioni pertinere agnouissent, ideo ipsi omni liti et accioni eorum premisse re-

[1] Slijedi »del« precrtano.

nunciantes eandem possessionem Matricha cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis quibusuis nominibus vocitatis, specialiter vero sessionibus seu possessionibus Lohouich, Bodoroch et Gradoch vocatis ac aliis quibuslibet ad eandem spectantibus, annotatis magistro Georgio dicto Zudor et suis fratribus eorumque heredibus et successoribus vniuersis perhempnaliter possidendam remisissent, resignassent et perpetuassent ac dicti Kyryn et Thomas suis personaliter et predictorum Anthonii, Gregorii et Bogdani in personis premissa procuratoria auctoritate remiserunt et resignarunt coram nobis, nil iuris nilque proprietatis et dominii,. quod actenus se habere sperassent in eadem sibi et eorum successoribus reseruando in eadem, sed omnino in ipsos magistrum Georgium et fratres suos transferendo. Litteras eciam, si quas in facto eiusdem possessionis et suarum pertinenciarum haberent emanatas, vanas, mortuas et viribus kariturasfl) exhibitoribusque earum nocituras relinquendo. Vnde cum ad statucionem ipsius possessionis Matricha et suarum pertinenciarum modo infrascripto facienda (!) regius et vester homines necessario sint destinandi, igitur vestram amiciciam presentibus petimus reuerenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus filius Andree de Reatatety (I) uel Pasa filius Andree de Zredahel aut Petrus filius Ratk siue Petrus filius Andree, an Endre filius Johannis seu Georgius filius Zala de Scronicha seu magister Ladislaus filius Tutes aliis absentibus homo regius in die strennarum nunc venturo ad faciem predicte possessionis Matricha vocate et suarum pertinenciarum vicinis et commetaneis suis vniuersis legitime conuocatis accedendo, eandem cum vniuersis suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis specialiter vero predictis sessionibus seu possessionibus Lohouich, Bodoroch et Gradoch vocatis aliis cuiusuis nominis vocabulo vocitatis et ad eandem possessionem Matricha pertinentibus eisdem magistro Georgio et fratribus suis eorumque heredibus et successoribus vniuersis statuat et committat contradiceione prefatorum Kyryn, Anthonii, Gregorii et Bogdani et aliorum quorumlibet, eo quod ipse premisse possessionarie recaptiuacionis statucioni eiusdem preter ipsorum(!) Kyryn, Anthoni Gregori et Bogdani, qui nunc modo premisso eandem dicto magistro Georgio et suis fratribus resignabant, obuiarat contradiccio, obuiari non valente, perpetuo et irreuocabiliter possidere, tenere pariter et habere. Si qui autem preter ipsos Kyryn, Anthonium, Gregorium et Bogdanum ac Thomam quicquam iuris se habere sperarent in eadem, facta ipsa statucione dum voluerint exequantur, iuris ordine mediante. Et post hec ipsius possessionarie statucionis seriem ad octauas festi purificacionis beate virginis similiter nunc afiuturi(!) domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum

in Vissegrad, duodecimo die termini prenotati, anno domini millesimo CCC°.LX°. sexto.

Jz original. uvodnice čazmanskog kaptola od g. 1367. 6. januara na pergameni u kr. ugar. drzav. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 33.753. — Stara signat. N. R. A. fasc. 1540. no. 31.

420.

1366. 20. novembra.

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski potvrđuj'e braći Zudor svoju povelj'u od 2.januara 1366. i listinu čazmanskog kaptola od 8. oktobra 1365., koja sadržaje ispravu namjesnika biskupa Stjepana od j. *oktobra*

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie^ Galicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Solet a principe confirmari, quod licite postulatur, quia, sicut iuris est, occupata indebite ad statum debitum reuocare, sic est equitati consonum optenta legitime regio patrocinio communire. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magister Georgius dictus Zudar, fidelis et dilectus aule nostre miles in sua, item magistrorum Petri, Stephani, Michaelis, Johannis et Emerici dictorum Zudar, fratrum suorum vterinorum personis, ad nostre serenitatis accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam duas litteras, vnam nostram patentem maiori et nouo sigillo nostro consignatam, aliam vero honorabilis capituli ecclesie Chazmensis priuilegialem vendicionem, empcionem ac legitimam statucionem cuiusdam possessionis Barnowch vocate in partibus Vltradrauanis habite pro eisdem factam exprimentes tenorum subsequencium; supplicans nostre maiestati humili prece et deuota, vt easdem ratas habendo pro eisdem eorumque heredibus priuilegialiter confirmare ac premisse possessionarie vendicioni et empcioni nostrum regium consensum prebere dignaremur beniuolum et assensum. Quarum vnius, scilicet nostre littere patentis tenor talis est: *(Slijedi povelja kralja Ljudevita od g. 1366. 2. januara.)* Alterius vero littere, videlicet dicti capituli Chazmensis tenor is est: *(Slijedi listina Čazmanskog kaptola od god. 1365. 8. oktobra, koj'a sadrzaje povelju biskupa Stjepana od g. 1365. 3. oktobra).* Nos siquidem votis et beneplacitis ipsius magistri Georgii

ac attentis ipsius supplicacionibus regio inclinati cum fauore eis potissime fidelitatibus et seruiciis omni constancia et virtute eximia culmini nostro regio non sine sanguinis sui effusione in cunctis nostris expedicionibus exhibitis et impensis in nostri reminiscenciam reductis pretactas litteras*, nostram videlicet et dicti capituli Chazmensis omni prorsus suspicione carentes toto earum tenore presentibus inserto, simul cum primaria collacione dicte possessiones Barnouch nuncupate expresse in elsdem de beneplacita voluntate et consensu serenissime principisse domine Elizabeth, regine Hungarie, genitricis nostre carissime acceptamus, approbamus, ratificamus et pro eodem magistro Georgio suisque fratribus predictis eorumque heredibus mera et auctoritate regia perpetuo valituras confirmamus pretactamque possessionem Barnouch cum omnibus suis perttnenciis quibusuis nominibus vocitatis, ubilibet habitis iuxta primarie nostre coliacionis, nec non vendicionis et empcionis titulo dicto magistro Georgio et eius fratribus in perpetuam damus et conscribimus hereditatem, saluo semper iure alieno. * In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri noui, dupplicis et autentici munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris et domini domini Nicolai, archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, aule nostre cancellarii, dilecti et fidelis nostri anno domini millesimo CCC°.LX°. VP. duodecimo kalendas mensis decembris, regni autem nostri anno vigesimo' quinto; venerabilibus in Christo patribus et dominis eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Vglino Spalatensi, Nicoiao Jadrensi et Elya Ragusiensi, archiepiscopis; Dernetrio Varadiensi, Dominico Transsvhiano, Colomano Jauriensi, Stephano Zagrabiensi, Ladislao Wesprimiensi, Willelmo Quinqueecclesiensi, Michaele Agriensi, Johanne Bachiensi, Dominico Chanadiensi, Petro Boznensi, Demetrio Sirimiensi, Nicolao Tininiensi, Demetrio Nonensi, Nicolao Traguriensi, Stephano Farcnsi, Valentino Makarensi, Matheo Sybinicensi, Michaele Scardonensi et Portiua Seniensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Corbauiensi sede vacante; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dionisio voyuoda Transsilvano, comite Stephano Bebeuk(l) iudice curie nostre, Johanne magistro tauarnicorum nostrorum, Konya regnorum Dalmacie et Croacie, Nicolao de Zech tocius Sclauonie, Nicolao de Gara de Machou, banis; Petro Zudor pincernarum, Paulo dapiferorum, Johanne ianitorum et Emerico agazonum nostrorum magistris, ac magistro Ladislao comite Posoniensi, aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Slijedi prekriženo; nostrae

Iz originalnog prijepisa Uvorskog suca Simona Rozgonya od g. 1110. 2h aprila na pergameni u kr. ugar, drz. arkivu n Budimpešti: M. O. D L. no. 33.749. — Slara signaiura N. R. A. fasc. 1540. no. 17.

421

1366. 21. novembra.

Bilješka.

Quod ad petitionem regiorum ambassiatorum concedantur 60. homines a remo, qui cum C. hominibus a Spalato promissis arment galeam Ragasinam, et si minus qui fuerint, remittentur; et sint casse citationes XX. nobilium Traguriensium.

Lucio Notae fol. 15, a. — Starine XIII. t>. 237

422.

1366. 6. decembra. U Križevcima. (In Crisio).

Pred Ladislavom Ivanovim, županom krizevačkim i roviščanskim, i Pelroslavom Markovim, županom zemaljskim roviščanskim, prodaju sinovi Lwenovi Dominiku Jakobovu svoj posjed uz potok Kjskonzku uz običajne uvjete.

Nos magister Ladislaus filius Johannis, comes Crisiensis et de Ryuche, ac Petrozlaus filius Mark, comes terrestris de dicta Ryuche, me* morie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Janchech et Stephano, filiis Iwen, nobilibus iobagionibus castri de districtu Ryuche, ab vna, parte vero ex altera magistro Dominico filio Jacobi de eodem districtu personaliter coram nobis constitutis, iidem Janchech et Stephanus totalem eorum porcionom possessionariam in eodem districtu Ryuche circa fluuium Kyskonzka vocatum et in uicinitate possessionis eiusdem magistri Dominici habitam et existentem ipsos, vt dicitur, iuris hereditarii titulo contingentem cum quibusuis suis vtiiitatibus videlicet siluis, pratys, vinevs cultis et incultis, terris arabilibus, molendinis seu locys molendinorum et specialiter vniuersis pertinenciis quouisnornine vocitatis ad ipsam porcionem eorum possessionariam spectantibus more et condicione seu libertate, quibus iidem eandem possedisse dignoscuntur, eidem magistro Dominico filio Jacobi,

propinquiori eorum commetaneo, pro duodecim marcis denariorum per ipsum magistrum Dominicum vt dicitur iam ipsis plene et integre persolutis se vendidisse, tradidisse et alienasse confessi sunt oraculo viue vocis, ymo vendiderunt, tradiderunt et alienarunt coram nobis testimonio presencium mediante in filios filiorum heredumque suorum successores perpetuo et irreuocabiliter possidere, tenere pariter et habere, nil iuris nilque proprietatis et dominii in ipsa et in eisdem vtilitatibus pro se et suis posterys reseruando, sed totum ius et dominium ac proprietates, que vel quas in prenominata possessionaria porcione et eiusdem vtilitatibus actenus habuissent et in futurum habere potuissent in prenominatum magistrum Dominicum et eiusdem posteros amodo et deinceps penitus et per omnia transferendo; litteras eciam vniuersas, quarum vigore dictam porcionem possessionariam primum ipsorum predecessores >et tandem ipsi actenus habuerunt et possederunt eidem magistro Dominico assignare asumpse; iitit, et si quas ex eisdem aliqua fraude pretenta reseruarent presentibus friuelas commiserunt et inanes ac cuilibet exhibenti nocituras, si per quempiam ipsorum vel eorum heredes vllo vnquam tempore in prenominatum magistrum Dominicum vel eiusdem posteros coram quocunque iudice exhiberentur; vniuersa vero debita seu seruicia quibus iidem vsque nunc de predicta*eorum porcione possessionaria tenebantur idem magister Dominicus in se ipsum et suos heredes acceptans iudicibus pro tempore constitutis assumpsit se amministrare plene et integre. In cuius rey testimonium roburqne perpetuum presentes litteras nostras priuilegiales pendentibus sigillis nostris munimine roboratas duximus concedendas. Datum in Crisio, in festo beati Nicolai confessoris, anno domini M°. CCC°.LX° sexto.

Original na pergameni u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti : M. 0> D. L. no. 33.663——Stara signatura: N. R. A. fasc. 1675. no. 5.

Na listmi vise dva peČata: prvi na zelenoj svilenoj V7vci u pečatzt kaciga s raskriljenom polovicom orla, okolo napis: I.fS.LAf. F. f OfffS. D. SONS. — Drugl na zelenoj svilenoj vrvci ne moze se razabrati.

Ova ista prodaja biva i pred kaptolom Čazmanskim iste godine: >Feria quinta proxima ante festum beate Lucie virginis et martiris« *to jest 10. decernbra.*

Origtnal n arkivu jngoslavenske akademije u Zagrebu.

*Na hsiim visi pečat o crveno-zelenoj vrvci**

423.

1366. **13.** decembra. **D Višegradu. (In Vyssegrad).** *

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski dafe Petru arcidjakonu i bratu mu Andriji posj'ed Strezu u zamjenu za Otnu, Orbozvnu i Musinu u križevačkoj Županiji.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium qutbus expedit vniuersis, quod quia vir honorabilis et discretus magister Petrus natus Thome, canonicus et archidiaconus kathedralis ac vicarius Zagrabiensis, dilectus et fidelis capellanus noster specialis, volens et cupiens nostris votis et beneplacitis regiis nostre conplacere maiestati, quasdam suas possessiones Othna, Orbowna et Musyna vocatas,. in Camarcha et in comitatu Crisyensi sitas et habitas, quas sibi et Endre fratri suo vterino nomine possessionum condam Myrse et filiorum ac heredum suorum hominum videlicet absque heredtbus masculinis decessorum, tanquam regie nostre collacioni pertinentes iure perhempnali contulerafmus, in] parte eciam a quibusdam nobilibus per ipsum vicarium et fratrem suum precio conparatas nobis vtiies, placibiles et necessarias iurique nostro regio applicandas cum earum pertinenciis vniuersis sponte et liberaliter iuxta nostram induccionem et inuitacionem nostre [dedit et] optulit maiestati. Ideo nos ipsius vicarii bonam affeccionern et gratuitam voluntatem, quam ad nos et ad sacrum nostrum dyadema habuisse dinoscitur et habere, regia liberalitate assumpmentes et acceptantes, tum pro predictis suis possessionibus nobis per ipsos modo premisso datis et allatis, tum eciam pro meritoriis eius seruiciis et serutciorum fidelium preclaris meritis, quibus ipse in cunctis nostris nešociis sibi commissis et confisis toto conaminis sui nisu indesinenti sollicitudine eximia virtute et laudabilium operum continuato exercicio iuxta tocius possibilitatis sue exigenciam eo fideliter, quo feruenter celsitudini nostre studutt se reddere graciosum vtique et acceptum et nunc eadem suffultus fideiitate gratos et acceptos nobis exhibet famulatus,. habita deliberacione curn serenissima principissa domina Elyzabeth, regina Plungarie, genitrice nostra karissima, de eiusdemque consilio et consensu beniuolo de possessione nostra regali Streza vocata in districtu de Rywche et in dicto comitatu Crisiensi existente, in qua ecclesia. lapidea sub honore virginis gloriose constructa extitit et fundata, nostreque regie collacioni de iure pertinente, manibus nostris habita tot et tantas sessiones ac terras cum dicta ecclesia, quot et quantas iidem T*etrus vicarius et Endre frateV suus in preallegatis possessionibus ipso-

Tum Othna, Orbowna; et Musvna nuncupatis, cum omnibus vtilitatibus, iurisdiccionibus, prouentibus, redditibus, molendinis, lociš molendinorum, aquis, aquarumque decursibus, terris^ arabilibus cultis et incultis, siluis, pratis, nemoribus, fenetis aliisque fructuositatibus et emolimentis vniuersis, nobis assignasse dinoscuntur; in concambium scilicet equiualens possessionibus eorum predictis per virum magnificum Nicolaum de Zeech, regni nostri Sclauonie banum, dilectum nobis et fidelem, nostro. nomine regio et ex speciali nostro edicto sub certis metis, limitibus et terminorum distinccionibus separatas et sequestratas et per ipsum banum in scriptis nobis traditas pro eadem apud nostras manus regias hucusque per nos habita extitit et possessa, prefatis Petro vicario et Endre fratri suo eiusdemque filiis et heredibus, heredumque suorum successoribus vtriusque sexus dedimus, donauimus, tradidimus, assignauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas, assumpmentes et obligantes nos nostro et suc-•cessorum nostrorum regum nominibus ipsos Petrum vicarium et Endre fratrem suum ac eiusdem Endre filios et heredes, vt prefertur, sexus vtriusque in pretactis possessionariis iuribus et earum pertinenciis in dicta Streza habitis concambialiter ipsis per ipsum banum nostra regia auctoritate ad premissa concessa sub certis metis terre nostre regalis Streza statuendis, locandis et transferendis, contra quoslibet impetitores et signanter pretextu dotis et rerum parafernalium ac quartarum puellarium molestare, inprecare et inquietare nolentes, prorsus et in toto protegere, defendere et defensare ac eosdem in dominio pacifico dictorum possessionariorum iurium pacificos, quietos et indempnes perpetue et illibate conseruare. In casum autem, quo ipsos in dictis possessionariis iuribus de ipsa Streza ipsis deuoluendis ac earum vtilitatibus et pertinenciis prenotatis in toto iiel in parte contra regni nostri consuetudinem -approbatam protegere nequiremus et conseruare, ex tunc prescripti Petrus vicarius et Endre frater suus ac eiusdem heredes in dominio pretactorum possessionariorum iurium nemine cogente uel urgente se amouere et interim de eisdem exire teneantur, donec ipsis possessionariis iuribus alienandis in futurum simile et equiualens concambium dictarum possessionum ipsorum concambiali titulo nobis allatarum qualitate, auantitate, vtilitate, fructuositate et ualore reinue alienande equipolens ipsis Petro vicario et Endre fratri suo ac ipsius filiis et heredibus promiscui sexus perhempnali iure collatum extiterit et donatum, quod modo simili sepefati Petrus vicarius et Endre frater eius ac ipsius heredes in dominio pretitulatarum possessionum per ipsos iuri nostro. regio modo prehabito applicatarum sub condicionibus premissis nos et noštros successores conseruare debebunt et tenebuntur vice reciproca. Presentes

autem in formam nostri priuilegii redigi taciemus dum habita per ipsum? banum ipsarum possessionum statucione et litterarum statutoriarum rescripcione nobis fuerint reportate, ymo ex nunc sicut ex tunc fieri mandamus per nostrum canceliarium sine omni dissimulacione et nostra requisictone vlteriori. Datum in Vyssegrad, in festo beate Lucie virginis* anno domini M°CCC°LX° sexto.

Original na pergamem u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešii: M. 0 D. L. no. 33.754. — Stara signai.: N R. A. fasc. 1540. no. 30.

Na hrptu listine je pntisnut veliki pečat, pod kojim stoji napisano: Ad litteratorium mandatum regiurn, commtssionem regine et secundum registrum sub sigillo regio allati(l) est facta presens littera.

Ova listina nalazi se u prijepisu kapiola zagrebačkoga od g. 1397. 18: decembra u budimskom arkivu M. O. D. L no. 34.639. — Stara signatura: Acta monasierii Ztreza fasc. 1. no. 6,*

424.

1366. 14. decembra. U Visegradu. (In Vyssegrad).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaze kaptolu čazmanskom, da sudjeluje kod uvedenja Peira vikara i brata mu Andrije u posjed Streza, što im ga je kralj dao u zamjenu za posjede njihove Othnu, Orbonu i Mosnyu

Lodouicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo eeclesie Chasmensis salutem et graciam, Noueritis, quod quia vir discretus rnagister Petrus, archydiaconus et vicarius Zagrabiensis, capellamis noster specialis et fidelis, ac Endre frater suus vterinus quasdam eorum possessiones et acquisi[ti]cias et empticias Othna, Orbona et Mosnya vocatas in Kamarcha et in comitatu Crisiensi existentes iuxta beneplacitum et votum nostrum regium nobis remisit, obtulit et resignauit, ideo nos vna cum domina regina genitrice nostra karissima eius deuotam affeccionen* recompensare cupientes regio cum fauore de possessione nostra regali Ztreza vocata in districtu de Ryuche in comitatu Crisyensi habita tot et tantas sessiones et terras, quot et quantas idem Petrus vicarius et Kndre frater suus in preallegatis possessionibus ipsorum nobis dedisse dignoscuntur cum ecclesia lapidea in- honore beate virginis in eadem constructa aliisque,vtilitatibus, iurisdiccionibus, redditibus, obuencionibus^ tnolendinis locisque molendinorum, aquis, aquarumque decursibus, terris arabilibus, siluis, pratis, nemoribus, fructuositatibus et emolimentis vniuersis concambium scilicet possessionibus equiualens per magnificutr*

virum Nicolaum de Zech, tocius Sclauonte b.anum, eisdem Petro vicario et Endre fratri suo eiusdemque filiis et heredibus vtriusque sexus eo modo, prout apud nostras manus habite extiterunt et possesse decreuimus perpetuo possidendas. Quapropter fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro tcstimonio fidedignum, quo presente vir magnificus Nicolaus de Zech, tocius Sclauonie banus predictus, vel homo eiusdem ad hoc per ipsum deputatus, homo noster, ad faciem dicte possessionis Ztreza vocate suarumque pertinenciarum vicinorum et commetaneorum suorum vniuersorum legitimis conuocacionibus facti? et eisdem presentibus accedendo per verasque suas metas et antiquas reambulando premissam terre quantitatem concambialem per ipsum de ipsa Streza excisam metaliterque sequestratam cum ecclesia lapidea in eadem sub honore virginis gloriose constructa ceterisque suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis statuat prefatis Petro vicario et Endre fratri suo vterino ipsiusque heredibus vtriusque sexus sub premisso concambiali tytulo perpetuo iure possidendam et habendam, si non fuerit contradictum; contradictoribus autem, si qui fuerint, cum eorum instrumentis, si que in facto eiusdem habent confecta contra ipsos Petrum vicarium et Endre fratrem eiusdem in nostri presenciam legitime euocatis et tandem ipsius statucionis seriem, prout fuerit oportunum nobis fideliter rescribatis. Datum in Vvssegrad, feria secunda proxima post festum sancte Lucie virginis, anno domini millesimo CCC°.LX° sexto.

Iz međasnjeg lista bana Nikole Zeča od g. 1367. 24. apnla, kako ga je u uvodnici prepisao Čazmanskl kaptol g. 1867. 8. maja na pergameni. Original potonjega u kr. ugar. drzav. arkivu u Budimpešti: M. O, D. L. no. 34636. — Stara sign.: Acta monast. de Ztreza fasc. 1. no. 7

425.

1366. 14. decembra. U Višegradu. (In Vyssegrad).

Ljudevit kralj ugarski i hrvatski nalaže banu Nikoh, da uvede Andriju vikara i brata mu u posjed Ztreza, što mu ga je dao kralj u zamjenu za posjede njihove Othnu, Orbonu i Mosmyu.

Lodouicus dei gracia rex Hungarie fideli suo viro magnifico Nicolao de Zeech, tocius Sclauonie bano, salutem et graciam. Noueritis, quod quia vir discretus magister Petrus, archidiaconus et vicarius Zagrabiensis, capellanus noster specialis et fidelis ac Endrey frater eiusdem vterinus quasdam eorum possessiones acquisiticias et empticias Othnya, Orbona

et Mosinya vocatas in Kamarcha et in comitatu Crisvensi existentes iuxta beneplacitum et votum nostrum regium nobis remisit, obtulit et resignauit, ideo nos vna cum domina regina, genitrice nostra carissima, eius deuotam affeccionem reconpensare cupientes regio cum fauore de possessione nostra regali Ztreza vocata in districtu de Ryuche et in comitatu Crisyensi habita, tot et tantas sessiones et terras, quot et quantas iidem Petrus vicarius et Endrey frater suus in preallegatis possessionibus ipsorum nobis dedisse dinoscuntur cum ecclesia lapidea in honore beate virginis in eadem constructa aliisque vtilitatibus, iurisdiccionibus, redditibus, obuencionibus, molendinis locisque molendinorum, aquis, aquarumque decursibus, terris arabilibus, siluis, pratis, nemoribus, fructuositatibus et emolumentis vniuersis, concambium scilicet possessionibus equiualens per nos eisdem Petro vicario et Endrey fratri suo eiusdemque filiis et heredibus vtriusque sexus eo tnodo, prout apud nostras manus habite extiterunt et possesse, decreuimus perpetuo assignandas iidelitati vestre firmo edicto regio precipiendo mandamus, quatenus statim visis presentibus omnibus aliis negociis vestris postpositis ad faciem dicte possessionis Ztreza personaliter accedatis vel hominem vestrum vdoneum et fidelem, de quo tantum, quantum de vobis confiditis, transmittatis ipsasque sessiones et terras de dicta possessione nostra Ztreza possessionibus ipsius vicarii et fratris sui equipolentes sub certis limitibus et metis sequestrare sequestratasque cum ecclesia lapidea in eadem Ztreza habita pretitulatis vicario et Endrey fratri suo statuatis vel statui facere perpetuo possidendas, litteras uestras priuilegiales super ipsa statucione pro ipsis emanare facientes et concedentes vigorosas, et quia ipsos vicarium et eius fratrem ac ipsius heredes in pacifico dominio ipsorum possessionariarom(!) iurium ipsis per nos statuendorum ab inpeticione quorumlibet protegere assumpsimus et expedire, ideo volumus et mandamus, vt prescriptos vicarium et eius fratrem in dicta possessione Ztreza et eius pertinenciis contra quoslibet pacifice et quiete debeatis conseruare. Et tandem ipsius possessionarie statucionis seriem prout oportunum fuerit et expediens nostre fideliter rescribatis maiestati, secus obtentu nostre gracie facere non ausuri in premissis. Datum in Vissegrad, feria secunda proxima post festum sancte Lucie virginis, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto.

Iz prijepisa, odnosno ttvodnice bana Nikole Zeča od god. 1367\ 24. aprila, kako je io prepisao god. 1397. 15. decembra zagrebački kaptol.

Original posljednjeg prijeptsa u kr< ugar. državnom arkivu u Buđimpešti: M. O. Đ. L. no. J022. *Stara signatura: N. R. A. fasc. 441. no.*

SU/V\ARIU/V

1. **1360. 3. ianuarii. In Višegrad.** Ludovicus, Hungariae et Croatiae rex, Ragusinis concedit, ut sibi comites libere eligant praeter Venetos et alios regis adversarios. Simul permittit, ut mercatores Rassiae Ragusae et Ragusini in Rassia libere negotientur. . , . . . r

2. **1360.5. ianuarii. In Višegrad.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, congregationes comitatuum Crisiensis, de Dubica, de Sana et de Vrbas convocari iubet, in quibus iniuriae per capitulum et episcopum Zagrabiensem magistro Ladislao filio Tuteus et iobagionibus eius iUatae investigentur. De inquisitionis eventu certior ut fiat capellanus reginae Ladislaus et Nicolaus, filius PauJi, miles aulae reginalis. 2

3- **1360. 23. ianuarii. (In Požega.)** Capitulum de Požega renuntiat regi Ludovico ad eius mandatum cum homine regio Georgio, filio Egidii, ex canonicis unum, Laurentium Polonum, . missum esse, qui invenerint nobiles de Dubica a tempore, quo comitatus Dubicensis ad ordinem sancti Johannis Hierosolimitani pertinuerat, sub iurisdictione fuisse prioris eiusdem ordinis eique omnes reditus solvisse. **4**

4. **1360.10. februarii. Kozarae.** Lathko, vicecomes et vicecastellanus de Sana, una cum iudicibus nobiiium eiusdem comitatus renuntiat ad mandatum regis Ludovici congregationem comitatus de Sana "*m* liberam villam Kozoram a se convocatam ibique firmatum esse ab episcopo et capitulo ecclesiae Zagrabiensis revera magistro Ladislao, filio Tuteus, eiusque iobagioribus iniurias esse illatas. 5

5- **1360. 11. februarii. Jaderae.** Hugolinus, archiepiscopus Spalatensis, de omnibus monasteriorum sancti Grisogoni, sancti Cosmae et JPamiani et sanctae Mariae redditibus certior factus, statuit pro parte rata vigesimam auintam, quam haec monasteria episcopo Egidio, legato apostoiico procurationis nomine solvere debebant. 7

6. **1360. 28. februarii. Spalatl.** Hugolinu's, archiepiscopus Spalatensis, abbates sancti Grisogoni Jadrensis et sancti Stephani Spalatensis suos constituit vicarios in negotio quodam sibi a papa commisso, cum ipse aliis esset detentus rebus. 9

7- **1360. mense februarii. Ragusae.** Commune Ragusinum regi Ludovico renuntiat, libenti animo cedi a se omnes ad construendas tres naves necessarias res. Simul petit a rege patrocinium ab iniuriis illatis sibi de parte Voislavi de Vovno, baronis regis Rassiae, et similiter ab iniustis postulationibus matris regis Rassiae. .* : **n**

* Sumarij i indcks složio dr. Marko Kostrenčić.

8. **1360. 10. martii. Crisii.** Paulus, comes Crisiensis, etiudices nobilium eiusdem comitatus declarant Georgium, filium Hedrvci, satisfecisse sibi de sumptibus factis *in* lite contra Johannem, filium Dorozlay 13

9 **1360. 21. martii. fn Djakovo.** Capitulum ecclesiae Bosnensis declarat Egidium, johannis filium, procuratorem Denk, filii Demetrii de Radowan, vetasse coram eis Nicolao, filio Ivanka, et filio eius fratris Ladislao et eius genero Michaeli, filio Dominici, propositam venditionem partium possessionis Gvuneteleke, in qua dictus Denk et eius possessio Radovan diversa iura realia habebat . . . . -. 13

10- **1360.** 21, martii. Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, adpetitionem Petri, filii Punek, privilegium regis Caroli de 15. decembris 1322. confirmat 15

11. **1360. 28. martii. Crisii.** Coram Paulo, comite Crisiensi, et iudicibus nobilium eiusdem comitatus Gregorius, filius Johannis, filiae suae Herlenae occasione matrimonii contracti cum Laurentio filio Petri donat partem possessionis suae Konjska, reservato tamen sibi et filiis suis, si posteros non habuerit, iure dominii in eadem 17

12 **1360.** 23. **aprilis. Avignone.** Innocentius VI. papa Petro, episcopo Bosnensi, potestatem facit contra haereticos auxilium brachii saecularis invocandi eisque poenas ecclesiasticas sine appellatione imponendi. i&

13. **1360. 4, maii. RagUSiU** Per Nicolaum de Zavarnigo, rectorem Ragusii, et eius Minus Consilium mittitur ad curiam Romanam Theodorus cancellarius, qui excludi faciat ab electione archiepiscopi Ragusini omnes Dalmatinos, Albanenses, Venetos et cives Ragusinos, praeterea certos nuntio nominatim notatos episcopos . . . 19-

14- **1360. 4. maii. Anconae.** Egidius, episcopus Sabinensis, et apostolicae sedis legatus testatur acceptam se habere summam procurationis debitam pro quarto et quinto anno suae legationis ab archlepiscopo et clero Spalatensi. 20*

15- **1360. 6. maii. Jaderae.** Rosa, vidua Zuny de Butovano, Pria, vidua Chrisogoni de Grubogna, et Cressius, filius Andreae de Grubogna, exsecUtoies testamenti iam. nominati Chrisogcni, vendunt Damiano, filio Pribignae de Puncta sanctae Mariae cuiiam et alios fundGš. Pretium huius venditionis datum est dictae Chrisogoni viduae pro parte dotis ei restituendae. 20-

16 **1360.** 8. maii. **Jaderae.** Nicolaus, archiepiscopus Jadrenšis, testatur acccptam se habere a Johanne, abbate monasterii sancti Chrisogonis, summam procurationis Egiđio apostolicae sediš legato pro quattuor pvimis annis legationiš eius debitam 22

17- **1360. 19. maii. čazmae.** Coram capitulo ecclesiae Čazmensis Benedictus, Zcyvilani filius, fratri suo Beke eiusque haeredibus donat suam partem posscssionis, cuius communes haeredes erant. . . "4

18 **1360. 21. maii. Villae Novae.** Iudex et populus Oztrecazensis petunt ab Innocentio papa sexto, ut archiepiscopus Spalatensis inquirat in episcopum Tininiensem, quod ipsis, cum iniustis eius postulationibus obtemperare nollent, poenas ecclesiasticas imposuerit. 25

19. **1360.**[c] **7. maii. CriSii.** Paulus, comes Crisiensis, et iudices nobilium eiusdem comitatus ratam habent divisionem communionis per iudicem nobilium Petrum, filium Pettres, inter Petrum, filium lacobi, Nicolaum, filium Pauli, ac Thomam et Alexandrum, filios Beke de Sebnicha exsecutam. 26

20. **1360. 28. maii. Tragurii.** Nicolaus, primicerius, et Iacobus, archiđiaconus capituli ecclesiae Traguriensis, iuxta mandatum apostolicac sedis legati vendunt sub hasta vectigalia villae Bossigeno, quae **erat** episcopatus Traguriensis. **27**

21- **1360. 3. iunii. Zagrahiae.** Coram capitulo ecclesiae Zagrabiensis paciscuntur Lourandus, filius Punyk de sub castro Greben, et filius eius Nicolaus cum Petro, fratre dicti Lorandi, affirmante eodem Petro donationem factam coram capitulo ecclesiae Albensis et donante eis insuper possessionem suam Zamlača subter castro Greben; praeterea statuitur mutuus successionis ordo omnium bonorum dictorum fratrum. **28**

22. **1360.11. iunii. JadeTae.** ludices jaderae sententiam dicunt de actione monasterii sancti Nicolai, petentis per suum procuratorem Georgium de Soppe, qua Nicolaum de Vitcor ct Missulum de Pechiar et eorum lobagiones vetuerant pecoia pastum agere in possessiones monasterii ad Blato ; hoc idem vetant iudices dictum monasteriium et eius iobagiones de possessionibus reorum.. 30

23- **1360. 14i. iunii. Jaderae.** Simon de Botono, monasterii sancti Demetrii procurator, et Stojan Blani.c de insula Pašman Philippum, filium Dobre de Benja, arbitrum creant in omnibus suis causis et paciscuntur iriter se sub poena conventa sententiam per eum latam, si ad natalicia Iesu Christi proxime futura pronuntiata erit, quolibet casu se approbaturos. **3i**

24. **1360.20. iunii.Zagrabiao.** Coram capitulo ecclesiae Zagrabiensis Taysa, filius Iacobi de Moroucha, nomine proprio et nomine fratris sui Mykech, quinque marcis vendit Thomae, Paulo, Nicolao et Stephano, filiis Chernk de campo Zagrabiensi, possessionem suam nominatam Sessiones condam Elye. **33**

25. **1360. 22. iunii. Tragurii** PetrusMarini nom-ne episcopi Traguriensis Bartholomaei poštulat a primicerio Nicolao, ut restituat redditus episcopi Traguriensis et omnes dispositiones revocet factas de dictis redditibus communiter cum Iacobo Duvmi. . . .• **34**

26< **1360. 2. iulii. Venetiis.** Coram notario Johanne Christiano de Comasinis profitetur Nicoleto de Aurio recepisse se a legatis Ragusinis Demetrio de Menzio et Michaele de Babalio per bancAim vero Petri Cancani, campsoris in Rivoalto, summam ducentorum et unius cum dimidio auri, et id reliquum esse debiti pro empto frumento commums Ragusii. 35

27 **1360. 7. iulii. Segniae.** Judex Benevenutus, procurator et oeconomus fratrum Minorum de Segnia, Danieli de Varicassis de Jadra, habitanti Jadrae, et haeredibus eius in perpetuum locat tres domos pretio viginti ducatorum quotannis ea conditione, ut locator dictas domos reparare debeat et propriis sumptibus sustinere. Locatio conductio, si igni aliqua e domibus destruatur, resolvitur . . . 3^

28 **1360.13. iulii. RagUSii.** Rector Ragusii cum suo ConsiUo Minore legat Pasquam de Bonda in Apuliam pro frumento procurando; simul postulare debeat idem a Lillo de Leofante rationem debitorum inter eum et Ragusinos . . . . . .• . . . .

29 **1360. 29. iulii. Villae Novae.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, ac regina Elisabeth rogant papam Innocentium, ut archidiaconatum 41

de Bexin. post mortem Galli praepositi, tunc eo fruentis, Nicolao, filio Petri, canonico Jaurinensi, praebere vellit . . . . . . :. 42

30. **1360. 12. augUSti. Segniae.** Stephanus comes Veglae obligat se daturum fratribus Minoribus de Segnia singulis mensibus quinquaginta solidos (V. documentum 12. augusti 1365.) . " . . . . , ... 42

31. **1360. 15. augusti. Jaderae.** Coram notario Conrado, filio Rangerii, recepisse se declarat Saladinus, filius Cose de Saladinis, a Johanne de Petrico quinquaginta ducatos ratione pretn emptionis debiti pro domo et furno iure redemptionis emptis 44

32- **1360. 16. augUSti. Viilae Novae.** Emericus Videch Iwanich, clericus Zagrabiensis dioecesis, rogat papam, ut sibi beneficium ecciesiasticum in dioecesi Collocensi praebeatur . . . . 4^

33. **1360. 16. augUSti. Villae Novae.** Johannes, filius Jacobi de Gitek, rogat papam dispensationem a defectu natalium 46

34. **1360. 16. augUSti. Villae Novae.** Stephanus, filius Nicolai Treutcl, petit a papa absolutionem, quod iuxta desiderium regis Plungariae suo arbitratu praeposituram mutaverit cum Guillelmo, filio Petri, ita ut Stephanus occupaverit praeposituram Čazmenseni, quae Guillelmo data erat et vice versa Guillelmus praeposituram Agriensem, quae ipsius erat; simul rogat, ut sibi praepositura Čazmensis iure tribuatur . , . * . , , . . . , , ... , . . 4 7

35- **1360. 20. augusti. Aneonae.** Egidrus, episcopus Sabinensis et apostolicae sedis legatus, testatur acceptam se habere summam procurationis quadraginta florenorum auri debitam sibi pro secundo anno secundae suae legationis ab archiepiscopo et clero Spalatensi . . 4H

36. **1360. 25. aUgUSti. Zagrabiae.** Coram capitulo Zagrabiensi fratres Elias, quondam praeceptor de Dubicha, ac Stephanus, filii Odoleni, nobiles de Dubieha, vendunt suam possessionem Zwegyene in comitatu de Dubicha Domnio, filio Radoslavi de Biagav . . '.' . 40

37. **1360. 1. septembris. Avignone.** Elisabeth regina rogat papam, ut capeUano eius Ladislao Beke, canonico ecclesiae Vesprimiensis ecciesiastieam quandam dignitatem in dioecesi Vesprimiensi conferre velit non obstante, quod praeter alia ecclesiastica beneficia etiam p]ebaniam dc Salenkeman teneat. Praeterea supplicat, ut suo clerico Jatobo, filio Bartholomaei, provideatur de canonicatu sub exspectatione praebendae dioecesis Collocensis 50

38. **1360. 4. et 11. septembris. Anconae.** Coram Petro Lupi de Luna, auditore generaii audientiae causarum Egidii, apostoHcac sedis legati, procuratores capituli et cleri ecclesiae Traguriensis in lite illata eis a Bartholomaeo, episcopo eiusdem ecciesiae, postulant, ut actore contumace iuciicio absolvantur. In termino statuto n. septembris postulat ex adverso procurator actoris, ut adversarii condemnentur iudicio, quia libeUo non responderint. A iudice neutrius partis petitioni satisfactum est, sed novus terminus statuitur. 50

39- 1360. 15. septembris. **Zagrabiae.** Capitulum ecclesiae Zagrabiensis cognitione perfecta per hominem regium Dominicum, filium Cusmae, et hominem capituli Paulum refert regi Ludovico de iniuriis illatis Gregorio, filio Pauli de Dobrakucha per Petrum Paharus de Soploncha, Georgium, filium Abrae, et per viduam magistri de elike. 53

40. **1360. 24. Septembris. In insula Lissae.** Georgius, monasterii sancti Nicolai dioecesis Pharensis abbas, liberum arbitrium pro se agendi Stephano Vidosi Chudorisnich tribuit 54

41- **1360. 7. OCtobris. Venetiis.** Andreas Contareno, dux Venetiarum, in litteris regi Ludovico scriptis tribuit Ragusinis ius commercii Venetiis, sed idem ius pro mercatoribus Venetiarum Ragusii postulat. 55

42. **1360. 8. OCtobris. RagUSii.** Commune Ragusii urget a duce Venetiarum exp3icationem decreti, quo, si merx extra mare Adriaticum vadat, mercimonia in portubus Dalmatiae in naves Venetiarum tollere interdicitur. 56

43- **1360. 8. octobris. Ragusii.** Lorenzo de Uolcasso, rector Ragusii, iudices ct consiliarii eiusdem civitatis reprehendunt legatos suos Demetrium de Menze et Michaelem de Babalio, quod propter propriam neglegentiam non receperint adhuc rcsponsionem de libera navigandi facultate Ragusii (v. documentum antecedens), simul monent eos, ut culpam suam corrigant. 57

44. **1360. 12. OCtobris. Zagrabiae.** Coram bano Leustachio Stephanus, filius Lucae, possessionem suam Mrasouch Farkasio, filio Ladislai, pretio decem florenorum pignori dat 57

45- **1360. 18. OCtobris. In Vgra.** Coram communi de Vgra Petrus, filius Georgii, vineam suam aviticam in Zavorh positam šacerdoti Lucae de Nemchnak tredecim pensis vendit 58

46 **1360. 19. octobris. Zagrabiae.** Capitulurn ecclesiae Zagrabiemis testatur ad petitionem comitis Warosdiensis Stephani, filii Andreae, et iudicum hobilium eiusdem comitatus missum esse a se sacerdotem Johannem nomine capituli, ut adesset liti Genich, viduae Beke, et eius propinquorum contra Egidium, filium Emerici de Losan, de dote, paraphernis et quarta puellari. Homo capituli refert iudices Genich viduae dimidiam partem possessionis Semouch adiudicasse, et praeterea dictum Egidium diversarum iniuriarum condemnatum esse. 59

47 **1360. 3. 13. 19. novembris. Tragurii.** Tragurienses suos legatos Iaderam mittunt, ut obviam eant reginae Elisabeth ; qui legati a communi Tragurii mandata habent tractandi cum regina sine incommodo civitatis. 60

48. **1360. 4. novembris.** RagUSii. Commune Ragusii mittit confidenter Iegatum suum Milce de Poueresco Iadram, qui adventum regis lCOvlOvCvt* . . . . V/X

49- **1360. 13. novembris. Ad sanctum Ireneum in Sirmio.** Nobiles de Zatha de comitatu de Wolkou coram capitulo sancti Trenei ccntradicunt, quod Paulus, filius Pauli bani, ct fratris eius filius Paulus Helenae viduae filiae Nicolai, filii quondam Gregorii bani, nomine quartae puellaris possessiones dederint Arky *et* Alexanderteluky, quae ipsorum esse debuerint. . . . . . ., . . , . . , . 6r

50- **1360, 17. novembris.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, monasterio sancti Demetrii Jaderae litteras confirmat donationales regis Ladislai, item litteras statutionis bani Nicolai de Zeech tangentcs possessionem Starosan in comitatu de Luca, et eandem ; possessionem eisdem possessoribus titulo novae donationis donat. 62

5 1 • **1360.19. novembris. Zagrabiae.** Leustachius, regni Sclavoniae banus, in congregatione nobilium existentium inter fluvium Lanya et alpes Gwzd declarat certas genarationes de Mrachlvn de Campo Zagrabiensi nobiles iobagiones castri esse, et eas castro . Selyn servire non debere , ... •. . . . . ,. 64

52. **1360.19. novembris, Zagrabiae.** Leustachius, regni Sciavoniae banus, in congregatione nobilium existentium inter fluvium Lonya et alpes Guozd Nicolao, filio Gregorii de Zwmsed, possessionem adiudicat Stermech, quam contra legem castrum Zanabor obtinuerat . . 66

53 1360. 25. novembris. Zagrabiae. Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, ad petitionem Svmonis Zwdor donat dicto Svmoni eiusque fratribus Petro, Stephano, Michaeli, Georgio, Johanni et Emerico titulo novae donaticnis possessiones Graduch, Grabroazala, Chultych et Suden in comitatu Zagrabiensi positas ; omnes dictas possassiones devolvisse regi post mortem Andreae, filii Merclen. 67

54 **1360. 28« novembris.** Ludovicus,. rex Hungariae et Croatiae, confirmat iuxta desiderium matris suae nobilibus de Lapuch terram Karin more nobilium possidendam, excepta tamen possessione Cocligiane, quam possessionem unus e maioribus eorum donatam acceperit a rege Croatorum Cuaniinerio. Donationi regiae magni momenti cognitio antecedebat de prolationibus nobilium de Lapuch 69

55 **1360. 1. decembris. Jaderae.** Stephanus, episcopus Nitriensis, declarat se episcopo Traguriensi Bartholomaeo centum viginti quinque ducatos auri mutuos dedisse, quibus solveret procurationem debitam apostolicae sedis legato ; pro pecunia mutuata debitorem creditori omnes redditus episcopatus Traguriensis pignori dedisse 71

56. **1360. 2. decembris. Nonae.** Capitulum ecclesiae Nonensis ad petitionem Gregorii Dragceuich, procuratoris civium Sibenici, privilegium regis Ludovici de 16. decembris 1358. transcribit . . 72

57- **1360. 6. decembris. Crisii.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, ad petitionem Pauli Pither, canonici et procuratoris capituli et , episcopi ecclesiae Zagrabiensis, statuit, quomodo decimae in ecclesia Zagrabiensi in singulis casibus solvendae sint, et praecipit, ut eaedem decimae accurate persolvantur. 74

58. **1360. 14. decembris. Venetiis.** Petrus, filius Radoslai, promittit se Liiae, filio Iohannis, pro mutuata pecunia satisfacturum esse. . 76

59. 1360. 17. decembris. Jaderae. Budislaus, filius Iurislavi Velctigh de Berberio, accipit a Marina, monasterii sancti Nicolai abbatissa, dotem uxoris suae Thomasinae, neptis abbatissae, sub varii generis condicionibus, et praecipue ea, ut uxcr eius Thomasina, si marito suo supeistes fuerit, ex hereditate eius sescentas libras accipiat. 77

<50. **1360. 21. decembris. Zagrabiae.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, in lite monasterii sancti Grisogoni de Jadera contra Nasmanum, filium Petri de Karin' de genere Lapuch, causa cognita Jaderae coiram regina Elisabeth, sententiam fert, qua litigiosam possessionem Kokiana dicto monasterio adiudicat imponendo de hac re reo aeternum silentium. 78

6\. **1360. 25. decembris.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, regis Andreae de anno 1211. privilegii ratione habita, ad petitionem

abbatis Guillermi monasterium de Toplicha, quoad omnes eius possessiones, populos et iobagiones, a- solutione marturinae et porcorum decimis liberat . . . . . ., . . ,.. 83

62- **1360. 28. decembriS.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, in causa nobUitatis duodecim generationum agnoscendae et iuris dominii in hereditatem in districtu de Chetvne, quam egerunt Johannes et Lachkow, filii Touordie, et Tuerco, filius Georgii Grubiä, cum Johanne, filio comitis Nelepuch, comite de Orbaz et de Zana, sententiam fert, qua, cognitione prius perfecta coram regina Elisabeth Jaderae, actionem repellit et petitoribus aeternum silentium imponit 86

63. **1360. 31. decembriS. Z^grabiae.** Ludovicus, rex Hungariae ct Croatiae, mandat bano Dalmatiae et Croatiae Nicolao de Zeech, ut possessionem Kokiane, quae Johanni, abbati sancti Grisogoni, regis sententia adiudicata fuerit, ei siatuat 90

64- **1360.** Coram Ludovico, rege Hungariae et Croatiae, declarat Nicolaus, filius Thomae de Rakonok, patrem suum Thomam possessionem Bellechka in dominium recepisse nomine quartae puellaris matris suae, et candem possessionem filiae suae in dotem dedisse. 91

65- **1360.—1361. 15. februarii.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, nobiles Jaderae solutione marturinae absolvit 91

66. **1361. 1. ianuarii.** Ludovicus, rex Hungariae et.Croatiae, privilegio confirmat litteras suas patentes, quibus Simoni Zwdor et fratribus eius possessiones Graduch, Grabroazala, Chulcyc et Suden in comitatu Zagrabiensi donaverat 93

67- **1361. 12. ianuarii. Jaderae.** Stephanus de Zeputa Georgio Gresanich tertiam partem terrae suae positae in districtu nominato Bochavnstudenac pretio viginti ducatorum sub usitatis condicionibus vendit 94

68- **1361. 13. ianuarii. Zagrabiae.** Coram capitulo ecclesiae Zagrabiensis Nicolaus, filius Arlandi, et Nicolaus, filius Gregorii Touth dc Zomzeed de genere Acha, paciscuntur inter se, ut primo loco nominatus cum secundo loco nominato iuxta priorem quandam divisionem dividat bona avitica, quae ei in divisione bonoruni communium cum dicto Nicolao cederint, et hoc si Nicolaus quocunque modo perdiderit bona donationalia, quae in praedicta divisione ei cederint. Hac occasione mutuo sibi promiserunt haereditatem . . . 96

69 **1361. 18. ianuarii. Čazmae.** Coram capitulo ecclesiae Čazmensis Johannes, filius Nicolai et nepos Vgrini, et Ladislaus, filius Petri nominati Castcllan, confirmant donationem vineae cuiusdam in Grabnamfelde factam a suis maioribus monasterio Heremitarum ecclesiae beatae virginis de monte Garig. 98

70- **1361. 26. ianuarii. Jaderae.** Monasterium fratrum Praedicatorum locat vineam quandam Stoye, filiae quondam Stanov de Ternova, ea condicione, ut de conducta vinea det quotannis dicto monasterio quartam partem omnium fructuum propriis sumptibiis Jaderam conductam **99**

71. **1361. 30. ianuarii. Tragurii.** Pars exscripta per notarium e testamento Radolac, filiae Petrani, quae continet legatum ecclesiae sancti I^aurentii Traguriensis . 100

72. **1361. 31. iamiarii. In Galas.** Leustachius, banus Sclavoniae, iobafcionibus sub castro Galas considere volentibus prosperrimas statuit condiciones . . . 10r

73 **1361. 7. februarii. Jaderae.** Nicolaus, banus Croatiae et Dalmatiae, petit a capitulo Nonensi, ut cum eius legato suum mittat hominem, qui adsit statutioni possessionis Coquianae sententia regia monastcrio sancti Grisogoni adiudicatae 102

74 **1361. 10. februarii. Jaderae.** Gregorius, filius Cresii de Zadulinis, Pelegrinae, viduae Francisci de Grisogcnis, sex sortes terrae in magna Gladussa eodem pretio vendit, quo ipse eas auctione emerat; simul tradit emptori documentum scriptum de dicta auctione 103

75 **1361. 15. febmariu Zagrabiae.** Coram capitulo ecclesiae Zagrabiensis Lorandus et Nicolaus pro se et suis posteris donationi consentiunt possessionis Sospotok et Ztobicha factae per Nicolaum, filium Gregorii, coniugi suae Catharinae, filiae Gregorii de Busan. .10 7

6 **1361. 19. februarii. Jaderae.** Tabulae scriptae de statutione possessionis Kokiana monasterio sancti Grisogoni sententia regis Ludovici de 21. decembris 1360. adiudicatae . . . . * . 106

77 **1361. 21. februarii. Nonae.** Dminch, filius quondam Boschi de Nona, pactionem iniit cum Crisano, filio quondam Dminchi de Nona, qua posterior se obligat terram primo loco nominati positam ad Brisih se plantaturum sub condicione, ut primis quattuor annis omnes fructus habeat; post hoc vero tempus .liberam electionem habeat, ut aut sibi dimidiam partem terrae in dominio retineat, aliam vero dimidiam partem tradat domino praesenti, aut retineat tota.m terram ut colonus et praesenti domino annuatim quartam partem omnium fructuum det . . . . 11 o

78. **1361. 23. februarii. Fožegae.** Coram capitulo ecclesiae beati Petri de Posaga Johannes et Nicolaus, Johannis filii quinque marcis in commodum Clarae, filiae Stephani, JLadislai Tuteus uxoris cuique iuri renuntiant, quod ipsi habere possint in possessione Bornowz per avum Ivanka — iilegitum patrem ipsorum p'atris . 112

79- **1361. 8. martii. In Višegrad.** Cives Zagrabienses petunt a Jchanne tavernico, ut exsequatur sententiam a Laurentio tavernico ii. aprilis 1346. latam, qua capitulum ecclesiae Zagrabiensis condemnatum est de calumnia dictorum civium. Johannes tavernicus petitionem istam non explet, sed veniae omnibus a rege Ludovico de 8. decembris 1351. tributae et mandati eius specialis ratione habita, liberat dictum capitulum a condemnatione, et iubet memoratos cives solvere expensas iudicii . . . . . n?>

80. **1361. 23. martii. Zagrabiae.** Coram capitulo ecclesiae Zagrabiensis abbas monasterii de Toplica, cum nobilibus de Dolech et Radoztych pactionem init de omnibus redditibus, quos memorati nobilcs solvere de^eant monasterio praedicto. Insuper inter possessiones partium dictarum fines statuuntur 122

81. **1361. 23. martii.** Zagrabiae. Coram capitulo ecclesiae Zagrabiensis abbas monasterii de Toplica Guillelmus pactionem init cum nobilibus de Srachicha de omnibus redditibus, quos memorati nobiles solvere debeant dicto monasterio 124

82. 1361. 31. martii. Anconafc. Egidius, episcopus Sabinensis et apostolicae sedis legatus, testatur acceptam habere se summam procurationis debitam pro tertio secundae legationis anno at> archiepiseopo, et clero ecclesiae Spalatensis . •. • ., .. * . .„ . » . 126

83. 1361. 5. aprilis. Jaderae. Christophorus et Petrus, filii Francisci de Lemessio, cives Jadrenses domum suam cum horto et curia vendunt octingentis libris et sub usitati? condicionibiag Stephano et Philippo, filiis Francisci, filii Stephani , , ... 126

84- 1361. 8. aprilis. In Stimeg. Coram conventu monasterii sancti Egidii de Svmigio procuratores delegati civitatis Zagrabiensis recusant sententiam in lite contra capitulum ecclesiae Zagrabiensis a Johanne tavernico et certis baronibus latam, et appellant de hac causa congregationem nobilium comitatus Zagrabiensis brevi tempore futuram . . , ... , . , ... 129

85. 1361. 17. aprilis. Kagusii. Commune Ragusii conqueritur apud regem Ludovicum de Marino de Goze, qui constitutionem Ragusii laeserit, quod regem certiorem fecerit de electione comitis Ragusii, de revocatione mercatorum Ragusinorum de Rassia et vetito Venetis adventu Ragusium; idem rogat regem, ut sibi rescribat, quid de hac re sentiat. Similes litterae mittuntur archiepiscopo Strigoniensi, palatino, bano Leustachio et Jacobo Saraceno, in quibus commendatur res, de qua legati ad regem mittuntur 130

86. **1361.** 20. **aprilis. RagUSiL** Commune Ragusii rogat regem Ludovicum, ut eos protegat ab iniustis pecuniariis ppstulationibus, a rege Raxiae petitis pro simulato debito Marini de Goze, de quo vero possideant apocham regis Rassiae Stephani 132

87. 1361. 21. aprilis. Ragusii. Commune Ragusii legatum suum ad regem Ludovicum, archiepiscopum Strigoniensem, palatinum, banum et Iacobum Saracenum mandata docet **133**

88. 1361. 26. aprilis. Zagrabiae. Coram capitulo ecclesiae Zagrabiensis Bank, filius Vintherii, auctoritate Duvmi, filii Radoslavi de Blagay, declarat dominum suum nuper Budae sigillum suummaius perdidisse; sigiHurh perditum irritum edicit, et statuit terminum unius anni, quo possessores litterarum dicti Duymi debeant consignandas tradere illas novo sigillo 135

89« 1361. mense **aprilis. RagUSii.** Conimune Ragusii ducem Venetiarum assensum rogat, ut locatio conduetio operarum protomagistri arsenatus Ragusini in secundum anaum prorogetur. Simul mittit legatum Georgium Messinam, qui peritum navium aedificatorem repenaT . . . . • . . .. • ... • •» • 13

90. 1361. **mense aprilis.** Ragusii. Commune Ragusii concmeritur cum duce Venetiarum, quod Catharinorum instar cives quidam Venetiarum conati sint fraudare doanis eo modo, quod procuratores sibi forenses receperint 136

91. 1361. 1. maii. Nonae. Jacobus, filius quondam Georgii de Lubavac, civis Jadrensis, filio suo Georgio donat donatione inter vivos omnia sua bona mobilia et immobilia posita-Jaderae et in eius districtu et in insula Pagi et eius districtu, praeterea omriia iura ea condicione, ut eius (donantis) uxor dum vivit habeat usufrucfum omnium bonorum una cum memorato Georgio 136

92. **1361* 1. maii. Tragurii.** Pars per notarium extracta e testamento Helizae, uxoris Matthaei, filii Francisei de Tragurio, quae continet legatum ecclesiae sancti Johannis de Tragurio et nominatos testamenti exsecutores 138

93. **1361. 8. maii. Ict Koprivnica.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, rescribit communi Ragusii ad litteras eius de 17. et 20. mensis apriliš; ad primam litteram respondet Marinum de Goze omnino innocentem esse, et tales sibi informationes dedisse, quales sibi dent in aliis civitatibus Dalmatiae personae fiđei dignae ;. ad aliam vero respondet Marinum de Goze totum suum debitum solvisse regi Rassiae , – , , • 139

94- **1361. 12. maih RagusiL** Commune Ragusii cum respondeat bano Nicolao ad eiuš litteras de querela refert, quam Marinus de Goze apud banum memoratum de communi Ragusino habuit, et item commune Ragusii de Marino de Goze apud regem . . . , . 140

95- **1361. 16. maii. Zagrabiae.** Leustachius, banus totius Sclavoniae, testificatur nobiles de Srachicha ej: Guillermum, abbatem ecclesiae Toplicensis, coram se declarasse paratos se esse, ut teneant pactionem initam 23. martii 1361. 141

96. **1361. 16. maii.** Zagrabiae.Leustachius, banus totius Sclavoniae, testificatur nobiles de Dolech et de Radoztich et Guillermum, abbatem ecclesiae Toplicensis, coram se declarasse paratos se esse, ut teneant pactionem initam coram capitulo ecclesiae Zagrabiensis 23. martii Xjvl« . . . . * * . p . + * . . . p . p . # . AJX"\

97- **1361. 17. maii.** Jaderae. Petrus, filius Francisci de Lemessio, suam Ipartem domus pošitae Jaderae *in* confinio sanctae Mariae de Posterula ducentis libris sub solitis condicionibus Matthaeo dicto Drapaid; filio Johannis Barbi vendit 146

98. **1361. 20. maii. Zagrabiae.** Leustachius, banus totius Sclavoniae, Johanni, filio Nicolai, omnia bona patrui eius Philippi, filii Dominici, reddit, quae ut caduca auctoritate bani Ladislaus, filius Thomae, comes Zagrabiensis et castellanus de Lypouch occupaverat ; causam suae decisionis hanc esse, quod post mortem patrui omnia bona immobilia iure ad fratris fiium,, transcendant 148

99 **1361. 1. iunii.** Zagrabiae. Capitulum ecclesiae Zagrabiensis remittit Novae villae de sancto Johanne de Zagrabia ad petitionem Mladeni villici et aliorum civium de ipsa villa oranes sibi pertinenteš proventus ; simul statuit, ut novi coloni trium annorum špatio liberi sint ab omnibus collectis et servitiis . . . . , ... 149

100. **1361. 6. iunii. RagUSiL** Commune Ragusii iubet Michnm de Buchia et eius filios et fratris filium, cives Catharenses, qui civitatem Ragusii adepti sunt, ut unius mensis spatio Ragusium venire debeant, ut civitatis" defensioni a comite Vojifilavo obsessae intersint . . . 150

101- **1361. 26. iunii. Dopsae.** In congregatione comitatus Sirmiensis, cui Nicolaus de Gara praeerat, iudices nobilium et iurati assessores sententiam tulerunt de actione per Arnoldum de Pochy Dionysio, filio Stephani bani - de Zeurinio intenta, ut is, a quo petitur actori dotem et paraphernas matris eius Helenae restituere debeat . . 151

102. **1361. 21. iunii. Jaderae.** Maria. vidua Miche de Genano, Thomasio

de Chucilla domum suam Jaderae in districtu sancti Francisci vendit pretio centum viginti quinque-librar-um sub solitis condicionibus . . ?. 152

103. 1361. 24. iunii. ln Đubica. Bandonus Cornuti, sacrae domus* hospitalis sancti Johannis Hierosolimitani per Hungariam et Croatiam prior, et proceres eiusdem ordinis in sollemni capitulo in Dubiea congregati eomiti Brokun, filio Alexandri de- Gora, possessionem šuam Kuzepztaynicha in comitatu de Dubycha praedii nomine sub certis" annuis tributis donant „ . . . ." . . . . . , . . . 153

104. 1361. 29. iunii. RagUSiL Vicarius rectoris Nicolaus de Grede cum parvo consilio nominat Nifficho de Galloc summum totius exe"rcitus ducem, qui mittitur ad Stagni defenšionem ; assignantur eidem duo consiliarii, designantur potestates et victus" militibus debitus statuitur 155

105- 1361. 1. iulii. Zagrabiae. Leustachius, banus totius Sclavoniae, declarat in possessionem Othna in comitatu Crisiensi positam ex occupatione per banum Mykch regi devolutam iuxta mandatum regium introductum esse ase Petrum, filium Jacobi, nepotem Herrici 156

106. 1361. 3. et 9. iulii. Spalati. Testamentum Rade Nocosina, viduae Racotta Tudrouich. . . . . -. 157

107. 1361. 18. iulii Ragusii. Nicolaus de Saracha cum parvo consilio. Ragusii ad Dalmatiae banum Leonem de Dersa mittit, qui subsidium maritimum a bano petat; simul videat, si banus mercatum Narenti Ragusinis dare voluerit et quo pretio. 158

108. 1361. 23. iulii. Ragusii. Commune Ragusli vetat mercatores Ragusinos Valonae, Dyrrachii et in locis circumpositis importare salem in terras subiectaš regi Rassiae aut socio's esse talis mercaturae . . 160

100. 1361. mense iulii. RagUSii. Commune Ragušii Clime de Dersa, nuntium suum ad Strazimirum et Georgium Balšić mittit, ut cum > eis foedus contra Voislavum et Catharinenses ineat, ordinet venditionem salis in Ploča et moneat eos, ut reddant res certis personis ablatas. 161

110. 1361. exeunte mense iulio aut ineunte mense augusto. Ragusii. Commune Ragusii nuntium suum Lonam ađ banum Dalmatiae et Croatiae mittit, qui petat bani intercessionem Venetiiš propter inimicitias cum Ragusinis initas ex usu Voiislavi et Catharinorum : praeterea nuntio đatae sunt et aliae instructiones. 162

111- 1361. 6. augUSti. Zagrabiae. Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, confirmat sententiam per Johannem tavernicum in lite civitatis Zagrabiae cum capitulo ecclesiae Zagrabiensis de calumnia latarri. . {V. litteras de 8. martii 1361.). 164

112. 1361. 12. augusti. RagUSii. Commune Ragusii Clementem de Dersa, ducem navis missae *in* sinum Cathari mittit, ut se adiungat classiculae ibi commoranti ; statuuntur etiam eius officia et potestates . . . 166

A13 - 1361. 23. augusti. Zagrabiae. Capitulum ecclesiae Zagrabiensis ad petitionem Andreae, filiii Stephani de generatione Prybych tran^cribit privilegium bani Leustachii de 20. maii 1361. » . . 167

114. 136124. augusti. Ragusii. Commune Ragusii Nicolaum de Cavernicho ad banum mittit Dalmatiae et Croatiae, qui recuset vocationem in ius Ragusinorum Marini de Menze et Marini de Bona ad petitionem

Marini de Go#e, cum hoc contrarium sitstatuto eis a rege confirmato . . 1,. . . . . ? . . . . i68>

115- 1361. 24. augUSti. In Djakovo. Coram capitulo ecclesiae Boznensis Petrus, episcopus Boznensis, et frater eius Gyurke donant villas suas emptas in comitatu de Wlkou in possessione dicta Vylak positas, Philipo, Clementi, Vaientino et Demetrio, filiis fratris sui Georgii . . . . , . . , ... , . . 169.

116. 1361. 24. augUSti. Jaderae. Guillelmus, episcopus Scardonensis, omnibus, qui ecclesiam fratrum Praedicatorum Jaderae visitaverint et alio modo adiuverint, indulgen+iam impertit. 170

117- 1361. 25. augusti. Ragusii. Commune Ragusii Marinum de Menze ducem classis mittit; ut a mari custodiat Catharum ... . . . , . . 17H

118. 1361. 13. septembris. Zagrabiae. Leustachius, banus Sclavoniae, petit a capitulo ecclesiae Zagrabiensis, ut sua auctoritate hominem mittat, qui inquisitioni intersit Thomae Simonis aut Thomae Petri in Stephanum, filium bani Mykch, de vi illata Thomae, filio Ladislai de Rakounok 172-

119. 1361. 17. septembris. Zagrabiae. Capituium ecclesiae Zagrabiensis renuntiat bano Leustachio ad eius mandata (V. litteras priores) cpgnitioni Thomae Symonis interfuisse Michaelem, eiusdem ecclesiae praebendarium, et cognitione probatum esse Stephanum, bani Mykch filium, Thomae, filio Ladišlai revera vim intulisse . . -173,

12G- 1361. 18. septembris. Zagrabiae. Capitulum ecclesiae Zagrabiensis Michaelem, hominem suum, eiusdem ecciesiae praebendarium, cum emissario bani Leustachii Budk, filio Andreae de Zana, emiserat qui possessionis Lorandi,, filii Georgii dicti Trubar, in comitatu de Zana statuerat fines ; capitulum de finibus rectis refert . . . . 174.

121. 1361.29. septembris. RagUSii. Commune Ragusii mittit Nicolaum cie Saracha ad comitem Senchum nuntium suum de morte Milmani et Miilos, filii Pero, de insula Meleda, de detrimentis factis vicissim inter ipsos et Vojislavum et de condicionibus pacis inter ipsos et Vojisiavum ineundae 175;

122. 1361. 6. OCtobriS. Jadefae. Hoc instrumentum continet testamentum nuncupativum Helenae, filiae quondam Jacobi de Bicine, coram rectore Jadrae per quattuor testes dicti testamenti expositum . . . 17&

123. 1361. 7. OCtobris. RagUSii. Commune Ragusii mittit Laurentium de Budaca in insulam Curzulam, qui petat quinquaginta homines pro defensione Stagni contra Vojislavum 180

124. 1361. 11. octobris. Budae. Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, declarat Petrum et Lorandum, filios Punyk de Greben, nemini debere causam dicere, quod expulerint aliquos šuos cognatos de Sua possessione Hraschyna, cum id de mandato regio fecerint; simul tollit auctoritatem omnium litterarum, quas habent dicti cognati contra memoratos Petrum et Lorandum . . . . ioi

125- 1361. 23. octobris. Tragurii. Consilium Traguriense statuit excubias in.nocte disponendas .. . . . ;. . . . • • • • • * • • • • • • x32

126- 1361. 7. novembris. RagUSii. Commune Ragusii nuntium suum Michaelem de Caboga frumenti emendi causa Barletam mittit eique mandat> ut conveniat cum rege Bulgarorum, si eum invenerit ; simul

contendat, ut aliquid cognoscat de riavibus, quae a civibus Cathari requirantur ; . . . . - 184

U27. **1361. 15. novembrls. TyniniL** Nicolaus de Zeech, banus Dalmatiae et Croatiae, decisa ahtea quaestione de fori competentia sententiam • dicit in causa Vladihe et fratrum eius de Banyawaz cum milite regio J acobo de lCesanis de dominio avitico possessionum Banyawacz ćt Cassych agnoščendo ; qua quidem sententia de materia litis non iudicat, sed accusatores condemnat de vi, qua controversas possessiones occupaverant, publicationis omnium bonorum in Croatia et Daimatia 185

128. **1361. 23. novembris. Jaderae.** Creššius, filius Ravnerii, a suo socero Johanne Thomasii de Petrico dotem uxoris suae Fumiae accipit sub solitis condicionibus 191

129- 1361. 3. deeembris. Zagrabiae. Capitulum ecclesiae Zagrabiensis testificatur Dionvsium, filium Emerici de Chanouch, coram Salomone, filio Petri, emissario bani, et coram Petro, homine capituli memorati, contradixisse exstructioni molendini super fluvio Razvna, quam exstruere voluerit subter proprio molendino Demetrius, filius quondam Dominici bani 192

130. **1361.15. decembris. Tragurii.** In consilio Tragurii nuntius regis Ludovici Jacobus de Arpeano Traguriensęs monet imperatorem Romanorum et ducem Austriae regno bellum minari, qua de re neesse esse ut civitas ad defensionem p..aeparetur 193

131- **1361.** 28. **decembris.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, DionvSio et Paulo, filiis Stephani bani, pro multis servitiis castrum Kruppa donat . . . . , ... ' 194

I32. **1361. Jaderae.** Damianus, filius Pauli de Milegosto, nomine haeredum quondam Dobre summam a Matthaeo de Fanfogna debitam accipit 196

133- 1362. 12. ianuarii. Ludovicus, iex Hungariae et Croatiae, Stephano, Johanni, Nicolao et Ladislao, filiis Nicolai bani, nepotibus vero Stephani de Lyndva, litteras de 15. decembris 1351., quibus bano Nicolao possešsiones Zenthpetur et Markfulde in comitatu Zaladiensi donaverat, privilegio confirmat 197

I34. **1362. 12. ianuarii. Jaderae.** Grisogonus, archidiaconus Jadrensis et ministerialis archiepiscopi Jadrensis, ab abbate monasterii sanctt Grisogoni Jadrae recepisse se testatur quattuordecim ducatos auri nomine procurationis apostolicae sedis legati Egidii, episcopi Sa*. binensis, pro quarto quidem anno secundae legationis 199

135- **1362. 13.** ianuarii. RagUSii. Commune Ragusii nuntios suos apud regem Hungariae Ludovicum Simonem de Resti et Johaunem, filium Pauli de Gondoia, certiores facit de pace agenda inter Ragusium ab una, Catharinenses vero et comitem Vojislavum ab altera parte ; simul mandat eis, ut recepto a rege responso domum redeant 200

136. **1362.14. ianuarii. In Višegrad.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, mandat comiti Ladislao de Kewe et de Krassou, ut curam adhibeat in restituendis rebus, quas vicecastellanus de Kewe Stephanus, filius Benedicti, duobus Ragusinis abstulerat , ... 201

137. **1362. 22. ianuarii.** Nota de ćustodia civitatis Tragurii. . . . 202

H38. **1362. 20. februariL In Višegrad.** Ludovicus, rex Hungariae et

Croatiae, iterum committit administrationem et collectionem tricesimae in toto regno Jacobo Saraceno, cpmiti camerarum regiarum Syrmiensis et Quinqueecclesiensis, et firmiter mandat negotiatoribus, ne proprio periculo per vias et itinera indisueta stationes evitent tricesimarum, sed transeant, ubi tricesima colligitur 202

139. **1362. 25. februarii.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, reddit Petro, filio Jacobi, possessionem Othna in comitatu Crisiensi, quam patre dicti Petri, Jacobo scilicet, filio Henrici, mortuo Mykch banus pro fisco regio iniuriose occupaverat. 204

140. **1362. 1. martii. RagUSii.** Commune 'Ragusii Paulum Quirinum, "Veneticum auctorem pacis inter Ragusium et Catharum certiorem facit missos esse a se legatos de pace Catharum et rogat eum, ut his et eorum familiis personae et bonorum sanctitatem afferat. . . 206

141. **1362. 12. martii; RagUSii.** Commune Ragusii Michaelem de Caboga Jegatum suum *in* Apulia revocat et salarium eiuš sistit 207

142. **1362. 17. martii. Zagrabiad.** Coram capitulo Zagrabiensi in litteris memorati nobiles de Pribych vendunt suam possessionem Brebrouch in Podgoria civi Zagrabiensi Crisano, filio Mareni, pretio duodeviginti marcarum bonorum regalium denariorum sub solitis condicionious. « . . . » , . > . . . . » 207

143« **1362. 19. martii. Ragusii.** Commune Ragusii mandat suis legaiis de pace Catharum, ut nisi sub mandatis condicionibus pacem facere possint, domum revertantur 208

144. **1362. 19. martii. Ragusii.** Commune Ragusii Venetico auctori pacis inter Ragusium et Catharam Paulo de Quirino .gratias agit de studio pacis faciendae et invitat eum, ut Ragusium certi colloquii causa veniat . . . . ; 209

145- **1362. 22. martii. Crisii.** Coram comite terrestri Crisiensi Stephano, filio Demetrii, Thomas,. filius Michaelis Hungarus, dictus Zakalas, una cum filiis suis Andrea et Johanne cum assensu vicinorum vendit Suam possessionem Jalsouch magno comiti Crisiensi et Symigiensi Paulo viginti octo marcis denariorum regalium tunc currentium 209

146. **1362. 23. martii. Zagrabiae.** Capitulum ecclesiae Zagrabiensis transcribit ad petitionem hospitum de Perna privilegium regis Belae ab anno 1225. 210

147. **1362. 25. martii. Tragurii.** Nicolaus de Zeech, banus' Dalmatiae et Croatiae, petentibus Traguriensibus, ut Morlachis interdicat' in eorum districtu pecora pastum agere, respondet oportere, ut propter magnam siccitatem praesens status usque ad festum saneti Georgii proxime'venturi remaneat ; sed pro futuro neminem Morlachorum vel moram facere in dicto teiritorio, vei pastum seu aquatum agere pecora permittit 2T I

148. **1362. 27. martii. Ragusii.** Commune Ragusii mandat Nicolao de Cavernigo, duci Ragusiensis clasšiculae apud Catharum, quomodo perficiendae sint custodiae maritimae districtus Cathari et quibus rebus transitus vetetur 213

149. **1362. 29. martii. Jaderae.** Martinus, filius Bogdani, villanuš monasterii de Rogova, Johanni, filio Dragovani, quartam partem sali

nae *in* ioco Boxana prope Belgradum sitae deeem libris sub solitis condicionibns . vendit . . . . ; .-. 214

150. **1362. 1. aprillS. RagUSii.** Commune Ragusii mandat Suis nuntiis Sencho comiti missis, ut desideria eius cognoscant et sibi renun+ient; et praeterea comes Sencho sarciat damnum pastu factum . 2iff

151/1362. 3. aprilis. Sub eastro Koprivnica. Ćoram Leustachio, bano Sclavoniae, Johannes, filius Dorozlai, declarat femittere se Georgio, filio Hedrici, omnes multas adiudicatas sibi per comitem Crisiensem **216**

152. **1362. 4. aprilis.** Ludovicus, rex Hungariae et Croatiae, confirmat litteras capituli ecclesiae Čazrfierisis" de 2; septembris 1325., quae continent litteras eiusdem capituli de anno 1273. , . . . '. .217

153- **1362. 5. aprilis. In Koprivnica.** Leustachius, banus Sclavoniae, * ad petitionem viduae Henrici et filir ei'us Georgii ab una parte, ab altera vero Johannis, filii Dorozlou, teštificatur emississe še prothonotarium suum, magistrum Jacobum, qui sub.testimonio hominis capituli ecclesiae Zagrabiensis, canonici Pauli„ cum approbatione partium controversos possessionum fines constituisset 219

154. **1362.** 5. aprilis. **Traguril.** Capi'tulum ecclesiae Traguriensis abbatis monasterii sancti Johannis Baptistae et mcnachorum einsdem monasterii precibus, ut monasterio praedicto decimas de possessione Oriehouics et aliis certis possessionibus, quas eiusdem monasterii coloni colunt relaxet, hactenus satisfacit. ut eis immunitatem decimae pro praesenti anno det 22c*

155.1362. 10. **aprilis.** RagUSii. Commune Ragusii renuntiat bano Dalmatiae capi se fecisse iuxta eius mandatum et csptivum ad eum misisse baronem aliquem, qui cum nave Venetiarum in portum de insula Crome venisset 222

156. **1362. 13. aprilis. Ragusii.** Huugariae et Croatiae rex interdicit Ragusinis, ut de regno et terris suis fruges ad terras alienas exportent. 223.

157- **1362. 18. aprilis. Zagrabiae.** Leustachius, banus Sclavoniae, ad petitionem Michaelis et .Georgii Zwdor, filiorum Dominici de Bulch et fratrum ipsorum litteras capituli Zagrabiensis de 1. septembris 1287. transcribit et authenticat.. 224

(58. **1362. . . . apriliS. Sibenici.** Domnius, filius quondam Hranislavi, sorores eius Margareta et Magdalena ac uxor Dragoii dictum Pragoium suum faciunt procuratorem, qui Chrisogono, filio Laurentii de Ciuallelis, centum sexaginta libris vendat certas possessiones sitas in Tuclagane prope Jaderam, quarum dominus fuerat Nicolaus de Stumulo . . . . 225.

459. 1362. 3. maii. RagUSii. Co.mmune Ragusii Nicolaum de Mlascagna nuncium suum mrtit, qui intercedat Blasio Matarango, de captis mercatoribus Ragusinis et ablatis eis mercibus . . . • • • • 226

160. **1362.. 7.. maiL RagUSiL** Commune Ragusii renuntiat bano Croatiae recepisse se nuntium eius per Philippum, filium. Francisci de Jadera, latum . . . . - r • • • • • • • 227

161- **1362. 9i maii, Ragusii.** Commune Ragusii rogat Marinum de Goze, . ut si .potuerit, eat cum suo nuntio Johanne de Sigotino^ ad banum

Croatiae et suam interponat auctoritatem in re, de qua agitur. Insimul in hac re ad silentium eum obligat 228

162. 1362. 12. mail. RagUSiL Commune Ragusii Paulum de Sorgo mittit capitaneum suae classieulae, quae subsidio sub Catharo destinata est, instruit eum, quomodo exsequendae sint custodiae maritimae, et concedit ei, ut consanguineis consiliarii Pasche de Ragnina salvum conductum tribuit 229

163. 1362. 12. maii. **Ragusii.** Commune Ragusii nuntios suos Vitum de Qor§i et Blasium de Caboga instruit, quomodo peninsula Stagno munienda sit. 210

164- 1362. 16. maii. Tragurii. Traguriensęs per nuntios a rege petunt, ut sub eisdem condicionibus ac in aliis Dalmatiae civitatibus Sal Tragurii vendatur 211

165- 1362. 16. maii. Tragurii. Traguriensеš a comite Clissae petunt, ut a mercatoribus Traguriensibus venientibus et redeuntibus nuilum tributum exigat 231

166. 1362. 16. maii. **Tragurii.** Notitia de munitione Tragurii. 231

167- 1362. 17. maii. čazmae. Capitulum ecclesiae Čazmensis Htteras Suas de 15. aprilis 1319. transcribit 232

168. 1362. 20. maii. Ragusii. Commune Ragusii Savinum de Bonda eapitaneum exercitus de Stagno facit eique mandata necessaria tribuit 232

169- 1362. 29. maii. Zagrabiae. Coram Ludovico, Hungariae et Croatiae rege, Ladislaus, filius Teuthus de BUna, possessionem suam Barnowz in comitatu Zagrabiensi fratribus Zudar donat 233

170. 1362. 2. **iunit.** Zagrabiae. .Capitulum ecclesiae Zagrabiensis iuxta mandatum regis Ludovici cum homine.regio emissarium suum mittit Michaelem Andriole, qui praesentes pošsessionibus Velexouch et Tornische in comitatu Varasdiensi existentibus, ad castrum Bystriche pertinentibus, quibus dominus fuerat Johannes dictus Chuz, quondam banus, fines constituant. Dicti emissarii capitulo ' nominato đe re acta renuntiant 234

\7\. 1362. 22. **iunii. Tragurii.** Tragurienses nuntium suum mittunt bano propter litteras datas eis a comite Novaco 236

172. 1362. 26. iunii. **Jaderae.** Nicolaus de Zeech, Dalmatiae et Croatiae banus, magistro Anthonio de Marostita, Guidoni de Zadulinis, Johanni Detrik et Chrisogono đe Chivaleilis mandat, ut propaio nomjne in lite a vidua Johannis militis Traguriensis abbati monasterii saneti Grisogoni de Jađera illata de đominio rerum immobilium sententiam proferant. 236

173. **1362.** 30. iunii. Požegae. Capituli ecclesiae beati Petri de Požega litterae de divisione possessionum Thysicha et Haroyowch facta inter Demetrium, filium Andreae, et filium fratris eius Johannem, filium Vtolini, ndbiles de Orbaz 237

174- 1362. 8. iulii. RagUSii. Commune Ragusii Blasium de Babalio capitaneum et Paschum de Bonda ac Vitum de Corci, consiliario^ eius, cum exercitu in insulam Stagni mittit et manđata eis necessaria dat . . . . , % . * * ' 230

175- **1362. 12. iulii. RagUSiL** Commune Ragusii Jacobum de Mence- ad banum, Dalmatiae et Croatiae mittit, q.ui bano gon.dipiones offerat liberationis Gradoi, f ratris comitis Sencho, quem banus captivum habet.. 239

176. **1362. 23. iulli. Ragusii.** Commune Ragusii Nicolaum de Saracha capitaneum, Petrum de Mence et Grubo de Mence eiuS mittit consiliarios cum exercitu, Catharum obsideant, et manđat eis, quomodo exsequendae stevt custodiae maritimae Cathari . . • .240

i/7- **1362. 24. iulii. Ragusii.** Commune Ragusii mandat nuntio suo Lone đe Dersa, ut, si iam recessisset a bano Dalmatiae, revertatur ad eum et adipiscendo mercatui Narenti certo pretio conductionis operam tribuat. 241

178. **1362. 6. augusti. RagUSli.** Commune Ragusii Gregorium de Bodaca capitaneum Terstenice creat pro spatio sex mensium, et mandat ei, quomodo administrare et iudicare; debeat. 242

179- **1362. 19. augusti. Veglae.** Sententia Ciarae de Vizoiis . . . 242

180- **1362.22. augUSti.In OnogOŠt.** Litterae lingua slavicascriptae. Stephanus Uroš, imperator Serbiae, Ragusmos post pacem cum Vojislavo et Catharinis initam privilegiis ornat et res Ragusinorum in suo regno statuit.. 244

181. **1362. 24. augUSti. Jaderae.** Egidius, praeco et ministerialis curiae Jadrensis, testificatur se auctione iuxta mandatum rectorum de Jadera constituta possessionem Francisci, filii Nicolai de Uaricassis, ađ Suchovare positam pro debito Barfcholomaei quonđam Mauri de Grisogonis a se venditam et a creditore pretio quadringentarum Jibrarum emptam esse ; qua peccunia satisfactum esse pro debito "creditori pro expensis, reliquum vero testamenti executoribus datum esse 246

182- 1362. **31. augusti.** Stephanus, filius Bartholomaei, comes Veglae et Movđrus, Duymo, comiti de Blagay, Dyonisio et Paulo, comitibus Crope, Petowo, comiti Costagnauice, et ceteris nobilibus renuntiat iuxta manđatunvLudovici regis tutelam sibi Pauli, filii consanguinei sui Georgii de Zrign, aeque sororis ac matris eius commissam esse 250

183- 1362. 14. septembris. ln Višegrad. Ludovicus, Hungariae et Croatiae rex, TragurienSes certiores facit pretium salis pro amplificandis sump- tibus regiis pro praesenti anno se necessarium habere ; eadem de causa de munitione castri civitatis Tragurii se providere non posse **251**

184- 1362. 1. OCtobriS. In VukOVar. Nicolaus de Gara, banus de Machow et comes comitatus de Wolkow, in congregatione generali eiusdem comitatus re inquisita testificatur Johannem, filium Johannis de Tord, per suos iobagiones particulas possessionis Ladislai, filii Vz de Nemetv, dictae Mohar occupasse. 252

185. **1362. 6. oetobris. RagUSiL** Commune Ragusii Marcum de Sissa nuntium suum mittit ad banum Dalmatiae et Croatiae Jaderam, ut solvat debitum 948 ducatorum, simul mandans ei, quid fieri debeat, si banum aut suum procuratorem Jaderae non .invenerit 253

186-1362, 15. OCtobriS. Ragusii. Commune Ragusii Paschum de Ragnina nuntium suum mittit ad Poverschum, qui proponat ei condiciones.

Sub quibus Ragusini certos eius captivos consanguineos dimissuii

187. **1362. 27. OCtobriS. lix Topusko.** Guido, abbas monasterii sanctae Mariae in Topusko, in lite Valentini, filii Stanislai, et consortium cum Lucachio et Stephano, fiiiis Lueae, de dominio partis possessionis Radoztich sententiam fert. In hoc foro lis acta est, postquam abbas praedictus banum Sclavoniae iudicem in ea idoneum non, esse probavit . . . . ' . . . , * . . . 256

188. **1362. 27. oetobris. In Topusko.** Guido, abbas monasteiii sanctae Mariae *ia* Topusko, m lite Obradi, fi'ii Nieolai, et fatium eius cum Lucachio et Stephano, fiiiis Lucae, de dominio partis possessionis Radoztvch adiuđicat petitoribus tertiam dictae possessionis partem sub condicione censuum solvendorum abbati de T.oplicha. In hoc foro lis acta est, postquam abbas praedictus banum Sclavoniae in ea iudicem idoneum non esse probavit 257

189. **1362. 27. OCtobris. In Topusko.** Guido, abbas monasteiii sanctae Ivlariae in Topusko, in lite Tomse Jakmini et consortium cum Lukachio de Radoztych et consortibus de dominio partis posses'sionis Dolech adiudicat petitoribus certam dictae possessionis partem. **In** hoc foro lis acta est, postquam praedietus abbas banum Sclavoniae iri ea iuđicem iđoneum non esse probavit 260

190. **1362. 4. novembris. Čazmae.** Coram capituJo ecelesiae Čazmensis Thomas et Petrus, filii Zvylani, sorori suae Savvlke, nuptae Philippo, filio Dominici, nomine quartae filialis quartam dant partem possessionis suae Kaneyaucha. ,. 263

191. 1362. 12. novembris. Notitia. 264

192. **1362. 26. novembris. Jaderae.** Michael, filius Johannis d'e Pechiaro, haeres patrui sui Nicolai Volcene de Martinussio, obJigat se testamenti executoribus tribus annis sequentibus summam daturum necessariam pro solvendis legatis in testamento assignatis . . . 264

193* **1362. 3. decembris. Ragusii.** Commune Ragusii iuxta mandatum regis et bani cancellarium suum Theodorum Jadram mittit cum omnibus sigillis authenticis communitatiš et districtus Ragusii, cum quibus foedus regis Ludovici ictum cum đuce Austriae consignet, dictum foedus legere studeat, sed etiam in casu opposito concedere debeat, ut dicta sigiila apponantur 266

194. **1362. 3. decembris. Jaderae.** Andreas, abba^ monaoterii sanctorum Cosmae et Damiani, obligat se nomine dicti monasterii debitum quinquaginta ducatorum auri Francisco de Georgio, comiti de Tragurio, soluturum duobus annis proximis 268

195. **1363. 25. ianuarii. Zagrabiae,** Capitulum ecciesiae Zagrabiensis ad petitionem quattuor nobilium de Radoztvch litteras abbatis Guidonis de 27. octobris 1362. transcribit; dicti nobiles simul consentiunt omnibus condicionibus et servitiis impositis *eis* ab abbate . . *26g*

196. 1363. 25. ianuariL Zagrabiae. Capitulum ecclesiae Zagrabiensis ad petitionem Obradi, žilii Nicolai nobilis de Radoztvch, Jitteraš abbatis Guidonis de 27. octobris 1362. transcribit; dictus nobilis consentit omnibus servitiis et condicionibus impositis ei ab abbate . . . 270

197- **1363. 25. ianuarii. Zagrabiae.** Capitulum ecclesiae Zagrabiensis

: ad petitionem Valentini, fiJii Stanislai nobilis de Radoztych, litteras abbati^ Guidonis de 27. octobris. 13.62. transcribit; dictus nobilis simul omnibus servitiis et condicionibus impositis ab abbate generationi Radoztych consentit 271

198. 1363. 19. februarii. Zagrabiae. Ludovicus, Hungariae et Croatiae rex, ađ petitionem Nicolai, filii Stephani, pri\ilegium Bela«^ regis de donatione possessionis Toplicha de 7. novembris 1239. confirmat ; eandem possessionem rex ei titulo novae donationis committit, eum vero de iobagionatu castri eximit et nobilem regni creat 272

199- 1363. 1. martii. Zagrabiae. Capitulum ecclesiae Zagrabiensis ad petitionem civis montis Grechensis Bartuchii litteras suas de 12. martii 1352. transciibit 273

200. 1363.12. martii. Veglae. Coram Quirino, filio Baune deMarino, iudice comitum de Vegla, res aestimantur immobiles Clarae de la Vizola in exsecutione sententiae latae contra dictam Claram pro fratiibus Minoribus de Vegla. 274

201. 1363. 17. marti. RagUSii. Commune Ragusii Paschum de Ragnina nuntium suum mittit Dyrrachium, qui pro iniuriis navigiis, marinaiiis et mercatoribus ftaguSinis iUatis rationem repetat; satisfactionem si consequi non potuerit, recusationem đe re faciat et meicatores Ragusincs decedeie Dynachio iubeat. Insimul mandat nuntio, ut a mercatoribus Valonae responsum ad certas litteras postulet 275

202. 1363. 21, martii. Ludovicus, Hungariae et Cibatiae rex, ad petitionem fratium Eremitaium clauStri beatae virginis de Dubica privilegiumStepha.ii regis de anno 1270. litteras Ernei iudicis de Dubica continens confirmat 276

205- 1363. 21, martii. Ludovicus Hungariae et Croatiae rex ad petitionem fratrum Eremitarum claustri beatae virginis de Dubica Jitteras confirmat capituli ecclesiae Zagrabiensis de 1. maii 1358., continentes litteras Eliae praeceptoris de Dubica đe 13. octobris J/T" . . . . /

204- .1363. 17. aprilis. Gcorgius, comes Crisiensis, renuntiat capitulo ecclesiae Zagrabiensis 1. maii Bartholomaeum, filium Pauli, cum tribus coniuratoribus iusiurandum daturum esse adiudicatum ei in lite cum Petro praeposito de vi ; capitulum ađsit ut locus credibilis 280

205- 1363. 1. maii. Zagrabiae. Coram fratribus Gregorio et Stephano, comitibus Zagrabiensibus, et Petro, comite terrestri de Campo Zagrabiensi, nobiles de Lukouch contradicentes affirmant ius habere se protimiseos in certis Petri, fratris Jakše, possessionibur; causam iuris sui propinquitatem et vicinitatem esse 281

206. 1363. 2. maii. Ragusii. Commune Ragusii Marinum de Viciano nuntium suum mittit in Marcam Anconitanam, ubi duos bonos magistros sub certis condicionibus inveniat . . . ., - 282

207' 1363.10. maii. RagUSli. Commune Ragusii graves litteras capitanco et universitati D^orachii mittit, cum quibus rationem de iniuriis illatiS Ragusinis repetit ; simul severe poscit, ut navigia Ragusina in flumina intrare permittant . . . .• • 283

208. 1363. 17. maii. Čazmae. Coram capitulo ecclesiae Čazmensis filii

Beke per procuratorem suum sorori suae quinque đant mareas nomine quartae filialis. . . . . ". 283

:209- **1363. 19. maii. čazmae.** Coram capitulo ecclesiae Čazmensis Zvulka a fratribus suis Thoma et Petro; filiis Beke, quartam partem possessionis Canouicha accipit . . * . . . . ,284

!210- **1363. 26. maii. Jaderae.** Bogdanus filius quondam Radovani de Bocagnac, Gregorio, filio quondam Radoslavi de Jadera, tertiam partem vineae, quam colonus tenet, sub usitatis condicionibus et cum consensu monasterii sancti Nicolai de Jadera concedit . , 286

211. **1363. 5. iunii. Ragusii.** Commune Ragusii iubet suos in Bosna mercatores nuntii Ragusini iussis oboedire. Qua cum re mandatum nuntiis Ragusinis datum cohaeret, ne iubeant mercatores Ragusinos in Bosna Ragusium venire, sed ingressum certorum castrorum eis interdicant et propius mare eos venire iubeant. 287

212. **1363. 7. iunii. Avignone.** Urbanus V. papa Grisogonum Dumine episcopum Arbensis ecclesiae creat. . . . .* 288

213- **1363. 13.sjunii. TraguriL** Tragurienses bano respondent navem tempore eius adventus aptam fore. 289

214- **1363. 18. iunii. RagUSii.** Commune Ragusii iterum nuntiis suis mandat, quomodo iussum suum Ragusinis missum mercatoribus interpretandum sit . . . ,. 290

215- **1363. 23. iunii. Jaderae.** Exsecutores testamenti Johannis Cosmacich Dminco, filio Jurislavi, vineam ex haereditate dicti Johannis ut colono pro quarta parte omnium fructuum et sub aliis usitatis condicionibus concedunt , . * T . - •, ...29 a

'216- **1363. 26. iunii. Čazmae.** Coram capitulo ecclesiae Čazmensis Nicolaus, filius Mykou, terram suam aviticam Kezouech cum plena auctoritate administrandam comraittit Balouche Gallici . . .292

217- **1363. 1.** iulii. **Avignone-** Urbanus V. papa Petrum, abbatem monasterii sancti Georgii Venetiis, nuntium suum creat in provinciis Jadrensi, Ragusina et Spalatensi, et officium ac potestatem ei designat , ...293

218. **1363. 10. iulii. In Zakol.** Ludovicus, Hungariae et Croatiae rex, litteras ad dominium Venetiarum mittit, ut in causa inter suos et eorum subiectos legatum designent, qui rem iuste inquirat, sicut et ipse rex in hac re pro parte sua designavit Nicolaum, banum Dalmatiae et Croatiae. . . . .• 295

219- **1363. 13. iulii. In eampisiuxta!luviumZana.** Ludovicus, Hungariae et Croatiae rex, capitulo ecclesiae Zagrabiensis mandat, ut cum emissario suo Nicolao, filio Pauli-de Pukur, personam mittat fidei dignam, quae possessionum Zenthamas, Zabathina et Mentzent, quae ad castrnm Bressanouch pertinent, nobili autem Latkoni in cambium pro castro Cluch datae erant, separationi ab aliis vicinis possessionibus intersit . ' . . , . . , . . , ... , . . 296

.220- **1363. 25. iulii. Jaderae.** Bona, filia Radoslavi Stuplicich, Volciacho, filio Priboi, omnes res suas mobiles et immobiles donat 297

321. **1363. 14. augusti. Zagrabiae,** Capitulum ecclesiae Zagrabiensis Ludovico regi renuntiat mišisse se cum Nicolao, f ilio Pauli de Pukur,

emissario regis, Nicolaurn, archidiaconum Čazmensem, qui separationi * possessionum ad castrum Berschanouch pertinentium, dominio Lacki filii Wlkozlai existentium adesset« Emissarios vero dictos coram capitulo exposuisse Lachkonem, filium Wlkožlai, expressis verbis declarasse fratre.s Heremitas claustri beatae virginis de Garigh in pacifica possessionerbonofum conservaturum še esse **29S.**

222. **1363. 14. augusti. Zagrabiae.** Ćapitulum ecclesiae ZagrabienSis Ludovico regi ad eius litteras de 13. iulii renuntiat mandatam sibi introductionem Lachki filii Wlkozlai in possessionem Bressanouch contradictionis causa a pacificis possessoribus, quorum nomina citantur, prolatae exsequi se non potuisse; pro contradictionum inquisitione vocasse se partes in regis iudicium ad 6.. octobris 1363 299*.

223. **1363. 15. augusti. Čazmae.** Coram capitulo ecclesiae Čazmensis Jacobus, filius Wlch, procurator Gardachae, filiae Beke, testificatur suae mandanti a fratribus eius de quarta puellari totaliter satisfactum ešse 301

224. **1363. 18. augusti. ln Lipche.** Ludovicus, Hungariae et Croatiae rex, dominio Venetiarum scribit consentire se, ut causa ipsius et eorum subiectorum post reditum capitanei eorum in mari Adriatico disputetur 302:

225. **1363.27. augusti. In Lypche.** Ludovicus, Hungariae et Croatiae rex, omnes possessiones Andreae et Johannis đe Ebergouch, nominatim vero poššessiones Ebergouch et Daag, ob latrocinia publica et pecuniarum falsarum fabricationem per priores dictos dominos commissa ad regem devolutas Stephano, episcopo ecclesiae Zagrabiensis, đonat . . . # 303;

226. **1363. 7. septembris. Nonae.** Capitulum ecclesiae Nonensis bano . Nicolao de Cech renuntiat, se cum duobus bani emissariis sua auctoritate misisse Andream primicerium, qui omnes capitulo retulerunt de metarum reambulatione parvae cuiusdam silvae et pascuorum in possessione Berda, quae erant in controversia inter viduam Johannis et Johannem, abbatem monasterii sancti Grisogoni 304?

227- **1363. 12. septembris. Zagrabiae.** Coram capitulo ecclesiae Zagrabiensis in litteris citati nobiles de genere Konuh cum Johanne, filio Thomae đe genere eodem, paciscuntur, ut piiores posteriori quartam partem omnium possessionum, excepta possessione Djanteleke, in dominium đent. 306

228. **1363. 20. septembris. Ragusii.** Commune Ragu&ii Marinum đe Stefano Jadram mittit, qui ^iuntios necessarios de adventu regis ađ partes maritimas resciscat 307

229. **1363. 20. septembris. Ragusii.** Commune Ragusii Francisco de Georgio suum commendat nuntium Marinum, filium Stephani, petens ab eo, ut đe regis ađventu Jaderam neces"saria communicet 30&

